DE SCRIPTORIBUS CONGREGATIONIS
CLERICORUM REGULARIUM
[illegible]

D E
SCRIPTORIBUS
CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM

MATRIS DEI

AUCTORE

FRIDERICO SARTESCHI LUCENSI

Ejusdem Congregationis Rectore Generali

Illustrissimo & Reverendissimo Domino Domino

FRANCISCO MARIÆ
RICCARDI

Prothonotario Apostolico, Sacrosanctæ Lateranensis Basilicæ Vicario, Sacrorum Rituum Consultori, ac Sacræ Congregationis Visitationis Apostolicæ A Secretis.

MP ΘY

ROMÆ, MDCCLIII.

Ex Typographia Angeli Rotilii, et Philippi Bacchelli
In Ædibus Maximorum.

SUPERIORUM PERMISSU.

Illme ac Reverendiſs. Præſul

QUòd doctiſſimorum pio-rumque e noſtro cætu virorum memoriam ſcriptionibus hiſce meis perennan-

dam ſuſceperim, id utique conſilium, FRANCISCE MARIA RICCARDE Præſul ampliſſime, approbaturum te confido, quòd tanta judicii maturitate, tanta voluntatis rectitudine præſtes, ut æquam de rebus hiſce ſententiam proferre velis ſimul & poſſis. Id enim gratiarum rependendum erat viris illis ſummis, qui tanto ſtudio, tantiſque laboribus tum Dei gloriam, cùm noſtri Collegii ſplendorem magna lucis acceſſione accreſcere connisi ſunt. Habenda etiam fuit ratio diligens, ut illuſtria hæc majorum exempla imitationi noſtrorum hominum proponerentur, quo ad eorum ſectanda veſtigia tantis incitationibus extimularentur, atque ita ſemper fieret, ut Eccleſia, ſicut aliàs ſemper, ita & deinceps e noſtro Ordine haberet aſſerendis dogmatibus Theologos; religioni ac pietati promovendæ Scriptores aſceticos, Eccleſiaſticis antiquitatibus indagandis perveſtigatores ſolertes; morum ſanctimoniæ perſua-

ſuadendæ Oratores eloquentes ; politioribus denique literis excolendis rhetores elegantes. Obſecundandum denique erat virorum doctorum voluntati, quibus gratiſſimum accidit, quorum amant ſcripta, eorum Vitam geſtaque omnia internoſſe, ac penitus habere explorata. Has ſcriptionis meæ rationes probandas tibi fore, Præſul ampliſſime, arbitrabar; neque approbatio hæc tua, quam interceſſuram noram, inter ſecundarias cauſas habui, quæ me ad tantum laboris impigre ſuſcipiendum peragendumque impulerunt. Hæſi tamen aliquantiſper dubius, num æque pariter approbaturus ſis conſilium, Nominis tui in operis fronte præfigendi; quantum enim auctoritate vales ad hæc honoris ſignificamenta promerenda, tantum moderatione præſtas, quo omnia a te depellas, ſi quæ meritum, virtutem ac dignitatem tuam commendare & prædicare videantur. Patiere tamen hac in re veritatis potius,

tius, quàm modestiæ tuæ rationem a me haberi: cum præsertim cessurum id noris in commodum cœtus hujus nostri, quem tu semper auctoritate, largitate, & amore fovisti. Tuo enim Nomine in Operis fronte præscripto, ad ipsum ejus aspectum statim intelligent eruditi, esse in eo libro aliquid sua occupatione par utpote quem tu vir summe, dignum patrocinio tuo habendum volueris. Quid enim virum summum non dixerint illum, cui nobilitas ab altissima repetita origine, divitiarum affluentia cœteraque fortunæ assentantis ornamenta, dignitatibus muneribusque quæ geris, longe concedunt, & velut a sole astra offuscantur? Verum & hæc ipsa, quamvis sint amplissima; (emines enim inter Apostolicos Prothonotarios, Collegium hominum venerabile; in Congregatione Apostolicæ Visitationis munus a secretis meritissime præstas; ac tandem in Lateranensi Basilica Vicarii dignitatem

con-

conſpicuam, tum etiam Sacrorum Rituum Conſultorem graviſſimum ſuſtines) tua tamen magnificentia, benignitate, munificentia, humanitate religione, pietate minora ſunt. Hinc te amant, obſervant, & colunt omnes: Domum tuam omnium Ordinum viri ſolliciti frequentant, & pene atterunt liminaria. Erit profecto Operi huic meo idem favor ex te conciliatus; ex tuo Nomine claritatem famamque obtinebit; erit cur gaudeant viri e Collegio Noſtro docti adhuc ſuperſtites, qui ſe viderint laborum ſuorum habere te commendatorem, ſollicitatorem, ac Mæcenatem. Habes, Præſul ampliſſime, quæ me gravis cauſa induxerit ad patrocinium tuum operi huic meo implorandum. Quibus publicis, ſi ita effari liceat, rationibus, privatæ etiam meæ acceſſerunt plures. Multis enim magniſque tibi nominibus obſtricto mihi nulla ſuccurrebat ratio alia, qua me obligatum utcumque exſolverem, niſi ut

ut gratiarum, quam majorem poteram, significationem referrem. Palam igitur & in aperta hominum luce profiteor maximis me a munificentissimo viro largitionibus & beneficiis donatum esse. Illa quidem clam & in obscuro recepi, nunc vero publice agnosco, atque obtestor tuum esse me.

Dabam Romæ e nostro Collegio S. Mariæ in Porticu in Campitello Kal. Septembris 1752.

Humillimum & Addictissimum famulum
Fridericum Nicolaum Sartefchi Congregat. Cleric. Regular. Matris Dei Rectorem Generalem.

AD

AD LECTOREM
PRÆFATIO.

I. COngregatioClericorum Regularium Matris Dei, quæ e certis Instituti Nostri Tabulis Kal. Septembris Ann. 1574. Auctore Venerabili, sanctissimoque Viro P. Leonardio Lucæ primùm sua exordia vidit; quæque a Clemente VIII. confirmata, atque Privilegiis aucta; a Paulo V. glorioso *Matris Dei* Nomine condecorata, necnon a Gregorio XV. Pont. Max. III. Nonas Novembris Ann. 1621. inter cœteras Congregationes Regulares cooptata, quamquam aliis sacris Familiis, quibus Catholica exornatur Religio, inferior sit; nihilo magis dicere, procul jactantia, possumus, ex ea haud paucos prodiisse scriptores, quos inter literatos non ultimi nominis, aliquam meritò habere laudem, nemo certè, nisi invidus inficiabitur.

II. Hippolytus Marraccius Congregationis nostræ Scriptor celeberrimus, & Immaculatæ Conceptionis B. M. V. acerrimus propugnator sua in Biblio-

bliotheca Mariana edita Romæ Ann. 1648. , nec non in Appendice eidem Bibliothecæ adjecta, cusaque ad calcem Polyantheæ Marianæ editionis primæ Coloniæ Agrippinæ Ann. 1683. unum supra triginta Congregationis Nostræ Scriptores sparsim percenset; at de iis monumentis tantùm, quæ ad suam Bibliothecam exornandam faciebant, meminit. Præter Marracium nemo e nostris data opera in id scripsit argumentum. Exteri verò Scriptores rerum nostrarum destituti documentis, vel in suis Bibliothecis concinnandis Auctorum Nostrorum Opera prætererierunt, vel alteri Religiosæ Familiæ oscitanter adjudicarunt, aut si de nonnullis aliquam mentionem fecerunt; adeo jejunè illorum monumenta literis consignarunt, ut potius dixeris illa obiter indicasse, quàm recensuisse.

III. Cum igitur Scriptorum nostrorum syllabus hucusque non prodierit; a viris eruditis, ab omnibus Congregationis nostræ alumnis desiderabatur ad majus literarum, studiorumque decus, & incrementum.

IV. Non me latet domesticas Nostrorum laudes meum fortasse calamum suspicione haud liberaturas, qua aut partium studio, aut nimio in nostros amori obsecutus videar & credar; sed conscientia fretus, & veritate confirmatus, eo me consilio plane fateor id suscepisse argumentum, ut non quidem assentationi dem quidquam, sed ut veritatem ubique attentè consecter. *Sororem laudans*, verba S. Gregorii Nazianzeni usurpare mihi liceat, *Sororem laudans domestica prædicabo, non tamen quia domestica, ideo falsò, sed quia vera, ideo laudabiliter*. *Quocirca non*

Orat. in laud. Sororis suæ Gorgoniæ.

hoc

hoc vereor, ne ultra veritatis metas dicendo prosiliam: sed illud contra, ne infra veritatem subsistam, ac procul a rei dignitate remotus laudatione mea gloriam ipsius obscurem, atque imminuam.

V. Hoc verò opus jam tandem absolutum, evulgandum decrevi, ut Congregationis Nostræ, quæ anno jam elapso 1747. ultra meritum, Rectoris Generalis Officium mihi contulit, in unum collecta ornamenta majorem illi splendorem adaugeant; deinde ne Nostrorum rei literariæ monumenta, quæ rarius jam in tabernis librariis prostant, tenebris premantur; demum ut nostrorum Mss. quæ in pluteis jacent, Eruditis innotescant.

VI. In Scriptorum autem Congregationis Nostræ Catalogo adornando, quem mihi ordinem proposuerim, paucis aperiam. Primo loco, tempus quo Auctores nostri floruerunt, consignabimus; cumque Congregatio Nostra a suæ fundationis exordio ad hæc usque tempora duo haud solida Sæcula complectatur; hinc Scriptores nostros sæculo, atque ætate illa, qua claruerunt, obieruntque, recensebimus. *Ista siquidem Epocha*, ut doctissimi P. Mabillonii verbis utar, *ideo visa est præferenda, quo quavis alia notior sit, & illustrior*. Secundò, nomina eorum, Cognomina, Patriam, Munia nota faciemus, obitusque diem, aliave illorum meritis illustrandis magis propria non negligemus. Idque ut facilius, & tutius perficeremus, Congregationis Nostræ Archivia attentè perlustravimus, monumenta antiqua æque ac recentiora inspeximus, eaque omnia quæ ad opus hoc nostrum adornandum magis profutura putavimus, in medium produximus, marginali nota adje- [Præf. in sæcl. 1. Benedict.]

 cta,

cta, ut fides dicendis rebus integra, atque inconcussa adhibeatur. Tertiò, Opera edita, & manuscripta, deque illis judicium, ac vindicias, ubi res postulabit, adiiciemus. Quartò, laudes, elogia, quibus a Nostris, aliisque Scriptoribus, eorum monumenta, morumque sanctitas cohonestata sunt, accuratè, & distinctè adferemus. Quintò, demum Notas quasdam ubi opus fuerit, subiiciemus. Auctores verò illi, qui dum Congregationi nostræ nomen dabant, nonnulla opera publici juris fecere, sed alteri postea Religiosæ Familiæ se manciparunt, ibique obierunt, ut nostrorum Scriptorum sartus, tectusque servetur Catalogus, eo loco recensendi erunt quo primùm typis opera sua consignarunt; atque ideò inter notas eos locabimus.

VII. Fruere ergo Lector hoc qualicumque labore nostro. Sicubi verò me excidisse cognoveris, humaniter ignosce; quandoquidem vota consequi, ut in optatis erat, non omnino potui; cum nec omnia perlustrare, in examen vocare, atque subactum pro re judicium ferre licuerit. Fateor quidem ingenii fortasse mei culpa factum, ut Nostrorum laudes potius deteram, quàm ornem, nec eorum merita dicendo æquem: sed ut qualemcumque hanc a me culpam depellam, a meo non alienum absonumque instituto arbitror, si dixero, Nostrorum aut negligentia, aut oscitantia evenisse ut non pauca e nostris opera vel interierint, vel ignota jaceant, tenebris obruta. Ne tamen id nimis apertè vitio Nostris vertere judicer, mitius cum iis agere meum esse cognosco; libentiusque in eam eo facilè sententiam, ut credam sic eos fecisse pietatis operibus excolendis, quàm col-

colligendæ e domeſticis Noſtrorum ſcriptis famæ magis intentos. Speramus autem noſtros in poſterum diligentiores futuros, ut ſuorum monumenta intercidere non ſinant, iiſque locupletiorem Bibliothecam inſtruant, non indignam, qua noſtræ Congregationis nomen augeatur.

VIII. Si verò in Vitis, Elogiiſque Virorum Illuſtrium, quos hac mea Bibliotheca complexus ſum, nonnulla forſan obiter attingerem, quæ ſanctitatem ipſis adſcribere viderentur, haud alio ſenſu accipere, & accipi ab aliis volo, quàm, quo ea ſolent, quæ humana dumtaxat, non autem Divina, Catolicæ Romanæ Eccleſiæ, aut S. Sedis Apoſtolicæ auctoritate nituntur.

Juſſu

JUſſu Reverendiſſimi P. Friderici Sarteſchi Rectoris Generalis Noſtræ Congregationis Matris Dei ſumma animi oblectatione perlegi Opus, cui titulus; *De Scriptoribus Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei*; ab ipſomet exaratum; nilque in eo offendi, quod Fidei regulis, boniſque moribus apprime non conſentiat; immo nullus dubito, quin hoc volumen magnam Scriptori dignitate æque ac eruditione præſtantiſſimo conciliaturum ſit famam, quod noſtrorum Authorum Acta, Opera, Laudes ſeduliori diligentia inveſtigari, candidiorique ſtylo, ac modeſtiori critice recenſeri non potuerint. Hunc itaque librum digniſſimum cenſeo, qui luce publica donetur.

E noſtris Ædibus S. Mariæ in Porticu in Campitello die 14. Septembris 1752.

Carolus Antonius Erra Procurator Generalis.

IM-

JUssu Reverendissimi Patris Sacri Palatii Apostolici Magistri vidi attentoque animo perlegi opus inscriptum; *De Scriptoribus Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei* a Reverendissimo P. Friderico Sarteschi ejusdem Congregationis Rectore Generali elaboratum, nihilque in eo reperi quod Orthodoxæ fidei & Christianæ morum doctrinæ apprime consonum non sit, immo & multa in illo deprehendi quæ ad pietatis cultum, Ecclesiasticæ eruditionis studium ac rei litterariæ augumentum plurimum faciunt. Qua de re dignum illud censeo, quod typis publicis mandari possit.

Dabam ex ædibus S. Bartholomæi in insula Tiberina quinto idus Octobris anno reparatæ salutis 1752.

F. Joannes Antonius Bianchi Ord. Min. Lector Jubilatus, Exprovincialis, Romani Cleri Examinator, &c.

Jussu

IMPRIMATVR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. M. de Rubeis Patriarch. Conſtantinop. Viceſger.

IMPRIMATVR,

Fr. Auguſtinus Orſi Sac. Pal. Apoſt. Mag. Ord. Prædicatorum.

DE

DE SCRIPTORIBUS
CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM MATRIS DEI,

Qui ejusdem Congregationis

SÆCULO I.

Quod est ab Anno Christi MDLXXIV. Ad MDCLXXIV. floruerunt.

CAP. I.

Congregationis Matris Dei sæculo primo Familiam nostram scriptis illustrarunt suis Vener. P. Joannes Leonardius, Alexander Bernardinius, Julius Franciottus, Bartholomæus Bujamontius, V. P. Joannes Baptista Cionius, Josephus Matrarius, Horatius Arnolfinius, V. P. Cæsar Franciottus, Andreas

Banellius, Carolus Saminjatus, Flaminius Paulinius, Bernardinus Antoninius, Joannes Baruccus, Vincentius Guinisius, Thomas Ceccarellius, Sebastianus Tofanellius, Vincentius Ursellius, Dominicus Tuccius, Darius Castilioncellius, Antonius Silvestrius, Jacobus Biancalana, Nicolaus Roncaglia, Joannes Benadu, Alexander Colius, Joannes Paulus Vincentius a Porta, Franciscus Leonardius, Franciscus Marraccius, Balthassar Guinisius, Marcus Grossius, & Prosper de Prosperis. Demum nonnulla opera Manuscripta, &Anonyma, quæ in nostro Romano Archivio adservantur, percensebimus.

Quæ igitur ex nostris Primi, commemoratione digna argumento quod suscepimus, litteris prodidere, aggredimur.

ART.

ART. I.

De V. P. Nostro Joanne Leonardio Congregationis nostræ Fundatore.

V. P. noster Joannes Leonardius Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Lucæ in Etruria primùm institutæ Parens, & Conditor, oppido Decimi, Comitatus Reipublicæ Lucensis natus, Vir fuit vitæ sanctitate, omniumque christianarum virtutum laude suspiciendus. Injuria temporum, Fideique Baptismalis incendio absumptæ nec diem neque annum natalis sui certum habemus. Marraccius illum an. 1541. mortalem hanc vitam inchoasse scribit; at ex Chronico nostri Cæsaris Franciotti, Cionii, & Fratris Arrighini supputatione, aperte colligitur an. 1543. saltem incœpto, in lucem editum. Sed de hoc infra fusius in Notis. Ducta maxima cum laude morumque innocentia pueritia, Lucam an. 1561. missus est ut apud Pharmacopolam medicaminibus in morbos parandis operam daret. Plures in hac arte addiscenda annos insumpsit, pietatis, quæ verum Christianum deceat, nunquam oblitus, in id unicè intentus, ut magis ea disceret, quæ morbos animi convellerent, ipsimque virtutum exercitatione, rerumve cœlestium meditatione sanctius cum Deo conjungerent.

I. Vita ex Ludov. Marrac. aliisq; vetustis monument. collecta.

Luca Urbs Etruriæ libera ad Flavium Æsarem sita, nunc Sedes Archiepiscopalis.

Natalis ejus primaque institutio.

A. 1561. Pharmaciæ operam dat.

Interim a morte Parentum sui juris factus, ex Moderatoris conscientiæ suæ præcepto, jam ætatis suæ vicesimum sextum annum agens, ad litteras humaniores addiscendas se contulit, suis condiscipulis pietatis christianæ amorem suorum uxemplorum vi, & auctoritate suadens, virtute non passim obvia iis prælucens. Litteris humanioribus, quas diligenter coluerat, brevi ornatus, ad Philosophiæ, & Theologiæ studium sedulò animum adjecit: utraque illa scentia a P. Paulino Bernardinio O. P. qui doctrina æque, ac vitæ sanctitate inclarescebat, optimè instructus. Nec solùm magnum hoc beneficium Leonardius P. Bernardinio, Patribusque Dominicanis acceptum referre intelligebat, plurimis inde majorisque momenti beneficiis ab eodem clarissimo Ordine cumulatus.

II. Pharmacia relicta Scholas frequentat. Ex Chronico Congregat. Part. 1. pag. 19.

Divinis igitur humanisque litteris Leonardius optime excultus, utramque scentiam, Divinam nempe & humanam, juventutem Lucensem haud exiguo profectu edocuit. Anno 1569. clericali militiæ adscriptus, atque minoribus Ordinibus initiatus, XIII. Kal. Aprilis insequentis anni, seu 1570. ad sacrum subdiaconatus ordinem; Pridie Kal. Aprilis 1571. ad Diaconatum ab Alexandro Guidiccionio Antistite Lucano promotus. Demum XI. Kal. Januarii 1572. Pisis ab Archiepiscopo Cæsariensi, Sacerdotio inauguratus est. Primum

III. Juventutem Lucensem Divinis humanisque scientiis instruit.

A. 1572. Sacerdotio initiatus.

mum Sacrum Lucæ in Ecclesia Monialium S. Josephi VIII. Id. Januarii 1573. maxima cum animi pietate fecit. Franciottus in Chronico scribit eum ad Altare sacrificaturum primùm accessisse Die 6. Januarii 1571. *Fattosi Sacerdote*, inquit, *celebrò nella Chiesa di S. Giuseppe appresso il Monastero delle Monache Gesuate il giorno dell' Epifania la sua prima Messa l' anno* 1571. Sed ex Ordinum Dimissoriis, uti vulgò dicitur, aliisque authenticis monumentis, quæ penes me habeo, liquidò constat, die vicesima secunda Decembris 1572. Pisis ab Archiepiscopo Cæsariensi Sacerdotio initiatum, mensesque sequenti die sexta Januarii 1573. in dicta Ecclesia primam Missam celebrasse. Sed de hoc in Notis inferius subjiciendis. Sacerdotio decoratus Concionatoris, ac Confessarii gravissima munera obivit eo animi ardore, atque uberrimo animarum fructu; ut si illum sui sæculi Apostolum dixeris, a veritate haud quaquam aberraveris.

Part. 1. pag. 20.

IV. Cum ergò Joannes Leonardius totus esset in aliena procuranda salute, vetustamque Ecclesiæ Disciplinam sua in Patria temporum injuriis collabentem revocare in optatis haberet, Deus Opt. Max. ut Sancto Joannis desiderio indulgeret, incensos eodem studio ei socios adjunxit, qui arctiori perfectiorique vitæ inhiantes æmulo ardore illius vestigia sequebantur, suamque operam in instituendam Congregationem nostram cum illo certatim contulerunt. Id factum Kal. Septembris MDLXXIV. Lucæ in Templo B. & semper Immaculatæ Mariæ Virginis *Della Rosa*, nuncupato, Pontifice Gregorio XIII. ut Nostri, & exteri Scriptores, necnon Codices Mss., quos habemus, luculenter produnt. E Loco, quem incolendum delegerat, prid. Kal. Januarii 1580. unà cum Sociis Leonardius nonnullorum invidorum machinamentis depulsus, in molestias non leves incurrit; at Deipara præsto illi fuit, cujus ope potissimùm, necnon S. Philippi Nerii Romæ degentis consilio & auctoritate ampliorem sacram Ædem S. Mariæ Curtis Orlandingorum, uti vocant, in eadem Civitate Lucana obtinuit. Hanc verò novam Parochialem Ecclesiam, quam nostri nunc quoque tenent, Gregorius XIII. Pont. Max. Kal. Aprilis 1583. Pontificatus sui XI. Constit. quæ incipit: *Ex injuncto nobis desuper Apostolicæ servitutis officio*, toti Congregationi perpetuò possidendam tradidit, postquam a Lucano Antistite, id tempus Alexandro Guidiccionlo Seniore, Congregationem nostram Canonicè, ut dicitur, erectam institutamque fuisse, compertum habuit. Accidit id fœliciter VIII. Id. Martii ejusdem anni 1583.; cujus præstantissimi Præsulis, de tota nostra Congregatione optimè meriti *Patent. Litter.*, quarum initium: *Cum Pastoralis officii cura* &c. Authographum in meo Archivio adservatur. Ne verò tot collata beneficia a Gregorio XIII. & ab Episcopo Lucano oblivioni traderentur, in Sacrario Nostri Collegii Lucensis videre est eorum Icones his cohonestatas inscriptionibus.

Congregationis initium.

Ex Proc. f. Informat. V. P. Jo. Leonardii.

Congregat. Canonica Institutio 1583.

ALEXAN-

ALEXANDER GUIDICCIONI
SENIOR EP. L.
CONGREGATIONEM A JOANNE LEONARDIO
FUNDATAM
CANONICE EREXIT ANNO MDLXXXIII.
GREGORIUS XIII. PONT. MAX.
ECCLESIAM HANC EJUSQUE JURA
CONGREGATIONI PERPETUO UNIVIT
ANNO MDLXXXIII.

V.

An. 1587. Romam petit.

S. Philippi Nerii Familiaris.

Ex Process. super Fama sanctit. in Genere.

In ædibus S. Hieronymi *della Carità* immoratur A. 1589.

Extat in Archivio nostro Rom. num. 131.

Hisce solidis fundamentis Congregatio Nostra Lucæ instituta ac roborata, Leonardius an. 1587. Romam petiit, ibique cum Sancto Philippo Nerio arctam contraxit necessitudinem, a quo Leonardius noster, adhuc vivens, *Sanctus* passim appellabatur. Ejusdem S. Philippi ope, quem & conscientiæ suæ moderatorem voluit, in Ven. Loco S. Hieronymi *Della Carità* nuncupato, domicilium fixit an. 1589. una cùm Cæsare, & Julio Franciotto, ac Vincentio Domenici, quos studiorum causa Romam advocarat. Quo mense id evenerit ignoramus. Putamus autem circa finem mensis Octobris ejusdem anni Leonardium cum memoratis sociis eodem in loco consedisse. Idque non obscure colligimus ex Epistola Julii Franciotti data ad Patres Lucenses XIII. Kal. Novembris ejusdem anni 1589. in qua hæc, alia inter verba leguntur: *Avendo noi bisogno di mutar stanza, abbiam risoluto tra gli altri luoghi, ne' quali ci potevamo ritirare, eleggere quello di S. Girolamo, come più quieto, e devoto; ove ci saranno date amorevolissimamente cinque Camere, un Refettorio con la Cucina appresso, e sotto la Cantina.... Il P. Rettora* (nempe Joannes Leonardius) *quale tra due giorni comincerà ad ascoltare le altrui Confessioni, e li daranno ancora porzione per ora circa scudi 5. per mese.... Questo Luogo è de' più devoti di Roma, e frequentato ne' giorni Festivi e feriali. è ricchissimo di paramenti, ci stanno tre Chierici continuamente a servir Messe; vi è ogni dì Indulgenza Plenaria, non ha cura d'anime.... Il P. Maestro Filippo* (scilicet S. Philippus Nerius) *ancora ci voleva dare stanze separate dagli altri, ma abbiamo lasciato ogni cosa &c. Di Roma li 20. Ottobre 1689. Giulio Franciotti*. Cæterum mense insequenti Leonardium cum memoratis sociis in dicta Domo S. Hieronymi de Charitate constitisse, exploratum habemus ex altera Epistola Lucam missa XII. Kal. Decembris ejusdem anni subscripta ab Jo: Leonardio, ejusque Discipulis, ad cujus calcem hæc habentur: *Di Roma dalla Casa di S. Hieronimo li 20. Novembre 1589... Io Prete Gio: Leonardi Rettore, Io P. Cesare Franciotti, Io P. Giulio Franciotti, Io P. Vincenzo Domenici*. Eodem in Venerabili loco, Sanctissimorum Viro-

Virorum coetu, ad annum usque 1592. moram traxit, ibique utilissimo Operi inscripto: *Instituzione di una Famiglia Cristiana*; ultimam manum imposuit, atque publici juris fecit an. 1591. Clarissimum ea de re in ejus Præfatione testimonium habemus: *Coll' occasione*, inquit, *di essermi ritirato alla Casa di S. Girolamo della Carità di Roma, e di trovarmi quieto d' animo, e libero da i negozj, hò voluto con il Divino ajuto, disponendo ciò che avevo raccolto, ed abbozzato, porre mano a questa fatica*, &c. Hinc P. Mancurtus Imolensis, ejusdem Loci Alumnus, Vir doctus, & piius, effigiem Servi Dei ibidem apposuit sequenti decoratam Inscriptione:

V. P. JOANNES LEONARDIUS LUCENSIS
CONGREGAT. CLERICORUM REG. MATRIS DEI
FUNDATOR
S. PHILIPPI NERII OPERA IN COETUM SACERDOTUM
HUJUS DOMUS ADSCITUS
PROXIMORUM CHARITATE FLAGRANS
CHRISTIANÆ FAMILIÆ INSTITUTIONES EDIDIT
OBIIT VII. ID. OCTOB. MDCIX.

VI. Apostolici Commissarii munus obiit Neapoli & Nolæ MDXCII. ex Cronico Cong. Part. 2. §. 19. pag. 146.

Interim a Sacra Congregatione S. R. E. Cardinalium Deputatorum super Controversiis Episcoporum & Regularium, quibus Joannis Nostri in agendis Prudentia vitæque probitas exploratissimæ erant Neapolim Anno 1592. mittitur Apostolici Commissarii munere condecoratus, ad sedandam gravissimam controversiam homines inter Pagi S. Anastasii & Nolanæ Ecclesiæ Antistitem enatam ob ingentes Eleemosynas Sacræ Imagini BB. Virgini Mariæ *Dell' Arco*, vulgò nuncupatæ oblatas, quæ in Nolani Episcopi Diœcesi sita erat. Unusquisque penes se jus Eleemosynas illas administrandi fore esse contendebat. At Joannes noster quamprimum litem illam diremit: *Ad neminem*, ait, *pertinent Eleemosynæ istæ, nisi ad Beatam Virginem*; in cujus honorem ipse Apostolica auctoritate suffultus magnificum Templum, amplumque Monasterium a fundamentis excitavit, atque clarissimo Prædicatorum Ordini, cui maximè se debere profitebatur, uniri curavit. Tantam verò gloriam Servo Dei hujusmodi prudens, & felix procuratio compararavit, ut Fabritius Gallus Nolanæ Ecclesiæ id tempus Antistes Sacræ rescribens Congregationi: *In administratione prædicta*, hæc dicat: *benè, immò optimè se gessit, ita ut tanquam ingentis muneris retributione dignus, maxima cum laude efferendus veniat*.

Ludovic. Marrac. in ejus vita lib. 2. cap. 4. p. 164.

VII. Constitutiones Congregat. scribit.

Romam An. 1595. reversus Constitutionibus Congregationis suæ absolvendis operam dedit. Eo in præclarissimo Opere, præter jejunia, crebras Orationes, assiduas Sanctorum Patrum, Sacrorumque Canonum lectiones, nec non duras sui Corporis afflictatio-

tiones, multos annos impendit. Sed de iis iterum cùm de ejus Operibus Mss. agemus digna recurret commemoratio.

VIII. Congregationis confirmationem a Clemente VIII. obtinet. Tom. 3. edit. Lugdun. 1615. pag. mihi 169.

His Constitutionibus institutam Congregationem suam Clementi VIII. Pont. Max. obtulit confirmandam: cujus confirmationis feliciter obtentæ extat in Bullario Romano illustre monumentum: *Constit. CXXIII. Ex quo Divina majestas* data Tusculi tertio Idus Octobris MDXCV. Pontificatus sui IV. Ea in Costitutione idem Pontifex Congregationem nostram insignibus exornat privilegiis, eamque ***Sub protectione Sedis Apostolicæ perpetuò remanere*** decernit. Huic verò summo Pontifici, de tota Congregatione benemerenti, grati animi ergo Collegium nostrum Lucense proprio in Sacrario, hanc sub ejus effigie Inscriptionem apposuit.

CLEMENS VIII. PONT. MAX. CONFIRMATAM
PRIVILEGIIS AUCTAM
FECIT APOSTOLICÆ SEDI IMMEDIATE SUBJECTAM
ANNO MDXCV.

IX. Clem. VIII. jussu Lucam proficiscitur ut suos invisat. Ex Chronic. Congregat. Part. 2. §. 23. pag. 159. & 161.

Anno insequenti, mense Februarii, Lucam profectus ejusdem Pontificis jussu, publica exceptus Lætitia suos invisit, ad regularis Disciplinæ formam vehementius incendit, efficacibus cohortationibus, præteritis turbationibus fractos confirmavit, suisque sanctissimis exemplis omnes ad perfectioris vitæ normam quàm maximè excitavit. Prid. Idib. Martii ejusdem Anni 1596. Luca profectus, Romam rediit Pontificio obsecuturus mandato, quo Commissarius Sedis Apostolicæ visitator, ac Reformator Monachorum Congregationis Montis Virginis Ordinis S. Benedicti decernebatur.

X. Ab eodem Pont. Visitator & Reformator Monachorum Montis Virginis An. 1596. constituitur, atq; Neapolim mittitur.

Extat ea de re Clementis VIII. Breve IV. Kal. Aprilis A. 1596. expeditum, quod Romæ in Archivio P. Generalis adservatur. Constitutio etiam Pauli V. ordine LXXXIX. in Bullario Romano *Tom. III.* ***pag. mihi*** 327. ejusdem Congregationis Montis Virginis Joannem nostrum, Reformatorem prodit. Hæc autem operosa provincia in Regno Neapolitano feliciter obita, maximis exantlatis laboribus atque periculis, magnam apud Clementem VIII., S. R. E. Purpuratos, ac prælaudatæ Congregationis alumnos, famam Laudemque illi comparavit. Acta verò, quæ pro Regularis Disciplinæ bono, atque instauratione in Coenobiis eorumdem Monachorum Montis Virginis reformandis Leonardius Noster, quinque interjectis visitationibus confecit, ipsius manu subscripta, Sigilloque proprio munita in Archivio P. Generalis adservantur.

XI. Idem munus in nostro Collegio Lucensi exercet.

Idem munus, iterum Clementis VIII. jussu, auctoritateque in Nostro Collegio Lucano exercuit Anno MDXCVII. non sine magno Nostrorum emolumento.

Præ-

XII. Civitatis & Diœcesis Aversæ Visitator.

Præterea Bernardinus Morra Aversæ Episcopus renunciatus, cum Romæ variis distentus curis suam Dioecesim invisere, uti in votis erat, non posset *Confisus de pietate, Charitate, Prudentia, integritate, & experientia Adm. R. D. P. Joannis de Leonardis .... ipsum quidem admodum R. D. P. Joannem .... universalem & Generalem visitatorem Civitatis, & Diœcesis Aversæ constituit, deputavit, ac solemniter declaravit*; ut videre est in Publico Instrumento confecto in Episcopali Palatio Aversano VIII. Idus Junias Anno MDXCIX. in nostro prædicto Archivio adservato, ex quo prænotata verba decerpsi.

XIII. Necnon Cogreg. Monachorum Vallis Umbrosæ, &

Jussis etiam Benedicti Cardinalis Justiniani, Congregationis Monachorum S. Benedicti Vallis Umbrosæ Protectoris obtemperans, partes Commissarii, Visitatoris, & Reformatoris perquam attentissimè in præfatis Cœnobiis peregit. Qua de re in nostro Archivio extant *Patentes Litteræ* ejusdem Cardinalis III Prid. Septembris MDCI. expeditæ, necnon præfatæ visitationis genuinum exemplar.

XIV. Montis Senarii ex Ludovic. Marrac. in ejus vita lib. 2. cap. 15. pag. 252. & seq.

Monasterii quoque Montis Senarii Fratrum Servorum B. Mariæ Virginis in partibus Thusciæ, rogatu Ferdinandi I. Magni Etruriæ Ducis, ejusdem Cœnobii Protectoris invisit, atque Fratres illos in Disciplina regulari optimè excultos, ad nova virtutum incrementa suis exemplis sanctionibusve inflammavit.

XV. Ecclesiasticas dignitates etiam primarias ultrò oblatas invictè recusat. Ex Marrac. lib. 3. cap. 10. pag. 396. & ex Proces. Apost. pag. 1691.

Ob hæc aliaque amplissima munia ab ipso præclarè gesta, Clemens VIII. Pont. Max. Episcopali, immò & Cardinalitia Dignitate eum decorasset, nisi Servi Dei humilitas invictè obstitisset.

XVI. Clemens VIII. Ecclesiam S. Mariæ in Porticu de Urbe, ejusque jura Leonardio concedit. Bartholomæus Card. Cæsius Cong. amantissimus lib. 2. cap. 13. pag. 235. Franciottus edit. emendatur.

Exteris curis valere jussis, Congregationis suæ Romæ stabiliendæ sedulam navavit operam, Deoque favente, pervetustam Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Porticu, Diaconiæ Cardinalitiæ Dignitate insignitam, a Clemente VIII. XIX. Kal. Septembris 1601. obtinuit. Ejusdem munificæ concessionis Breve extat in nostro Romano Archivio. Potissimas autem partes, præfatæ Ecclesiæ Nostris uniendæ, Bartholomæum Cæsium ejusdem Templi Diaconum Cardinalem, impendisse Ludovicus Marraccius, ne tantum beneficium e nostris tabolis deleretur, testatum voluit. Cæsar Franciottus in Libro prænotato: *viaggio alla S. Casa di Loreto*, edito Venetiis inter ejus opera *in* 4. Anno 1622. *pag.* 21. scribit Clementem VIII. Anno 1595. eamdem Sacram Ædem Nostris concessisse; sed ex ejus Chronico Mss. ad annum 1601., nec non ex altero ejus opere inscripto, *Vite de' Santi &c.* recuso Venetiis Anno 1629. *in* 4. *pag.* 507. Typographum in tempora consignando lapsum cognoscimus.

XVII. Card. Baronius 1. Cong. Protector. Ejusdem jussu prima Comitia a nostris celebrantur.

Cæsar Cardinalis Baronius a Clemente VIII. Congregationis nostræ Protector Anno 1603. renunciatus, ejusdem Eminentissimi Protectoris jussu auctoritateque Romæ v. Idus Junias Anno 1604. in Domo S. Mariæ in Porticu prima comitia generalia a nostris habita

ta sunt. In iis Leonardium, anno superiori, in Generalem perpetuum ab eodem Cardinali electum, Patres libenti faustoque animo exceperunt; necnon Constitutiones ab eodem Leonardio jam numeris omnibus absolutas, a Cardinali Baronio, Clementis VIII. mandato discussas, & IV. Idus Junias Anno 1604. solemni Decreto probatas, Pontificioque oraculo munitas, unanimi suffragio amplexi sunt. De hoc verò Cardinali amplissimo, cui Congregatio nostra plurimùm debet, in Sacrario nostro Lucano sub ejus Ven. Effigie hanc legi exscripsique Inscriptionem.

Leonardius Generalis perpetuus renunciatur. ut ex not. appositis Constitut. a Baronio subscriptis.

Constitutiones approbantur.

CÆSAR BARONIUS S. R. E. CARD.
PROTECTOR
CONSTITUTIONES PROBAVIT
AUCT. APOST. ROBORATAS
ANNO MDCIV.

XVIII.

Congregat. propagationi Clemens VIII. favet Tom. 3. Bullar. Roma. pag. mihi 170.

Eodem Anno VIII. Kal. Julii Clemens VIII. Pont. Max. *Constitut. CXXIV.*, quæ incipit: *Illos Apostolicæ benignitatis* &c. ut Congregatio nostra ubique locorum propagari posset benignè indulsit, nec non Pontificia auctoritate prælaudatas Constitutiones iterum corroboravit, confirmavitque. Ait enim ibidem Pontifex: *Cum autem, sicut accepimus, Congregatio prædicta uberes in Ecclesia Dei fructus ad Animarum Christifidelium salutem proferat, & illius Clerici sub nonnullis Constitutionibus, & regulis, a Dilecto Filio nostro Cæsare Tit. SS. Nerei, & Achillei Presbytero Cardinali Baronio nuncupato, ipsius Congregationis apud Nos Protectore examinatis, & auctoritate nostra Apostolica approbatis laudabilem vitam degant, & in via Domini non mediocres progressus faciant; & si illis, ut alia Loca, Domos, & Ecclesias ubique recipiendi .... facultas concederetur, indè profectò Christifidelium animarum salus valdè promoveretur, & spiritualis consolatio magis augeretur: Nos ejusdem Congregationis propagationi consulere, & ejus Personas specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes ... Motu proprio* &c.

XIX.

Monasterii S. Urbani Romæ moderator. Ex Marrac. lib. 2. cap. XVI. pag. 2.5.

Lucæ Monialium S. Mariæ Angelorum institutor. Lib. 1 cap. XVII. cap 105. & seqq.

Præter ea, quæ hucusque commemoratione digna retulimus, multa etiam alia pro Ecclesiæ bono idem Joannes Leonardius comparavit. Romæ Sacrarum Virginum Cœnobium, Sancti Urbani, vulgò *Le Cappuccine* nuncupatum, piè sanctèque rexit. Lucæ verò alterum Sanctæ Mariæ Angelorum, *L'Angiolo* appellatum, instituit.

XX.

Collegio Anglico præsidium affert.

Congregationem Scholarum Piarum fovet.

Nonnullas controversias enatas inter Collegium Anglicum, & religiosissimam Societatem Jesu ipse compescuit dissavitque. Nascentem Scholarum Piarum Congregationem, eamque prudentiæ, zelo, atque Joannis nostri Leonardii fidei curæque concreditam, ipsam penè collabentem rexit, & non secus ac foetum pro-

 prium

prium promovere studuit. De iis ita scribit Advocatus Ludovicus Centoflorinus in Vita Joannis Leonardii, pro ejus Beatificatione, Gregorio XV. Pont. Max. præsentata, quæ Ms. in nostro Archivio adservatur: *S' impiegò in comporre diverse differenze nate fra il Collegio Inglese, e la Compagnia del Gesù: ed in altre gravissime controversie nate circa l' opera delle Scuole Pie non ancora esercitata da Religiosi.*

Cap. 29. pag. 60.

De memorata Congregatione Scholarum Piarum Ludovicus Marraccius in Vita edita ejusdem Servi Dei hæc item habet: *Fù da Monsignor Vestri raccommandata alla carità, diligenza, e prudenza del Venerabile Padre l' opera delle Scuole Pie, la quale stando per varj accidenti in pericolo grande di cadere, e restare disfatta, aveva bisogno di Persona molto destra, e prudente che la sostenesse. E Giovanni seppe tanto bene in questo adoprarsi, che siccome affermarono quelli, i quali allora ne avevano il maneggio, per lui solo quelle Scuole si mantennero in piedi.*

Lib. 2. cap. 16. pag. 257.

XXI. Collegii de Propaganda Fide Institutionem promovet.

Collegio Romæ instituendo, de Propaganda Fide nuncupato operam impendit suam, ac per se, suosque novum illud Christianæ Reipublicæ præsidium & ornamentum promovit fovitque. Centoflorinus paulò supra laudatus: *Fù un de' primi Motori*, ait, *del pensiero, che poi Gregorio XV. effettuò, d' ereggere in Roma una Congregazione de Propaganda Fide, che non avesse altro Instituto, che d' andar' a predicare la Fede a' Gentili, ed altri Infedeli, come fecero gli stessi Apostoli, e che restassero in quelle parti a pascerli; e ne tenne più volte proposito con Monsignor Vives, che poi lasciò tutta la sua Eredità alla medesima Congregazione; e fece anco un Trattato, che si conserva, degl' Istituti, modo, e regole di questa Congregazione.*

Ibid. pag. 70.

Ludovicus Marraccius quoque in ejusdem veritatis testimonium insequentia verba habet: *Insieme con Monsignor Vives Spagnolo, Prelato di singolare bontà di vita, e zelo di religione, diede principio ad una Congregazione di Preti secolari, il cui Istituto doveva essere l' attendere solamente alla dilatazione delle Fede Cristiana. Per questo effetto fece venire di Lucca uno de' Suoi, soggetto molto ragguardevole; il quale in Casa dell' istesso Prelato cominciò ad istruire ne' Ministerj Apostolici alcuni Sacerdoti, che quivi dimoravano: ed in ciò perseverò per molto tempo; convenendo tra tanto assai frequentemente Monsignor Vives col nostro Giovanni per formare Regole, e Constituzioni (delle quali presso di noi per anche gli originali si conservano) e dar forma a questa nascente Congregazione; la quale fù poi condotta a perfezione nell' istesso Palazzo dove nacque, dopo la morte del nostro Venerabile Padre, con Titolo di Congregazione de Propaganda Fide: ed oggi è delle principali di Roma; ritrovandosi in quella il fiore del Sacro Collegio, ed essendone*

Lib. 2. cap. 16. pag. 258.

Capo immediato l' istesso Sommo Pontefice. Hinc Illustrissimus & Reverendissimus D. Nicolaus Lercari ejusdem Sacræ Congregationis de Propaganda Fide a Secretis, & Basilicæ Lateranensis Canonicus, pro sua in Leonardium, Congregationemque nostram grati animi significatione, in superiori parte prælaudati Collegii, Iconem Servi Dei apponi curavit Anno 1748. sequenti elogio decoratam:

VENERABILIS DEI SERVUS
P. JOANNES LEONARDIUS LUCENSIS
CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM
MATRIS DEI FUNDATOR
DE SACRA CONGREGATIONE PROPAGANDÆ FIDEI
OPTIME MERITUS
OBIIT ROMÆ IX. OCTOBRIS MDCIX.

XXII. Pistorii & Pisciæ duas Sacras Familias instituit.

In Etruria itidem, Pistorii nempe & Pisciæ, duabus sacris Familiis suæ instar conditis, legibusque munitis, nomen suum haud parum illustravit. In Xenodochio sancti Spiritus de Saxia in Urbe multa etiam præclara ad illius loci incrementum molitus est. Romæ pariter RR. Moniales Turris Speculorum sua opera plurimum juvit. Quæ verò Senis, & Aversæ pro illarum Civitatum spirituali profectu vir Dei præstitit prætereunda esse ducimus, ne ultra Instituti nostri præscriptas leges evagemur. Ea omnia, permultaque alia accuratè percensuit Ludovicus Marraccius in ejus vita impressa Romæ typis Varesii Anno 1673. Videsis *lib.* 2. *Cap.* 10. *pag.* 211. *& Cap.* 11. *pag.* 217.

Centoflor. cap. 19. pag. 42. Marrac. lib. 1. cap. 20. pag. 126. & lib. 2. cap. 16. pag. 256. & seq.

XXIII. Ejus obitus.

Demum Vir Apostolicus laborum magis pro Ecclesiæ bono, quàm annorum pondere pressus, virtutibus plenus, sanctitate admirabilis, multis etiam post mortem ac magnis miraculis Clarus, Sacramentis item Ecclesiæ munitus, in cinere, & cilicio, ceu dormiens Romæ è vita migravit VII. Idus Octobris Anno a Cristo nato MDCIX. Ætatis suæ LXVI. a Congregationis exordio XXXV. Ex aliorum verò sententia obiit VIII. Idus Octobris ætatis suæ LXVIII. Sed hac de re fusius in notis inferiùs apponendis.

XXIV. Supremi diei celebritas.

Ejus mortem cum audisset Summus Pontifex Paulus V. ter grandi perculsus dolore dixit: *Mortuus est magnus Dei Servus: Sancta Ecclesia magnum Virum amisit*. Gregorius item XV. Pont. Max. hujus Viri Sanctitatem probè noscens, jussit conquiri & scribi quæ tantus Vir toto vitæ suæ laudabili cursu piè sancteque gesserat, ut posset in Beatorum album quanto citiùs adscribi. Quo honore jam certè Joannes Leonardius donatus fuisset, si in sui Fundatoris gloriam Nostri diligentiorem operam contulissent. Ità scribere, Nostrorum venia, cogente veritate mihi liceat. Sed ad instituti nostri propositum redeamus. Emortuum Corpus debito Exequiarum honore

cohoneſtatum, populique Romani frequentia, aliiſque ſignificationibus Viri Sanctitatem teſtantibus, cultum, atque loco haud communi in Templo S. Mariæ in Porticu, nunc S. Gallæ nuncupato, tumulatum; indeque An. 1662. effoſſum, propè Altare majus Eccleſiæ S. Mariæ in Campitello, quo anno Noſtri, prima relicta Sede, Alexandri VII. Pont. Max. juſſu illuc commigrarunt, honorificè repoſitum eſt, ubi nunc quoque conditum jacet, frequenti Populi Romani, religionis ergo, concurſu decoratum. Sepulcrali lapidi verba hæc inſculpta leguntur:

D. O. M.
JOANNES LEONARDIUS
VIR DEI
CONGREGATIONIS PRESBYTERORUM
MATRIS DEI
LUCÆ OLIM ERECTÆ FUNDATOR
ET RECTOR GENERALIS PRIMUS
IN PACE
OBIIT IX. OCTOBRIS M. D. C. IX.
ÆTATIS SUÆ LXVIII.

Franciſcus Marraccius lib. 4. Epigrammat. *pag.* 98. his verſibus Fundatoris ſui tumulum exornat:

Servus Joannes Chriſti Leonardius hic ſum
Juſtorum ſomnum dormio: vivo tamen
Ut morerer vivus, quid non malus exciit hoſtis?
Mortuus ut vivam, nil timuiſſe facit.

XXV. Prima ejus Effigies.

Effigies Ven. Patris, quam Pictor, dum ipſe animam agebat primis lineis adumbravit, Lucæ in noſtro Collegio religioſè adſervatur; eamque Horatius Philippus Tit. S. Honuphrii Cardinalis Spada Epiſcopus Lucenſis inſigni erga Virum Sanctiſſimum pietate aurata Corona, & cryſtallo ſuis ipſe manibus incluſit, muniitque de ſuo An. 1715. Sub eam Bartholomæus Beverinius hanc appoſuit Inſcriptionem:

Effigies Ven. Patris Noſtri Joannis
Quæ dum ipſe animam agebat inchoata
Rudis & imperfecta remanſit.
Joannes enim Pictorem aſpiciens, rem præſenſit,
Et quia verbis non poterat, vultu, & corporis actu,
Animi ab hujuſmodi officio
Abhorrentis ſignum dedit.

Qua-

Quare permoti Patres, optimi Parentis
Voluntati, & modestiæ potius,
Quàm propriæ consulentes,
Opus nondum absolutum intermitti curarunt.
Hanc Imaginem quoties P. Cæsar Franciottus
Aspiciebat, licèt in plura distractus
Magna se repentè mentis tranquillitate,
Et quadam compunctione perfundi solere testatus est.

Adservatur etiam hic Romæ in nostro Collegio alterum ejusdem Ven. Patris exemplar celeberrimi Equitis Guidotti artificio elaboratum dum supremum vitæ diem Dei Servus agebat, atque post ejus fœlicem obitum ab eodem Auctore absolutum. Hæc etenim verba a tergo posita leguntur: *Ritratto dal Cavaliere Guidotti quando il Venerabile Padre era moribondo, e compito dopo la morte l'Anno 1609. e l'Anno 1730. incollato sopra nuova Tela, e nuovo Telare.* Utra verò Imago Sanctissimi Parentis Lucana ne, an Romana expressior primævaque sit, rem in incerto positam esse autumamus, ut privatis litibus aditum præcludamus.

Prima ejus Imago ære incisa ad piorum solatium, qua Deus ad Servi sui sanctitatem ostendendam, miracula haud pauca patravit, prodiit Romæ An. 1637. Marco Antonio Cardinali Franciotto nuncupata, cui, hujusmodi Inscriptio adjecta est: XXVI. Prima ejus Imago ære incisa.

V. P. JOANNES LEONARDIUS
CONGREG. CLER. REGULAR. MATRIS DEI
OLIM LUCÆ PRIMITUS ERECTÆ FUNDATOR
OBIIT ROMÆ DIE IX. OCTOB. AN. MDCIX.
ÆTATIS SUÆ AN. LXVIII.
EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO DOMINO
D. MARCO ANTONIO FRANCIOTTO S. R. E. CARD.
EPISCOPO LUCENSI AC COMITI IMPERIALI
CONGREG. CLER. REGUL. MATRIS DEI D. D. D.
ROMÆ ANNO DOMINI MDCXXXVII.

In sequentibus Annis aliæ etiam Imagines variis formis sculptæ, Fidelium pietatem atque Religionem erga Dei Servum excitarunt, auxeruntque.

Ipsius vitam admirandam publica luce donavit in compendium redactam omnium primus noster Franciscus Leonardius. Post ipsum illam, justo volumine comprehensam, & in quatuor Libros distributam, atque italicè pariter concinnatam publici juris fecit Ludovicus Marraccius Congregationis nostræ Scriptor illustris, An. 1673. In id pariter argumentum scripsere V. P. Cæsar Franciot- XXVII. Auctores qui res a Leonardio gestas scripserunt.

ciottus ejus Discipulus & Socius, Vir ab editis ingenii monumentis clarus, sed ejus Ms. non dum typis donatum in nostro Romano Archivio custoditur; Josephus Matraja III. Congregat. nostræ Rector Generalis, qui latinè vitam prædictam reddere satagebat, exque parte præstitit, sed morte præventus suo cum Auctore opus intercidit, & adhuc tenebris obrutum in eodem Archivio jacet; nec non Dominicus Tuccius IV. ejusdem Congregationis Moderator supremus a Ludovico Marraccio, opere supra memorato, *lib.* 4. *cap.* 7. laudatus. Eam pariter in XXXII. capita partitam magna cum cura adornavit Clar. Vir Ludovicus Centoflorinus Juris utriusque Doctor, inque Romana Curia Causarum Advocatus, quam Gregorio XV. Pont. Opt. Max. pro celeri ejusdem Servi Dei Beatificatione Ms. obtulit, quæque pariter in eodem Archivio, ceu pretiosum monumentum, adservatur. Hippolytus Marraccius in Libro, cui hunc titulum indidit: *Fundatores Mariani cap.* 40. *pag.* 319. illam laudat. Præterea noster Franciscus Marraccius An.1641. gesta ejusdem Servi Dei tribus Libris comprehensa latino sermone eleganter conscripsit, sed ejus codex ab interitu certè vindicandus Romæ in nostris pluteis neglectus, alicujus opem expectat ut luce tandem fruatur. Josephus pariter Bonafides Fundatoris sui vitam nobis Ms. reliquit, Clar. Viri Fr. Lucæ Vadinghi judicio comprobatam. Hippolytus Marraccius in opere prænotato *Fundatores Mariani cap.* 40. *pag.* 319. præcipua rerum a Leonardio gestarum capita, quæ singularem illius erga Deiparam pietatem exhibent, luculenter enarrat. Demum Joannes Marangonius Sacerdos Vicentinus pius & eruditus de eo compendiosam narrationem inseruit Vitæ P. Bonsignorii Cacciaguerra S. Philippi Nerii Sodalis, unà cum historiis aliorum Virorum illustrium, qui ejusdem S. Philippi Nerii a sacris confessionibus extiterunt, nec non singulari sanctimoniæ laude eluxerunt. Idemque pariter præstitit R. P. Helyot in sua erudita Historia *Degl' Ordini Monastici*, *Religiosi, e Militari* &c. a nostro Josepho Francisco Fontana è Gallico in italicum idioma versa *Tom.* 4. *cap.* 36. *pag.* 268. Præter hæc ejus vita legitur in publicis Actis de illo inter cœlites referendo excusis Romæ *Tom.* 1. *in fol. Anno MDCCI.* quo pariter anno ejusdem Servi Dei Beatificationis & Canonizationis Causa in Sacra Rituum Congregatione ab Eminentissimo & Reverendissimo Domino D. Cardinali Gabrielli proposita, felici exitu signata fuit, ut dicitur, *Commissio super Introductione Causæ* a sanct. mem. Clemente Pap. XI. Die 10. Septembris ejusdem Anni 1701. Insequentia tempora his faustis initiis, maxima certè Postulatorum oscitantia, minimè respondere; quandoquidem nihil de causa actum est: donec An. 1728. a P. Cæsare Trenta Rectore Generali in lucem revocata, confectisque ad accuratas Pontificias Leges Processibus auctoritate Apostolica cùm super

Edit. Romæ typis Bragni 1712. in 4. pag. 29.

Ejus causa Beat. & Canonizat. in Sac. Rituum Congreg. introducitur.

ſuper non cultu, Famaque Sanctitatis Virtutum, & miraculorum in genere, ut dicitur, tùm ſuper Virtutibus & miraculis in ſpecie; diſcuſſis etiam approbatiſque ejuſdem Servi Dei operibus editis, atque Mss. ad examen Virtutum in gradu heroico in ambabus Congregationibus Antepræparatoria, & Præparatoria deventum eſt ſub auſpiciis Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi Domini D. Cardinalis Nicolai Mariæ Lercari Ponentis, cui propterea devincta eſt noſtra Congregatio. His ritè peractis, &, quæ reliqua ſunt, peragendis, S.Apoſtolicam Sedem noſtris obſecundaturam votis, Servoque Dei de eadem optimè merito ſolennes Cœlitum honores tandem collaturam ſperamus, obnixeque precamur. Qua ſuper re plurimum debemus beneficentiſſimo nobis Benedicto XIV. Pont. Opt. Max. totius Chriſtianæ Reipublicæ bono impræſentiarum regnanti; qui præterea aliis Congregationem noſtram gratiis ac privilegiis cumulavit. Sed ne id proſequar longius, ad rem noſtram redeamus.

Hanc Congregationem ab Joanne Leonardio inſtitutam, quæ primùm fuit *Clericorum Sacularium ſub Titulo B. Mariæ Virginis in communi viventium*, Paulus V. Pont. Max. Conſtitut. LXXXI. *Inter Paſtorales officii curas* &c. XIX. Kal. Februar. MDCXIV. data, *De cætero perpetuis futuris temporibus MATRIS DEI nuncupandam*, edicit; Opuſque Scholarum Piarum ad pauperes gratis erudiendos pridem in Urbe inſtitutum Congregationi Noſtræ demandat; eique *curam, regimen, adminiſtrationemque Scholarum præfatarum perpetuò incumbere*, decernit; *ipſi verò* Præfecto *P. Joſepho Calaſantio*, aliiſque *qui in Domo earumdem Scholarum* reperiebantur, indulget Pontifex, *ut vita eorum durante, poſſint & debeant ſecundum ſuas proprias Conſtitutiones ibi permanere.... illis autem vita functis, ſeu inibi permanere recuſantibus in eorum locum non alii, quàm qui juxtà regulas dictæ Congregationis a fel. rec. Clemente Papa VIII. Prædeceſſore noſtro confirmatas, ſervare voluerint admitti debeant*. Ità Pontifex in ſua paulo ante memorata Conſtitutione. XXVIII. Paulus V. Congregation. noſtram Matris Dei titulo inſignit. Tom. 3. Bullar. Rom. edit. Lugdun. pag. 312. Scholarum Piarum Noſtri Moderatores.

His legibus Noſtri Scholarum Piarum curam ſuſcepere, quam tamen non multo poſt a ſe abdicare coacti ſunt. Cujus rei in cauſa fuit ardens nimis quorumdam ſtudium, qui majoris perfectionis ſpecie rigidiorem paupertatem inducere ſatagebant; non ſatis animo advertentes ſe eo ſtudio Inſtitutum a Leonardio traditum, a ſummo Pontifice confirmatum, & ut ab omnibus inviolatè obſervaretur propoſitum, non parum immutaturos. Qua de re clariſſima habemus monumenta cùm in Chronico noſtræ Congregationis ab Alexandro Bernardinio ſupremo ejuſdem Moderatore continuato, ſub quo præfata unio peracta fuit; tùm in Conſtitutione CI. Pauli V. pridiè non. Martii MDCXVII. emanata, qua Noſtros ab injuncta Scholarum Piarum cura exemit. *Cum autem*, ait Pontifex loco laudato §. 11. *ſicut accepimus Clerici .... præfati*, Matris Dei XXIX. Illas relinquunt. Tom. 3 Bullar. Rom. edit. Lugd. pag. 351.

nem-

nempè, *bonorum stabilium possessione se abdicari nolint*, *propterea quod aliis muneribus*, *& exercitiis juxtà regularia ejusdem Congregationis instituta*, *Apostolica auctoritate*, *confirmata*, *ne vacent*, *impediri se sentiant*, *& hujusmodi exercitiis potiùs operam dare*, *quàm prædictas Scholas regere malint*; *Nos &c.* Quapropter idem Paulus V. ut sancto eorum Patrum strictioris paupertatis studio satisfaceret, simulque integrum sub eadem nuncupatione Congregationis *Matris Dei*, Leonardii nostri Institutum, Apostolica auctoritate a Clemente VIII. roboratum perseveraret, nuperam ex iis Congregationem, quam *Paulinam pauperum Matris Dei Scholarum Piarum* vocari voluit, eadem sua Constitutione instituit, Matris Dei Nomine illis adjecto, quia nobiscum perpaucis annis religiosam vitam traduxerunt. Hinc Stemma nostræ Congregationis sigla illa Græca ΜΡ ΘΥ idest *Miter Theu* insignitum sibi adoptarunt, addicta tamen alia sigla, ut distingueretur, M hoc est *Maria*. Si prælaudatas Pauli V. Pont. Max. Constitutiones præ oculis habuisset P. Vincentius Talenti Scholarum Piarum Professor in suo *Compendio Istorico-Cronologico della vita e miracoli del B. Giuseppe Calasanzio*, edito Romæ Anno 1748. uumquam, a veritate aberrans scripsisset *pag.* 75. quod peracta præfata unione: „ Il Demonio accrebbe la presunzione di rovinarla inducendo (scilicet in Nostris) rincrescimento e fastidio di quel nojoso e in apparenza vil ministero, singolarmente sotto colore, che impedisse i più sacri impieghi del proprio loro Istituto, e a poco a poco ne riuscì.... Sul principio del 1616. si era scemato tanto il fervore di que' Padri, e il numero degli Scolari, che il B. Giuseppe ne era al sommo dolente.... E trovatili dal Demonio con troppa gagliardia prevenuti sul principio del 1617. ne informò appieno il Cardinale Giustiniani, ed egli il Papa, e con suo moto proprio de' 6. Marzo 1617. rivocò il Breve di unione già fatta delle Scuole Pie colla Congregazione della Madre di Dio &c. „ Huic narratiunculæ coævum æquè atque gravissimum oppono Auctorem, Alexandrnm nempè Bernardinium Congregationis nostræ Rectorem Generalem II. qui Scholas Pias Nostris adjunxit. Ipse enim Ven. Auctor accuratissimam in id argumentum conscripsit Historiam, quæ Ms. in nostro Romano Archivio adservatur. Nonnulla quæ ad rem nostram faciunt hic transcibere operæ pretium ducimus, ut quantum a veritatis tramite P. Talenti aberraverit, omnibus innotescat. Igitur Bernardinius *pag.* 63. hæc habet: „ Per eseguire il volere del Signor Cardinale Giustiniano Protettore delle Scuole Pie, diedi cura al P. Giuseppe Priami Sacerdote nostro, che in alcuni giorni della settimana andasse alle Scuole a confessare; la qual cura fù esercitata da lui circa d'un anno. Questa azione, come io reputo, diede occasione ai Padri delle Scuole Pie di pensare a metter quel peso „ sopra

Congregat. Paulinæ Scholar. Piarum Institutio An. 1617.

P. Vincentius Talenti in suo Compendio corrigitur.

,, ſopra di noi; *& pag.65. ſubjungit*. Suſcitò contro le dette Scuole ,, non peranco a noi unite, i Maeſtri de i Rioni di Roma, ed altri ,, Maeſtri della Città i quali tutti inſieme per buon tempo dettero ,, molto da fare. Maggior fuoco acceſe in Caſa, perche operò ,, che la maggior parte di quelli di Congregazione ſi rivoltaſſero ,, contro il P. Prefetto Capo loro, e la coſa andò tanto innanzi ,, che diede gran tracollo a queſt'opera, e poco vi mancò che non ,, cadeſſe per terra. il che ſarebbe ſeguito ſe Papa Clemente VIII. ,, non vi aveſſe rimediato, commettendo al P. Giovanni noſtro ,, Generale queſto negozio. Avendo egli preſo cognizione di tutto, ,, formò alcuni ordini molto bene aggiuſtati per le Scuole, e co- ,, mandò che chi non voleva oſſervarli ſi partiſſe di Congregazio- ,, ne; onde molti inquieti, e ſedizioſi ſi partirono, e rimanendo la ,, Congregazione purgata da cattivi umori, gli fù facile di acco- ,, modare ogni altra coſa. Hò io più volte ſentito dire al P. Prefet- ,, to (nempe B. Joſephum Calaſantium) che qneſt' opera era ri- ,, maſta in piedi per la deſtrezza e diligenza del P. Giovanni ,, (ſcilicet V. P. Jo: Leonard.) e forſe per queſta cagione Iddio ,, averà inſpirato que' Padri a metterla ſotto la cura noſtra: ,, Et *pag.67.* agens de præfata unione Scholarum Piarum cum noſtra Congregatione ad formam Pontificii Brevis Pauli V. ſupra memorati: ,, Convennero (inquit,) in queſta concordia per la parte delle ,, Scuole il P. Prefetto, l'Abbate Landriano, ed il P. Gaſparo ,, Dragonetti Siciliano. In queſti ſi riposava tutta l'autorità della ,, Congregazione delle Scuole Pie, perchè gli altri erano tutti ,, amovibili, e non numerati nella Congregazione. Da queſto ſi ,, può ben vedere, quanto avevano ragione quelli Padri, di ap- ,, poggiare quell'Opera a noi.... Quando noi avemmo le Scuole, vi Pag.83. ,, concorrevano circa ottocento Scolari; ma eſſendoſi ſparſa la fa- ,, ma per Roma del buon ordine, in poco tempo ſi aumentò il nu- ,, mero fino a mille dugento, di ſorte che le ſtanze non li poteva- ,, vano capire.... Si diede alle Scuole Pie principio ad un eſercizio Pag.147. ,, il quale ſe bene era di molta fatica a continuarlo, era nondimeno ,, di gran carità, e molto utile per li Scolari, cioè, che foſſe ,, bene, che foſſero mattina e ſera accompagnati da Noſtri alle Caſe ,, loro.... Si ſpartirono li Scolari della Scola in ſei ſquadre, a ,, ciaſcuna delle quali ſi prefiſſe due de' Noſtri che l'accompagnaſſe- ,, ro, e procuraſſero, che andaſſero i Figliuoli con modeſtia. Quelli ,, che abitavano in Borgo ſi mettevano tutti inſieme, ed i Maeſtri ,, mattina, e ſera caminavano fino a S.Pietro, ed i Figliuoli con licenza ,, loro, quando erano vicini alle loro Caſe quietamente ſi ritiravano a ,, quelle. Altra ſquadra andava fino al Popolo, altra a S.Maria Maggio- ,, re, altra S.Marco, altra in Traſtevere. Ciaſcuna ſquadra era numero- ,, ſa molto, eſſendovene di quelle che paſſavano il numero di dugen-

„ to Figlinoli, i quali si erano ammaestrati così bene, che andava-
„ no con gran modestia; e decoro, e con le loro Corone in ma-
„ no; di maniera che vedendosi mattina, e sera queste Processioni
„ per Roma, davano straordinario gusto, e si sentivano lodi gran-
„ dissime della Congregazione accompagnate con affettuose bene-
Pag. 151. „ dizioni. Si ebbe l' uso della Chiesa di S. Pantaleo per servizio
„ solamente delli Scolari con alcune condizioni se bene assai gravi
„ per noi; nondimeno per non poter far altro si accettarono così
„ consigliati dal Cardinale Giustiniani, e da molti altri.... Si fece un
„ giorno dentro l' ottava della Madonna della Neve la Processione
„ di tutta la Scuola a S. Maria Maggiore con molto maggior nu-
„ mero di Figliuoli dell' Anno passato, e con migliore ordine, e
„ fù la Processione tanto numerosa, che faceva maravigliare ciasc-
„ uno che la vedeva. „ Cum igitur Scholæ Piæ Nostrorum cura,
præsidio, sedulitateque tantum incrementum atque splendorem ac-
ceperint, quid illas a se abdicare Nostros coegit? Audiatur idem
Bernardinius qui loco laudato *pag.* 157. & *seq.* subjungit quòd
B. Josephus Scholarum præfatarum Præfectus sancto incensus ardore
Paulo V. Pont. Max. supplicem porrexit libellum, quo humiliter
petebat: „ che per maggior perfezzione dell'opera delle Scuole Pie,
„ li Padri della Congregazione della Madre di Dio avessero solo
„ un' Instituto, cioè, quello delle Scuole.... E la sua intenzione era
„ che gli altri esercizj riguardanti l' universale salute delle Anime
„ si lasciassero per l' avvenire, e però sarebbe bastato di avere
„ bassissima cognizione delle cose di Teologia, e de' casi di coscien-
„ za per doversi solamente impiegare intorno al bisogno di que' Fi-
Pag. 161. „ gliuoli.... Quando si seppe da me, e da altri di Congregazione che
„ il Prefetto aveva dato questo memoriale appartenente alla Con-
„ gregazione, senza farne parola ad alcuno di noi, dispiacque
„ grandemente, e vi furono molti romori in Congregazione.... In-
Pag. 167. „ tanto entrò l' Anno 1616., ed alli due del Mese di Gennaro si
„ diede principio alla Congregazione. Si scopersero tra noi molte
„ difficoltà, non piacendo, che si lasciasse l' antico Istituto di aju-
„ tar le anime con le Prediche, ed amministrazione de' Sacramen-
„ ti, come fino all' ora si era fatto, ne universalmente approvan-
„ dosi lo stato di povertà, ancorche si lasciassero i beni alle Case
Pag. 169. „ sin ad ora fondate.... In oltre ricercava il Cardinale Giustiniani,
„ che si facesse ordine, che i Predicatori nostri in futuro non po-
„ tessero essere Predicatori ordinarj fuori delle nostre Chiese nel
„ tempo di Quaresima, e dell' Avvento, e per le Feste ordinarie
„ dell' Anno. Il che affliggeva molto l' animo nostro essendo
„ questo contro le Costituzioni nostre &c. „ Ardens igitur No-
strorum studium servandi proprium Institutum, quod sartum
tectumque in paulò ante memorata Constitutione Pontifex ha-
bere

bere voluit, in causa fuit ut Scholis Piis Nostri supremum vale dixerint.

XXX. Gregorius XV. Congregat. ad statum Religiosum provehit Die 3. Novembris 1621.

Congregatio itaque nostra Scholis Piis dimissis, quibus tres præsederat annos, liberè aliis sanctis muneribus, propriis Constitutionibus magis consentaneis, pro animarnm bono vacare cœpit. Cumque in dies Congregationis, Nostrorumque existimatio Romæ magis magisque augeretur, atque uberrimi ex ea in Ecclesiam fructus redundarent, Gregorius XV. Pont. Max. singularibus Privilegiis illam prosequi cupiens, inter cœteras Sacras Familias, tribus Votis solemnibus obstrictas, accensuit tertiò Nonas Novembris MDCXXI. sua Constitutione, quæ incipit: *In supremo Apostolatus Solio* &c. in Nostro Romano Archivio adservata. Hujus verò Pontificis Maximi Iconem Nostri in Sacrario Lucano, grati animi ergo, sequenti Inscriptione, posteritati commendarunt.

GREGORIUS XV. PONT. MAX.
SUB TIT. CLER. REGUL. MATRIS DEI
AD RELIGIONIS STATUM EVEXIT
ANNO MDCXXI.

Musantii Chronologia de Congregationis initio emendata.

Fallitur hic Joannes Dominicus Musantius qui in suis Tabulis Chronologicis editis Romæ MDCCXII. *Tabula II. Num. X.* scribit Congregationem nostram inter cœteras Religiosas Familias Pontificio Decreto adscriptam Anno MDCCXXII. In eo quoque fallitur quod Congregationem Scholarum Piarum institutam ante nostram asserit, cum rei veritas temporumque ordo ejus opinioni manifestè refragentur. P. etiam Fraver ejusdem Societatis Ptofessor, qui præfatas Musantii Tabulas eruditissimis notis, atque Dissertationibus illustravit, in idem incidit mendum, Musantii Chronologiam incautè secutus.

XXXI. Privilegia aliis Congregat. Cleric. Mendicantium concessa cum nostra communicantur.

Demum idem laudatus Pontifex Gregorius XV. alia sua Constitutione pridiè Nonas Januarias 1623. data, quæ incipit: *Ad uberes & suaves fructus* &c. quæque pariter in memorato nostro Archivio extat, *Congregationi*, nostræ, *illiusque Personis omnia & singula Privilegia, immunitates, libertates, facultates, exemptiones, & indulta tàm spiritualia, quàm temporalia aliis Congregationibus Clericorum Regularium Mendicantium, non tamen Societatis Jesu .... etiam per viam communicationis vel extensionis per quoscumque Romanos Pontifices concessa .... perindè ac si nominatim & in specie concessa fuissent, perpetuò* impertitur.

XXXII.

Hæc autem omnia paulò fusius persecutus sum, ut exordia incrementaque Congregationis nostræ æquè ac Privilegia, quæ certè Fundatoris sui gloriam maximè augent, omnibus sint obvia. Nunc verò rerum ordinem prosequamur.

§. I.

De V. P. Joannis Leonardii operibus editis.

I. Opera ab ipso edita.

PRincipia nostræ Fidei brevi expeditaque methodo, ac vernacula lingua digesta in Puerorum institutionem Lucensibus typis consignavit circa annum 1574. *in* 12. hoc Titulo: ***Dottrina Cristiana da insegnarsi dalli Curati nelle loro Parrocchie a' Fanciulli della Città di Lucca e sua Diocesi***, unà cum regulis ad sanctum hujusmodi exercitium fovendum, riteque peragendum apprimè consentaneis; quod exercitium temporum injuriis sua in Patria jam penè collapsum miro studio, maximoque illius civitatis bono restauravit, & ne a suis negligeretur, in Constitutionibus commendatum voluit. Laudatam verò catechesim a Leonardio Lucæ suppresso nomine editam atque sæpesæpius recusam, P. Joannes Antonius Leonardi Congregationis nostræ Professor, Venerabilis Auctoris nomine adjecto, Lucensibus typis evulgavit Anno 1736. accurataque Præfatione illam illustravit, cui hunc titulum præfixit: ***Dottrina Cristiana già composta, e publicata dal V. P. Giovanni Leonardi Fondatore della Congregazione della Madre di Dio, e primo Istitutore della Compagnia della Dottrina Cristiana nella Città di Lucca. In Lucca MDCCXXXVI. per Giuf. Salani, & Vinc. Giuntini in*** 12. Illustrissimus, & Reverendissimus D. Fabius de Colloredo Archiepiscopus Lucanus & Comes in suo ***Edicto de Doctrina Christiana***, quod legitur ***in Appendice ad Synod. Lucan. Part. Prim. cap. 2. pag.*** 170. hæc in ejusdem Catechefeos comprobationem atque laudem scripsit: ***Dichiaramo esser nostra intenzione, che i Maestri nell' insegnare la Dottrina si prevalgano di quella del grande Card. Bellarmino... come pure potranno usare la Dottrina ultimamente ristampata del Vener. Servo di Dio P. Giovanni Leonardi Fondatore della Venerabile Congregazione della Madre di Dio, il quale mentre visse tanto si affaticò per promuovere questo Santo Istituto.***

II. Familiæ Christianæ Institutionem Anno MDXCI. Romæ edidit Cardinali Paleotto dicatam, sicque inscriptam: ***Instituzione d' una Famiglia Cristiana divisa in due parti. Nella prima delle quali si mostra ciò che convenga ad un Padre per bene, e Cristianamente allevare i suoi Figliuoli. Nella seconda si tratta di quel che appartenga a ciascuno della Famiglia. In Roma per il Santi e Comp.*** 1591. ***in*** 12. Hujusmodi autem Parentis nostri primæ editionis opus Romæ inter Libros, quos S. Philippus Nerius vivens pro suo usu addixerat, in Bibliotheca Vallicellana nunc quoque loco haud omnibus obvio adfer-

ſervatur ; quem Librum ego vidi , autumoque P. Joannem Leonardium S. Philippo Nerio conſcientiæ ſuæ Moderatori dono dediſſe, indeque factum ut inter ejuſdem S. Philippi Nerii Libros locum obtinuerit . Idem pariter Liber apprimè utilis recuſus eſt Neapoli Anno 1642. typis Secondini Roncaglioli , a Nicolao Toppio ſua in Bibliotheca Neapolitana *pag.* 120. laudatus . Demum Ignatius de Lazzaris Anno 1673. Romæ iterum prælo ſubjecit .

III. In fucatam Mulierum pulchritudinem vanumque ornatum ſtylum piè acuit ; utque è medio tolleret , Cypriani , Tertulliani , Clementis Alexandrini , aliorumque veterum Patrum veſtigia premens , perutiliſſimum edidit Librum prænotatum : *Trattato del vano ornamento delle Donne raccolto da graviſſimi Autori Sacri , e Profani . In Roma* 1593. *in* 12. Anno inſequenti , ſeu 1594. idem opus a ſuo Auctore auctum , & in XII. Capita diſtributum Neapoli typis Stigliolæ recuſum eſt , ac tandem Romæ An. 1673. typis Ignatii de Lazzaris , cui hunc Titulum præfixit : *Trattato utiliſſimo del vano ornamento delle Donne eſtratto da alcuni principali Dottori di S. Chieſa , ed altri Scrittori Profani .*

IV. *Trattato della buona educazione de' Figliuoli , la quale di quanto gran momento ſia , ſi manifeſta con l' autorità della Divina Scrittura , de' Sacri Concilj , de' Padri , e di Scrittori Gentili con vive ragioni , ed eſempj . All' Illuſtriſſima , ed Eccellentiſſima Signora Conteſſa di Miranda Vice-Regina di Napoli . In Napoli appreſſo Gio: Giacomo Carlino , e Antonio Pace* 1594. *in* 12. Hæc autem hujuſce doctiſſimi opuſculi prima editio manu ipſius Ven. Auctoris nonnullis in locis caſtigata , auctaque in noſtra Romana Bibliotheca diligenter cuſtoditur . Præter hanc , alias editiones mihi videre non licuit , ſed fortaſſe haud levibus ducti conjecturis alteram Romanam ſaltem extare credimus , pro qua ad calcem prædicti exemplaris legitur facultas iterum prælo donandi .

V. *Narrazione della Miracoloſa Imagine della BB. Vergine poſta nella Chieſa di S. Maria in Portico di Roma , e che già apparì a Santa Galla Signora Romana nel ſuo Palazzo , eſtratta da varj Autori ed antichi Manoſcritti con alcune coſe della vita , e morte di S. Galla , tolte da Dialogi di S. Gregorio Papa . In Roma appreſſo Stefano Paolini* 1605. *in* 8. Hujuſce verò Hiſtoricæ Narrationis editionis primæ exemplum in noſtris Bibliothecis & Archiviis non extat , illudque vidi in Bibliotheca Vallicellana Patrum Oratorii S. Philippi Nerii . Ex quo corrigendus venit noſter P. Hippolytus Marraccius, qui in ſua Bibliotheca Mariana *part. prim. pag.* 749. ſcribit Leonardium hanc Hiſtoricam S. Imaginis ſanctæ Mariæ in Porticu Narrationem Romæ evulgaſſe Anno 1601. quòd omninò falſum eſt ; quandoquidem primùm prodiit Anno 1605. ſed fortaſſe in Marraccij opus, Typographi culpa hic anachroniſmus irrepſit . Eadem pariter ſacra

sacra Historia unico Folio, minutisque characteribus comprehensa, Nostrorum cura Romæ iterum impressa est Anno 1656. typis Francisci Monetæ, hoc Titulo: *Narrazione della Miracolosa Imagine della BB. Vergine posta nella Chiesa di S. Maria in Portico di Roma, composta, e mandata in luce l' Anno MDCV. dal Ven. Servo di Dio P. Gio: Leonardi Fondatore della Congregazione della Madre di Dio.* Eodem Anno 1656. altera Editio facta est ab Angelo Bernabò *in* 8. Demum eamdem Historiam Ignatius de Lazzaris Anno 1673. imprimendam curavit *in* 12. Guillelmus Gumppnberg. e Societate Jesu in opere inscripto: *Atlas Marianus* &c. edito Monachii Anno 1672. typis Joannis Særklini *in fol: Hanc Historiam* S. Mariæ in Porticu, inquit, *præ cæteris benè explicuit, & impressit Anno* 1605. *Venerabilis Servus Dei R. P. Joannes Leonardus Fundator Congregationis Matris Dei, unde hæc accepi.*

VI. *Memoriale alle Donne maritate per vivere virtuosamente co' loro Mariti raccolto da' Santi Dottori, e da altri gravi Autori.* Lucæ apud Guidobonum 1608. & apud Sebastianum Cappurium 1737. Romæ item apud Ignatium de Lazzaris An. 1673. in 12.

§. II.

De Ven. P. Joannis Leonardii Operibus Mss.

Multa ingenii & pietatis suæ præclara monumenta, præter ea quæ hucusque percensuimus, Joannes noster reliquit, quæ tamen partim interciderunt, partim in nostro Romano Archivio sepulta jacent. Ejus operum Mss. catalogum exhibent Doctor Ludovicus Centoflorinus in illius Vita Mss. cap. XVII. *Della Scienza pag.* 87. *& sequen.* & Ludovicus Marraccius in ipsius pariter Vita *lib.* 3. *cap* XVI. *pag.* 240. licèt non omnia recensuerint. Præterea Hippolytus Marraccius in sua Bibliotheca Mariana *part.* 1. *pag.* 750. Opera quæ in Deiparæ laudem Servus Dei adornavit, memorat. Ex iis, exque operibus Mss. in nostris pluteis delitescentibus, quæ hic subjicio, delegi. Opera autem illa quæ perierunt, & ab iisdem Scriptoribus laudantur, ne Leonardii gloriam deteram, nota etiam faciam. Hic autem in antecessum monitos Lectores volumus, tam opera edita ejusdem Servi Dei, supraque relata, quàm Mss. inferius percensenda, prævio Theologorum examine, a Sac. Rituum Congregatione discussa approbataque fuisse sub die 23. Januarii Anno 1730. accedente Sanctissimi Benedicti XIII. Pont. Max. oraculo.

Inter

Inter Opera Mss. primum sanè locum dignè obtinent Constitutiones, quas longa triginta annorum meditatione conscripsit. Opus studio tam diuturno in eo collocato apprimè dignum; sic autem prænotatur: CONSTITUTIONES CONGREGATIONIS CLERICORUM SÆCULARIUM B. MARIÆ VIRGINIS APOSTOLICA AUCTORITATE LUCÆ ERECTÆ. Harum Constitutionum autographum manu amplissimi Cardinalis Cæsaris Baronii Congregationis Protectoris IV. Idus Junias Ann. 1604. subscriptum, proprioque Sigillo obsignatum, atque membranaceis chartis concinnè exaratum in nostro Romano Archivio adservatur. In duas dividitur partes; prima continet Capita XIX. secunda XV. Ex notulis marginalibus sparsim distributis profunda Servi Dei in sacris Canonibus peritia elucet. I. Ejus Opera Mss.

Regole Communi da osservarsi da tutti li Religiosi della Congregatione, con le Regole per ciascheduno Officiale. II.

De modo restaurandi augendique in omnibus Sacris Familiis Disciplinam Regularem Tractatus in VIII. Capita partitus & vernacula lingua ab ipso concinnatus, adjectis in fine XII. præceptis ad eam assequendam apprimè consentaneis, quem Tractatum sic exhibet Centoflorinus: *Del modo di restituire e conservare l' osservanza Regolare in tutte le Religioni, con l' Instituzione d' una Congregazione di tutti li Generali degl' Ordini da farsi con l' assistenza del Papa.* III.

De Religionum & Religiosorum præsenti, & futura Reformatione. IV.

Copia, e traduzione d' un Scritto per la Riforma Universale di tutta la Chiesa composto dal nostro P. Fondatore, e da esso presentato alla Santità di Paulo V. V.

Breve Trattato del buon Governo delle Religioni, nel quale si prova essere migliore per una Congregazione il Governo perpetuo, ed assoluto, che temporaneo, e limitato, ripartito in quattro Articoli. In primo Moderatoris Generalis auctoritatem perpetuam utiliorem fore Religiosis Familiis ostendit. In secundo eidem Moderatori Generali plenam absolutamque potestatem conferendam probat. In tertio argumenta ex adverso objecta diluit. In quarto demum Articulo, ne illud a se assertum dominium in tyrannidem transeat, septem regulis occurrit. VI.

Che la Casa de' Novizj dovrebbe essere separata dalla Casa commune degli altri Religiosi. Della Prudenza, la quale deve avere il Prelato nel ricevere li Novizj nella Religione. Quale deve essere il Maestro de' Novizj; e dell' ubbidienza de' Novizj. VII.

De recta ratione providendi pauperibus. VIII.

De Charitate Tractatus valdè utilis incipit: *Volendo io parlare della Carità* &c. IX.

Del

X. *Del Purgatorio diviso in due Parti*; qui tamen intercidit.

XI. De Pœnis Inferni Dialogus Flaminium inter & Julium, cujus initium: *Dio ti salvi Giulio* &c.

XII. *Raccolta di miracoli del Santissimo Sacramento*.

XIII. *De Trinitate* in XLVII. Quæstiones distributus; at Quæstiones a prima ad vicesimam sextam usque interciderunt, atque mancus hujusmodi Tractatus qui nunc extat a Quæstione XXVII. orditur, & incipit: *In Divinis datur Processio* &c.

XIV. *Delle Regole da osservarsi nella Compagnia della Dottrina Cristiana*.

XV. *Sette Trattati sopra la Sacra Scrittura, l'Esodo, Giob, Giona, Tobia, il primo Salmo di Davide, il Decalogo, e sopra il Pater noster*. Sed ex iis Commentariis extat tantùm Tractatus, seu Explicatio admodum docta in Jobum, eaque magna ex parte mutila; & Fragmentum in Jonam Prophetam.

XVI. *Nove sermoni sopra la BB. Vergine; dodici sopra la Passione del Signore, e sette sopra il SS. Sagramento*. Extant duo tantùm de B. Virgine, nonnullaque fragmenta.

XVII. *Quindici sermoni sopra diversi Santi*.

XVIII. *Sermoni, e Prediche sopra li Evangelj di tutto l'Anno*. A Centoflorino quinquaginta numerantur, nunc verò triginta solum supersunt.

XIX. *Cinquanta tre sermoni sopra i Peccati, le Virtù, e li quattro Novissimi*. Penè omnes perierunt.

XX. *Sessanta Meditazioni, ed Esercizj spirituali sopra la Vita di Cristo, della Beatissima Vergine, ed altri soggetti spirituali*. Ex iis verò nunc Meditamenta XLIV. habemus; quorum V. ad viam Purgativam, XXIX. subsequentia ad Illuminativam, reliqua verò X. ad Unitivam spectant: tandem opus claudit XI. monitis, ne quis, exercitiis spiritualibus peractis, a sancto proposito dimoveatur.

XXI. *Confessionale per ajuto de' Penitenti quando si ascoltano le Confessioni Generali*. Ità Centoflorinus, sed nimis jejunè. Cæterum præsens Opusculum in XX. Titulos distributum, latinoque sermone exaratum doctrina e purioribus Sanctorum Patrum, & præcipuè ex Angelici Doctoris fontibus hausta commendatur.

De iis meminerunt Ludovicus Marraccius, & fusiùs Centoflorinus; insequentia verò, vel ab ipsis ignorata, vel neglecta silentio præterierunt.

XXII. *De Divina Pulchritudine, De effectibus ignis Inferni. De Pœna visionis Dæmonum. De Pœna aspectus Damnatorum. De Pœna vermis Conscientiæ; deque Damnatorum desperatione*, supra illa Jobi verba: *Pereat dies* &c.

XXIII. *Monita generalia quæ ad Religiosam Nostrorum Directionem spectant*.

Dot-

Dottrine notabili del Santissimo Sagramento. XXIV.

Avvertimenti per il buon governo, e custodia di una Figlia. XXV.

Notabili avvertimenti di S. Caterina da Siena dati a Gregorio XI. e Urbano VI. XXVI.

Distributio Horarum Canonicarum, & aliorum Officiorum Monachorum pro temporum varietate; quam, ut ex nota margini apposita, Leonardius pro Monasteriis Vallis Umbrosæ, & Passignani digessit. XXVII.

Sentenze dell' Umiltà, che il Servo di Dio cavò dalla Sacra Scrittura, e dava alli suoi Figli Spirituali, acciò in essa si avvanzassero. XXVIII.

Monita quæ Servus Dei dedit ad ritè celebranda Festa Sanctorum, quos pro Mense sortiti fuimus Tutelares, vel erga quos specialem gerimus devotionem. XXIX.

Memoriale perpetuum cujusdam Animæ, quod ad renovationem Spiritus, Dei Servus composuit pro omni anima. XXX.

De Lingua, Murmuratione, & Calumnia. De Mansuetudine & Humilitate. Della Modestia. Del consigliarsi quanto sia bene. Della Penitenza Finale quanto sia difficile. XXXI.

E Sanctorum Patrum operibus Sacra quædam Axiomata collegit, quæ ab interitu vindicavit noster Henricus Burlamacchius in re antiquaria versatissimus, atque vitrea theca clausa in Domo Tyrocinii reposuit, nec non insequenti Inscriptione Posteritati commendavit. XXXII.

SACRA HÆC AXIOMATA
A V. P. JOANNE LEONNARDIO MANU PROPRIA
CONSCRIPTA
NE LUXATA DIU HUC ILLUC PERVAGARENTUR
IN UNUM COLLECTA
VENERATIONI PRÆFIXIT H. B.

Orazione nella morte di S. Carlo Borromeo Arcivescovo di Milano; cui verba hæc ex numero 1. cap. 57. Isaiæ deprompta mirificè, pièque aptat, atque Orationem suam sic incipit: *Justus perit, & non est qui recogitet in corde suo; & viri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat.* XXXIII.

Hic etiam prætereundum non est, Joanni nostro Acta Canonizationis ejusdem S. Caroli commissa fuisse, uti constat ex Actis pro Ven. Leonardio inter Cœlites referendo Romæ impressis A.MDCCI. *pag.* 78. ubi hæc habentur: *Gli fù ancora dato in cura il rivedere il Processo della Canonizazione di S. Carlo.*

Acta Canonizat. S. Caroli Borromæi V. Leonardio committuntur.

Præter monumenta hucusque laudata sequentes Sermones in

D Dei-

Deiparæ laudem composuisse, Hippolytus Marraccius in sua Bibliotheca Mariana loco supra notato memorat; quique certè, Marraccius dum scribebat, extabant, nunc tamen è tenebris eruere, ut in votis erat, non licuit.

XXXIV. *In die Nativitatis Beatæ Virginis sermones II.*

In Festo S. Mariæ ad Nives sermo I.

In Communi B. Virginis sermo I.

De Admiratione B. Virginis super illa verba: Mirabantur super his, *sermo I.*

De Annunciatione B. Virginis, super illa verba: Missus est Angelus; *sermo I.*

In die Assumptionis, vel infra Octavam, sermo I.

Super illa verba: Quia fecit mihi magna qui potens est; *sermo I.*

Oratio ad Beatam Virginem, cujus initium est. Trahe me post te o Mater Sancta.

Hæc sunt quæ noster Joannes Leonardius scripsit, licèt piis occupationibus, gravibusque negotiis plerumque distentus, ut mirum sanè videatur, Virum, qui adulta ætate se studiis dederat, tot Opera potuisse scribere, eaque studia seriò colere, quibus tam uberem sibi doctrinam comparavit.

§. III.

Testimonia Virorum Illustrium de meritis Joannis Leonardii.

I. Laudes. Bernardus de Vargas *in Chronico B. Mariæ de Mercede edit. Panormi Anno 1619. cap. 9. Alia est etiam*, inquit, *moderna Clericorum Regularium Congregatio in Civitate Lucæ, quæ est in Italia, a Joanne Leonardio doctissimo, & honesto viro nostris temporibus, cujus novellæ Congregationis Religiosi Patres, Congregationis S. Mariæ Curtis Orlandinorum, in qua suam originem traxit, appellantur.*

II. Augustinus Barbosa *De Univers. jure Ecclesiast. edit. Lugduni Anno 1634. lib. 1. cap. 41. num 162.* hæc habet: *Obiit præfatus P. Joannes Leonardius Romæ die 9. Octob. 1609. cum opinione sanctitatis, unde Gregorius XV. commisit ut pro ejus canonizatione formarentur Processus, & jam permulti Testes super ejus virtutibus examinati fuerunt, & in dies examinantur.*

Eadem ferè verba subjicit Aubertus Miræus in opere præno-

notato: *Codex Regul. & Constitut. Cleric. impres. Antuerpiæ 1638. pag.* 111.

Octavius Pancirolus in Libro, cui Titulus: *Tesori nascosti nell' Alma Città di Roma*, edit. Romæ Anno 1625. apud Hæredes Bartholomæi Zannetti *pag.* 56. loquens de hac nostra Ecclesia S. Mariæ in Campitello: *Questi Padri*, ait, *hanno origine da un Cittadino Lucchese, Sacerdote, chiamato Giovanni Leonardi, che a tempi nostri fù tenuto in concetto di gran santità.* III.

Joannes Baptista de Lezana. *In sum. Quæst. Regul. Tom.* 2. *cap.* 4. *num.* 26. *edit. Venetiis* 1646. hæc in ejus laudem scripsit: *Hujus Religionis Fundator fuit Joannes Leonardius Dioecesis Lucensis multis virtutibus, signisque sanctitatis clarus, ut propterea Gregorius XV. de ipsius Vita confici Processus, ut posset in Beatorum numerum adscribi, jusserit.* IV.

Joannes Marangonius in Opere prænotato: *Vita del servo di Dio P. Bonsignore Cacciaguerra Compagno di S. Filippo Neri con l'aggiunta delle Vite di alcuni suoi Penitenti* edito Romæ Anno 1712. *in* 4. *pag.* 29. *Tuttoche*, inquit, *la Vita del P. Giovanni Leonardi sia stata da più penne erudite de' Figli della sua Congregazione scritta prolissamente; nulladimeno avendo questo gran Servo di Dio abitata, e per molti anni santificata con la sua permanenza la Casa di S. Girolamo della Carità, non può tralasciarsene in questo luogo quella degna memoria, che merita un così degno soggetto Fondatore di una sì illustre Congregazione tanto benemerita della Chiesa, e profittevole alla salute delle Anime &c.* V.

Philippus Bonanni S. J. in Libro edito Romæ Anno 1706. typis Antonii de Rubeis, cui hunc Titulum indidit: *Ordinum Religiosorum in Ecclesia Militanti Catalogus*, *pag.* 41. *Joannes Leonardius*, dicit, *S. Philippi Nerii familiaris, imitator, & in spiritu filius, Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei circa an.* 1574. *in Lucensi Civitate primus Institutor, tanto erga Beatam Virginem exarsit amore, ut ad ipsius præcipuè cultum augendum a Deo missus videretur. Congregationem in ejus obsequium institutam Deiparæ ardenti dicavit affectu; eamque ipsius nomine perpetuò insignitam esse voluit.* VI.

Ignatius Hyacinthus Amat de Graveson O. P. in Tabulis Chronologicis suæ Historiæ Ecclesiasticæ adjectis *Tom.* IX. *pag.* 508. *edit. prim.* insequenti Elogio Leonardium nostrum exornat: *Congregatio Clericorum Regularium, quæ Matris Dei appellatur, senescente sæculo decimo sexto exordium habuit, Auctore V. Servo Dei R. P. Joanne Leonardio Lucensi, qui vitæ sanctimonia, caritate, prudentia, cæterisque virtutibus christianis exornatus, summis Pontificibus & Principibus, sed præsertim S. Philippo Nerio charissimus fuit, & obiit Anno MDCIX.* VII.

VIII. Thomas Franciscus Rotarius, seu Roverius Cleric. Regul. Barnabita in *sua Theologia morali Regularium Tom. 1. edit. Bononiæ Anno* 1720. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 46. ait: *Anno* 1621. *Gregorius XV. approbavit Religionem Clericorum Matris Dei. Hujus Religionis Fundator extitit Joannes Leonardius Diœcesis Lucensis multis virtutibus clarus, qui Beatissimam Virginem summa devotione, & speciali affectu a pueritia coluit; quapropter ejus Congregatio sub Deiparæ Nomine militat, ejusque Nomine Congregationis Sigillum fulget ornatum.*

IX. Ex Cod. Lucano inscripto: Liber in quo adnotabuntur Nomina & Cognomina eorum qui in Congregat. adscribuntur, & eorum progressus & eventus pag. 1.

V. P. Joannes Baptista Cionius Primus Socius V. P. Joannis Leonardii hæc in Libro Ms. S. Mariæ Curtis Orlandingorum *pag.* 1. in Parentis sui commendationem Posteritati reliquit: *Admodum R. P. Joannes Leonardius de Luca, Deo ità ispirante, & favente, hanc Nostram Congregationem instituit Anno MDLXXIV. Mense Martii, tunc enim primò Socios sibi adjunxit. Qui cum triginta quinque annos inter innumera ferè discrimina, & tentationes constantissimè, prudentissimè, & fidelissimè illam gubernasset, & mirificè, Deo auxiliante, auxisset, annum agens sextum supra sexagesimum migravit ad Dominum die octava Octobris Ann.* 1609. Hujusmodi de V. Leonardio Cionii testimonium Ludovicus Marraccius in Fundatoris sui Vita *Lib.* IV. *cap.* VII. *pag.* 527. mutilum exhibet; fortasse ne a Cionio in nonnullis discreparet, sed nos tam illustre monumentum integrum restituere maluimus, ne veritas tenebris obducta, in obscuro maneat. Sed de hoc in Notis infra apponendis.

X. Extat Ms. in nostra Bibliotheca Lucensi.

Bartholomæus Beverinus *Tom.* II. *Annalium ab origine Lucensis Urbis Lib.* XV. *ad An. MDLXXIV.* hæc itidem in Fundatoris sui laudem exaravit: „ Insequentem Annum rebus vacuum proximus excepit Civitati felix novæ Societatis exortu, quam animis in antiquæ Religionis, Pietatisque amorem excitandis Joannes Leonardius instituit. Natus is Decimi .... cùm pueritiam, adolescentiamque insigni morum innocentia egisset; sub annum ætatis tricesimum rudis planè literarum Divino instinctu sese studiis addicens; brevi artium scientiarumque perfecto orbe, eam sapientiæ famam adeptus est, ut idem Sanctissimus, idem doctissimus haberetur. Quare Sacerdotio initiatus, adjunctis sibi e nobilitate Sociis Joanne Baptista Cionio, ac Cæsare Franciotto: altero sanctimonia prudentiaque; altero præter morum innocentiam, eloquentia & scriptis cuivis veterum magnorumque Ordinum, ne dum minimæ Societati famam daturis: sub Matris Dei tutela, inter maximas procellas, novi Ordinis hoc Anno fundamenta jecit.

Idem Beverinus de eodem Ven. Patre præclarè loquitur in suis Carminibus Italicis *pag.* 28. & 208. edit. secundæ.

Plu-

Plura hic adjici possent, sed ne volumen nimis excrescat, paucorum Nomina tantùm referimus qui de illo cum laude meminerunt. Petrus Martyr Felini in Libro cui Titulus: *Trattato nuovo delle cose maravigliose della Città di Roma pag.* 74. Theodorus Amydenus *de Pietate Romana Part.* 3. *cap.* 9. Joannes Baptista del Tufo Episcopus Acerranus in sua Historia Patrum Clericorum Regularium edita Romæ 1609. *cap.* 67. *pag.* 256. Card. Joannes Baptista de Luca in Opere inscripto: *Il Religioso Pratico*, *Romæ* evulgato 1679. *cap.* 51. *pag.* 470. Ughellius in *Italia Sacra* edita Romæ 1644. *pag.* 891. Piazza in sua *Gerarchia Cardinalizia*, *pag.* 786. nec non in altero Opere, cui hunc titulum indidit: *Cherosilogio, ovvero Discorso dello Stato Vedovile spiegato con le memorie illustri di S. Galla Patrizia Vedova Romana Decad.* 11. *cap.* v. *pag.* 93. Marcianus in Historia Congregationis Oratorii *lib.* 5. *cap.* 1. *pag.* 312. Cataneus *Tom.* 3. *Esortazione* XXII. *pag.* 243. Vinciolus in sua Epistola *pag.* 4. Stacciolus in suo *Panegirico in onore di S. Philippo Neri detto nella Ven. Chiesa di S. Girolamo della Carità di Roma nell'Anno MDCCXXXI. nella Stamperia di Gio: Battista de Caporali in* 4. Tamburrinus *de Jure Abbat. Tom.* 2. *Disput.* 24. *q.* 8. *num.* 14. Franciottus in sua *Storia delle miracolose Imagini, e delle Vite de' Santi, i Corpi de' quali sono nella Città di Lucca pag.* 505. *& seq. edit.* 2. Roncaglia in Præfatione Libri prænotati: *La Famiglia Cristiana* &c. Florentinius in Vita V. P. Jo: Baptistæ Cionii *lib.* 1. *cap.* 4. *pag.* 13. Deza in Vita V. P. Cæsaris Franciotti *lib.* 1. *cap.* 3. *pag.* 10. XI.

Sed pro hujus argumenti Coronide percensenda sunt ea quæ Sanctissimus Vir Beatus Josephus Calasantius Scholarum Piarum Fundator illustris reposuit in Processu Informativo Romano, sacro adstrictus juramento, ut Joannes noster inter Beatos adscribi posset; necnon quæ leguntur in Vitis duorum amplissimorum S. R. E. Cardinalium Cæsaris Baronii, & Francisci Mariæ Tarusii de Nostra Congregatione optimè meritis, ut laudes in Leonardium congestæ, in gloriam etiam ornamentumque tantorum Clarissimorum atque Sanctissimorum Virorum referantur. Beatus igitur Josephus Calasantius loco supra prænotato inquit: „ Io ho „ conosciuto il P. Giovanni Leonardi di santa memoria, che fù „ miracolosamente Fondatore della Congregazione detta della „ Madonna di Cortelandini di Lucca, confermata con autorità „ Apostolica dalla santa memoria di Clemente VIII. la quale „ poi fù fatta Religione con voto solenne dalla santa memoria „ di Gregorio XV. sotto il Titolo della Madre di Dio, e mi „ pare, che detto Padre non poteva fare simil opera, senza „ essere molto illuminato da Dio, massime essendo egli uomo „ di XII.

Ex Process. Inform. Rom. compulf. in Apostolic. pag. 1625.

„ di qualche età , ed effercizio differente , e però tengo al „ ficuro , che ebbe molto alto grado di tre Virtù Teologali , „ Fede , Speranza , e Carità , avendo cominciata un' imprefa „ tanto difficile .... E quanto alle Virtù Cardinali le aveva in alto „ grado .... E mi pare un miracolo grande tutta la fua Vita .... „ ed io sò , che molti Signori Cardinali , e particolarmente il „ Cardinale Giuftiniano , hanno fatto ftima grande delle fue- „ fante Virtù , ed efempio di detto Padre , avendo io ciò intefo „ publicamente &c.

In opere nuncupato *Vita Cæfaris Baronii* &c. Auctore Hieronymo Barnabeo Perufino edit. Romæ Anno 1651. apud Vitalem Mafcardum *in 4. lib. 3. cap.* XIII. *pag.* 190. dum memorantur præclara pietatis opera per Baronium publicè inftituta, hæc fubduntur: ***Denique ut multa paucis complectar , Clericorum Matris Dei Congregatio ejus confilio , atque auxilio ftetit , quandoquidem jubente Clemente VIII. Pontifice , Joanni Leonardo fpectatiffimæ Virtutis Viro ejufdem Congregationis Fundatori tum in condendis Conftitutionibus , tum etiam in re promovenda adfuit .***

In Vita pariter Card. Francifci Mariæ Tarufii Archiepifcopi Senenfis, quæ legitur ad calcem Vitæ S. Philippi Nerii Romæ evulgatæ *typis Buagni Anno* 1703. *in 4. pag.* 24. de eodem Ven. Leonardio verba hæc leguntur : „ Si fegnalava tra gli altri „ buoni Sacerdoti , che erano Miniftri del fuo zelo , ***Cardinalis nempe Tarufii*** , il P. Giovanni Leonardi , che fù poi celebre „ al Mondo per la bontà della Vita , e fù Iftitutore dell' efem- „ plare Congregazione de' Chierici Regolari della Madre di „ Dio . Quefti per lo fpazio di un anno impiegandofi fervida- „ mente nel fervizio di quella Diocefi con le Prediche , e con „ la Dottrina Criftiana , con la vifita de' Monafterj , e con fimili „ altre opere di pietà , riufcì di grande utilità a quei Popoli , e „ di particolare confolazione al Cardinale , il quale proteftava , „ che in folo mirare il P. Giovanni fi fentiva eccitare ad amare „ Iddio .

XIII. Demum ad Collegii noftri Lucani veftibulum ejufdem Ven. Fundatoris Icon e parietibus pendet , cui fubfequens Elogium affixum eft :

VEN.

VEN. P. JOANNES LEONARDI LUCENSIS
VIR INNOCENTIA PIETATE CHARITATE
PRUDENTIA
DIVINI CULTUS ANIMARUMQUE SALUTIS
ZELO
ANIMI MAGNITUDINE IN AGENDO
CONSTANTIA IN PERFERENDO
VERE ADMIRABILIS
CONGREG. CLERIC. REGUL. MATRIS DEI IN HAC URBE
DOMOQUE PRIMUS INSTITUTOR
SACRARUM FAMILIARUM CLEMENTIS VIII.
JUSSU ALIBI RESTITUTOR
S. PHILIPPO NERIO LEONI XI. PAULO V.
PROINDE CHARUS ET IN HONORE
QUI TANDEM
DE SUIS DE EXTERIS DE PATRIA
DE APOSTOLICA SEDE
PRO QUIBUS PLURA GRAVISSIMA
ET DIFFICILIA OBIVIT
OPTIME MERITUS
OBIIT ROMÆ NON SINE MAGNA
SANCTITATIS OPINIONE
IX. OCTOB. ANNO SAL. MDCIX.

NO-

NOTÆ.

I. Nicolai Topii Biblioth. castigatur.

Nicolaus Toppius in sua Bibliotheca Neapolitana edita Neapoli *Anno* 1678. *pag.* 120. ita loquitur: *Giovanni Leonardi Napolitano Sacerdote della Congregazione dell' Oratorio di Napoli de Gerolimini diede alle stampe l' Istituzione d' una Famiglia Cristiana divisa in due Parti ristampata di nuovo in Napoli per Second. Roncagl.* 1642. *in* 12. Sed Auctor iste, in his certè minimè accuratus, paucis verbis in duo haud levia incidit menda, quæ tamen non correxit Leonardus Nicodemus in opere cui Titulus: *Addizioni copiose alla Biblioteca Napoletana del Dottor Niccolò Toppi edita Neapoli Anno* 1683. *in fol.* cum *pag.* 103. suspenso animo scripserit: *Si può dubitare se egli*, nempe Joannes Leonardius, *fosse stato Napoletano, o Lucchese*. Quippe Joannes Leonardius laudatæ Christianæ Familiæ Institutionis Auctor, nec Patria Neapolitanus, nec Instituto Hieronymianus, seu Philippinus (illo etenim vocabulo Neapoli Patres Oratorii S. Philippi Nerii appellantur) unquam extitit: quandoquidem clarissima monumenta superius allata Leonardium nostrum & Patria Lucensem, & novæ Congregationis Matris Dei Institutorem satis produnt. Cæterum Toppio, in Leonardii Instituto præposterè consignando, a veritate aberrandi materiem præbuisse Gallonium autumo, qui in Vita S. Philippi Nerii edit. Romæ 1601. *in* 8. *lib.* 2. *cap.* 69. *pag.* 174. Collegium nostrum Lucense Oratorio Romano ejusdem S. Philippi Nerii junctum fuisse scribit. Gallonii vestigia pressit Marcianus in Libro cui Titulus: *Memorie Istoriche della Congregazione dell' Oratorio Tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *pag.* 312. *& seq.* impresso *Neapoli* 1693. Gallonius & Marcianus hæc fortasse scripserunt, quòd cùm S. Philippum Nerium inter & Leonardium magnam intercessisse familiaritatem, compertum haberent, inde re non attentè explorata, similitudine Instituti quadam decepti, discrimen inter utramque Congregationem non adverterunt. Cæterum Congregationem nostram PP. Oratorii Romani atque Neapolitani, ob innumera percepta beneficia, semper devinctam fore, Nostrorum nemo inficiabitur.

Gallonius item & Marcianus.

II. Cionii Testimonium expenditur.

Secundo loco Cionii Testimonium, cujus supra §. III. *num.* IX. meminimus, excutiendum venit. Cum enim cæteris antiquitate præstet, hinc accuratiori indagine indiget, ne veritas in obscuro lateat. Cionius loco mox laudato, Joannem Leonardium Congregationis suæ mense Martii Ann. 1574. fundamenta jecisse, illumque annum sexagesimum sextum agentem, dieque octava Octobris obi-

obiisse scribit. Alii verò Congregationis exordia cum mense Septembri ejusdem Anni 1574. componunt, nec non Joannem Leonardium anno ætatis suæ sexagesimo octavo, die nona Octobris è vita migrasse litteris prodiderunt. Sed Cionii sententia quoad Congregationis initium facili negotio in concordiam revocatur, quandoquidem ex Chronico Congregationis nostræ Ms. *Part.* I. §. XIV. *pag.* 30. *&* §. XVI. *pag.* 33. Leonardius Mense Martii Congregationis fundamenta jecit, Mense verò Septembri aucto Sociorum numero Congregationem solemniùs instituit.

Leonardium vixisse A. 66. firmatur.

Quotum autem revera Annum ageret Leonardius cum vitam explevit, exploratum haberi nequit, cum natalem ejus diem ignoremus, nullo rato extante monumento, quo res obscuritate evolvatur. Testimonium tamen Cionii, supra relatum §. 3. *num.* 9. adscribens Servo Dei An. LXVI. ad veritatem propius accedere videtur, quippe qui cum Leonardio diu, & familiariter vixit, ideoque omnia de illo comperta magis habere potuit. Cum Cionio concordant duo alii contemporanei Auctores, nempe Franciottus, & Arrighinus, qui in eorum relationibus juramento firmatis, exhibitisque in Processibus, ut dicitur, Informativis, cùm Romano, tum Lucano asserunt Leonardium Annum agentem sexagesimum sextum ex hac vita migrasse. Franciottns etenim in suo Testimonio relato in Processu Romano *pag.* 64. hæc de ætate obituque Ven. Joannis Leonardii protulit: *Arrivato agli anni 66. di sua età.... alli* 8. *d' Ottobre la notte seguente l'Anno* 1609. *se ne passò a miglior vita*. Arrighinus item in Processu Lucano *pag.* 33. eadem reposuit: *Il P. Giovanni dopo molte fatiche e travagli arrivato alli sessantasei anni della sua età con santo fine fatto alli otto Ottobre* 1609. *cominciò a eternamente vivere*. Quinimò Leonardium ad Superos evolasse ætatis suæ An. *66.* nondum expleto constat ex Franciotti Chronico Ms. *Part.* I. §. *6. pag.* 14. ubi *Fù esso*, inquit, Leonardius nempe, *mentre era ancor Giovane di anni* 17. *in circa, dal Padre mandato a Lucca l'Anno* 1561. *e posto nella Bottega di Antonio Parigi speziale della Città*. Anno igitur 1561. quo Lucam petiit, XVII. annum nondum expleverat; Quare Anno 1543. saltem inchoato, ut supra innuimus, mortalem hanc vitam incæpisse compertum est; cumque ab Anno 1543. ad Annum usque 1609. quo Dei Servi obitus ab omnibus consignatur, decurrant A. LXVI., Cionii, Franciotti, & Arrighini supputationi, qui inter primos Ven. Fundatoris Socios jure merito recensentur, potius standum est, quàm aliis, qui rem hanc intus & in cute non expenderunt.

Hinc primo loco emendanda eſt Inſcriptio Servi Dei Sepulchro inciſa, in qua legitur Leonardium obiiſſe ætatis ſuæ An. LXVIII. proque An. 68. reponendus Annus LXVI. Idem præſtandum, eademque cura exhibenda Servi Dei Imaginibus. Deinde corrigenda eſt Vita ejuſdem Servi Dei, edita a Ludovico Marraccio, in qua *lib. 2. cap. 23. pag. 313.* verba hæc leguntur: *Giunto finalmente il giorno ottavo del Meſe di Ottobre dell'Anno 1609. dell' età ſua ſeſſanteſimo nono non ben compito, circa la mezza notte con grandiſſima quiete paſsò felicemente da queſta breve, e miſerabil vita, alla beata ed eterna*: nec non Vita Ven. P. Joannis Baptiſtæ Cionii edita Lucæ *Anno 1657. lib. 2. cap. 22. pag. 172.* Auctore Hieronymo Florentinio, qui pariter hæc habet: *Finalmente con chiari ſegni di Santità alli 8. Ottobre di queſt'Anno 1609. prima di compire il ſeſſanteſimonono di ſua età ſi riposò nel Signore*. Caſtiganda itidem eſt altera Vita ejuſdem Servi Dei ſcripta a Ludovico Marraccio Juniori, qui *lib. 1. cap. 3. pag. 14.* ſcripſit, quòd Leonardius *pieno di meriti paſsò in Roma al Signore nell' Anno di Noſtra Salute 1609. alli 9. di Ottobre in età di anni 68.* Item Maximilianus Deza ſua cenſura notandus eſt: quandoquidem in Vita Ven. Cæſaris Franciotti ab ipſo conſcripta, evulgataque Romæ *A.1680.lib.1. cap.3.pag.10.* reportans Joannis Leonardii ortum in Annum 1541. obitumque illius in Annum 1609. (Ait enim: *Nacque Giovanni Leonardi l'Anno 1541.... Viſſe ſino all'Anno 1609.*) jam illi, ſuperiorum Auctorum errore deceptus, LXVIII. annorum ætatem adſcribit.

Quod etiam nec de die obitus Noſtri conveniant, lis facile dirimitur, ſi Cionium alioſque, qui die octava Octobris Leonardium obiiſſe ſcribunt, dicamus ad primas noctis horas, qua dies octava cum nona jungebatur, mortem ejus retuliſſe, alios verò ad mediam noctem rejeciſſe; quod quidem diſcrimen non tanti eſſe momenti credimus, ut pluribus verbis de illo agendum ſit. Profectò Dominicus Tuccius Teſtis oculatus in Proceſſu Romano *pag. 104.* repoſuit verba hæc: *Circa le ſei ore della notte termine delli otto d'Ottobre 1609. e principio del nono giorno, morì con gran tranquillità*.

III. Peytinus emendatur.

Peyrinus *Tom. 2. De Officio Prælati Regularis quæſt. 1. cap. 4. num. 6. pag. 24.* Congregationem Scholarum Piarum cum Noſtra confundens: *Clerici Piarum Scholarum*, inquit, *ſeu Congregationis Matris Dei approbati, ut audio, a Gregorio XV. Primum Generalem habuerunt novennalem, alios deinde perpetuos. De iſtis Clericis habes duas Conſtit. in Tom. 3. Bull. Una eſt Pauli V. Inter Paſtorales*

les &c. *altera Clementis VIII. Ex quo Divina* &c. Veritas eſt Gregorium XV. Pont. Max. Congregationem Scholarum Piarum, paucorum dierum intervallo poſt noſtram, inter cæteras Sacras Familias eodem Anno 1621. recenſuiſſe; ſed prædictus Auctor in eo a veritate receſſit, quòd prælaudatas Conſtitutiones Pauli V. & Clementis VIII. a nobis ſupra *Art.* I. *num.* VIII. *&* XXVIII. relatas, in favorem Scholarum Piarum emanatas crediderit. Quod autem præmittit ſcilicet: *Clerici Piarum Scholarum, ſeu Congregationis Matris Dei . . . . primum Generalem habuerunt novennalem* &c. de Beato Joſepho Calaſantio eſt intelligendum; cum Gregorius XV. in Conſtitut. XXV. cujus initium: *Apoſtolici Muneris* &c. ipſum Beatum Joſephum a Matre Dei in Miniſtrum Generalem ad novennium tantùm conſtituat. An verò hujus Sanctiſſimi Fundatoris Succeſſores eamdem dignitatem ſupremam in perpetuum olim retinuerint, quam nunc pro tempore retinent, noſtrum non eſt inquirere, cum jam ſatis pateat Peyrinum ideò falli; quia inter Congregationem Scholarum Piarum, Noſtramque Matris Dei diſcrimen non animadvertit, privilegiaque unius, cum altera, re non benè attenta, perperam permiſcet.

IV. De Servi Dei cognomine.

Inſequenti Notæ Cognomen Familiæ Servi Dei additum, argumentum præbet, an nempe Lunardi, vel Leonardii cognomento nuncupandus ſit. Litteræ Teſtimoniales Lucæ expeditæ pro Sacris Subdiaconatus & Diaconatus ordinibus Servo Dei collatis, necnon carthaceus Codex in noſtro Lucano Archivio adſervatus, non parvam impræſentiarum ingerunt difficultatem, quandoquidem in iis Joannes Lunardus, neutiquam Leonardius appellatur. Fides etenim ex Grammatophylacio Lucenſi extractas hic producere neceſſarium ducimus, ne rei novitas in Noſtrorum mentibus ſcrupulum aliquem fortaſſe injiciat. Anno igitur 1625. die 6. Septembris Vincentius Cellius publicus Tabellio hæc in authenticam formam produxit: *In Nomine Domini. Amen. Sit fides* &c. *qualiter die Sabbati Paſſionis undecima Menſis Martii* 1570. *Indictione decimatertia Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Dominus D. Alexander Guidiccionius Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia Epiſcopus Lucanus Generalem minorum & Sacrorum Ordinum ordinationem habens in ſua Cathedrali Eccleſia inter Miſſarum ſolemnia inter alios promovit ad Sacrum Subdiaconatus ordinem Joannem Jacobi olim Pauli Lunardi de Decimo* &c. Benignus de Juſtis alter Antiſtitis Lucenſis Scriba hæc pariter in Litteras publicas retulit die 20. Junii 1687. *In Nomine Domini Amen. Cunctis ubique pateat evidenter, & ſit notum qua-*

qualiter inter cæteros promotos ad Sacrum Diaconatus Ordinem per ol. Illm̃um Dñum D. Alexandrum Guidiccioni Episcopum Lucanum sub die Sabbathi Passionis D. N. Jesu Christi 31. Martii 1571. apparet ad dictum Sacrum Ordinem promotum fuisse Joannem Jacobi ol. Pauli Lunardi de Decimo Lucanæ Diœcesis, ut constat ex Vacchetta Ordinationum dicti Anni custodita in Archivio Episcopali Lucensi. Præterea Petrus de Carellis die 4. Decembris An. 1687. e nostro Tabulario S. Mariæ Curtis Orlandingorum insequentem particulam, excerptam ex carthaceo Codice inscripto: *Nota del tempo nel quale si sono ordinati i Fratelli*, fideliter publicis monumentis consignavit: *Sit fides qualiter in Libro nuncupato: Delle Note delli Ordinati de' Chierici Regolari della Congregazione della Madre di Dio; adest infrascripta Nota videlicet: Il Rev. Prete Giovanni Lunardi fù ordinato alli ordini minori il 1569. dal nostro Vescovo di Lucca. Detto, il 70. a 20. Marzo fù promosso al Suddiaconato. Detto, il 71. all' ultimo di Marzo fù promosso al Diaconato dal medesimo Vescovo Monsf.Revm̃o Alessandro Guidiccioni. Detto il 72. a 22. del Mese di Decemb. fù ordinato Sacerdote dal Suffraganio dell'Arcivescovo di Pisa Arcivescovo Cesariense; Disse la sua prima Messa il dì dell' Epifania in S. Giuseppe.* Hoc authentico monumento comprobatur etiam id quod supra *Art.1.num.*III. recensuimus de tempore, quo Dei Servus ad sacros Ordines ascendit. Hæc sunt quæ de Cognomine Familiæ Servi Dei in medium produximus. Cæterum Leonardium nuncupandum esse Scriptores nostri omnes maluerunt hoc fortasse momento, nempe quia ipse Dei Servus in suis subscriptionibus semper se Leonardium vocat. Acta Visitationum Montis Virginis, & Vallis Umbrosæ propria manu a Servo Dei subscripta Leonardium exhibent, neutiquam Lunardum. In nostris Comitiis habitis Romæ An. 1604. se ità subscribit: *Joannes Leonardius Rector Generalis*. Familiam suam nullus alius, quàm ipse melius nosse poterat. Leonardium ergo, nunquam Lunardum appellandum credo, testimoniaque supra relata Lunardum pro Leonardio usurpasse tenendum absque dubio est.

V. Monasterii Lucani S. Mariæ Angelorum verus Auctor Leonardius.

Noster P. Fontana in sua Italica translatione: *Degl' Ordini Monastici, Religiosi, e Militari* &c. *Tom.* 4. *pag.* 276. adscribens, ut par est, Leonardio institutionem Monasterii S. Mariæ Angelorum, cujus supra *Art.* 1. *num.* XIX. meminimus, subjungit quòd postquam illud ad perfectam Regularis disciplinæ formam redactum vidit: *Ne lasciò al P. Bernardini dell' Ordine de' Predicatori tutto il pensiero di regolarlo nello spirituale, come fece per lo spazio di molti anni. Questo ad alcun Scrittore, eziandio contemporaneo, e familiare del nostro Ven.*

Pa-

Padre , hà fatto credere , che l' Istituzione del Monastero degli Angeli al P. Bernardini, non al P. Leonardi debbasi attribuire : lo che anche Giovanni si studiò sempre di persuadere per quella profondissima umiltà , con cui ascondere soleva agli occhi degl' uomini tutto ciò , che ridondar potesse in sua gloria .

ART.

A R T. II.

De Alexandro Bernardinio.

I. Vita ex Chronic. Ms. Congregat. Part. 2. §. 21. pag. 154. & seqq.

ALexander Bernardinius Lucensis, Vir sanguine æquè ac pietate, doctrinaque illustris, qui antequam Ecclesiasticæ Vitæ nomen daret, in Republica Lucensi illustriora munera obiit; sed mundanæ vanitatis pertæsus, quæcumque cum Deo & pietate conjuncta non cognoscebat, flocci faciens; quæ plures de industria conquirunt, ardenterque amant, altiora spectans, despiciebat. Hoc pio capto consilio, ex perspecta ejus virtute non difficulter obtinuit, ut quidvis aliud appetens, ad Archipresbyteri dignitatem in Cathedrali Ecclesia Lucensi nescius, & invitus proveheretur. Ea decoratus dignitate seriò ad Christianas Virtutes litterasque cùm Humanas tùm Divinas excolendas animum adjecit. Is brevi evasit, ut sui studii in litteris, & scientiis collocati fructum non vulgarem se retulisse reipsa ostenderit. Pontificia auctoritate Cœnobii Lucensis Sacrarum Virginum S. Claræ supremus Moderator constitutus, eas suavissimis sanctissimisque legibus plurimum juvit, exemplis magis edocens, quàm voce, ad nova Virtutum incrementa excitavit, atque cœteras suas laudes prudentia haud vulgari cumulavit. Cum verò Josephus Bernardinius ejus Parens ad amplissimos Ecclesiæ honores filio viam straviſſet, Cardinalis Castruccii Lucensis auctoritate opeque fultus, cujus in intimis erat, ipse remotis arbitris, inscioque Patre, dignitatibus aditum sibi præcludere cupiens, Cathedralis Archipresbyteratu abdicato, Familiæ nostræ, tota stupente Civitate, se adscribendum curavit XVIII. Kal. Martias A. MDXCV. ætatis suæ XLV. Apud Nostros in Christianis Virtutibus, religiosæ observantiæ studio, scientiisque adeò profecit, ut septimo, ab ejus in Congregationem ingressu, anno, Lucani Collegii Rector renunciatus sit; quo in munere cum religiosissimi, & prudentissimi Viri partes explesset, post Ven. Fundatoris obitum, in ejus locum Moderator Generalis suffectus est. Congregationem communi laude, ut scribit Franciottus in Chronico, rexit; eique novem haud solidis annis prudentissimè præfuit. Denique post multos exantlatos labores pro Congregationis bono atque incremento; deque ea optimè meritus, Romæ vivere desiit v. Idus Februarias An. 1618. ætatis suæ 67. Ipsius Iconem ære incisam apud Nostros videre est, cui subjecta verba hæc leguntur:

V. P.

V. P. ALEXANDER BERNARDINIUS LUCENSIS CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM MATRIS DEI POST JO. LEONARDII FUNDAT. OBITUM RECTOR GENERALIS I. DECESSIT ROMÆ ANNO SALUTIS MDCXVIII. DIE IX. FEBRUARII. ÆTATIS SUÆ AN. LXVII.

Ab hoc verò præclarissimo Viro nihil typis editum invenio præter Carmen Italicum de Mariæ Deiparæ laudibus incipiens: *Alto miracol novo* &c. impressum Venetiis An. 1622. cum Itinere Lauretano P. Cæsaris Franciotti. II. Scripta.

Præterea Congregationis nostræ Chronicon ab Anno MDCIX. quo desiit Franciottus, ad Annum usque MDCXVII. accuratè produxit, atque tertiam Partem duabus primis ab eodem Franciotto elucubratis, adjecit; cujus exemplar in nostro Romano Archivio adservatur. III.

De eo verò cum laude meminerunt Franciottus, & Hippolytus Marraccius, quorum primus loco supra prænotato hæc habet: IV. Laudes. *Fù dotato da Dio di gran cuore, e di animo nobile, onde nelle cose avverse, e ne difficili avvenimenti, massime per cause virtuose, nè si perdeva, nè si ritirava; ma sperando sempre in Dio, continuava le sue imprese, le quali con molto splendore, e gloria del servizio di Dio gli riuscivano.* Alter verò, seu Hippolytus Marraccius in sua Bibliotheca Mariana *Part. 1. pag. 34. Alexander Bernardinius*, inquit, *nostræ Congregationis Matris Dei, post Joannis Leonardii Fundatoris obitum, Rector Generalis, natione Italus, Patria Lucensis, Vir præter splendorem sanguinis, omni sanè virtutum genere ad cumulum ornatus; qui post primarias in Patria habitas, & cum laude obitas dignitates, matura jam ætate, res suas & sæculum valere jubens, & omnia illius ornamenta, opes, dignitates, ut stercum reputans, singulari Dei vocatione & impulsu, eidem Congregationi tunc nascenti nomen dedit; in eaque dum vita superstes fuit, clarissimum se totius perfectionis specimen exhibuit. Felici somno in Christo quievit Vir eximiæ pietatis, nunquam satis laudatus, anno post Christi in carne apparitionem 1618. die 9. Februarii.*

Præterea Alexandrum Bernardinium suis cohonestarunt laudibus Joannes Marangoni in Opere inscripto: *Vita del Servo di Dio il P. Buonsignore Cacciaguerra Compagno di S. Filippo Neri con l'aggiunta.* V.

ta delle Vite di alcuni suoi Penitenti pag. 30. agens de V. Joanne Leonardio; Hieronymus Florentinius in Vita V. Joannis Baptistæ Cionii *lib.* 2. *cap.* 2. *pag.* 95. Ludovicus Marraccius junior in ejusdem Cionii Vita *lib.* 2. *cap.* 6. *pag.* 109. & Ludovicus Marraccius senior in Vita V. P. Joannis Leonardii *lib.* 4. *cap.* 7. *pag.* 529. Sed ne a pluribus eadem in ipsum præconia congesta repetam, ab iis recensendis brevitatis gratia supersedeo.

ART.

ART. III.

De Julio Franciotto.

JUlius Franciottus Lucensis clarissimo genere natus, celeberrimi nostri Cæsaris Franciotti germanus Frater, in Congregationem, e primis Sociis IV. ab ipso Ven. Leonardio cooptatus est Kal. Novembris Ann. 1576. Eo etenim die clericali veste indutus est, quamvis VIII. Kal. Januarii superioris Anni 1575. e paterna excedens Domo Leonardium adierit, illique se perpetuò addixerit. Multa eaque digna & admiranda de illo Cæsar Franciottus in Chronico *Part.* 1. §. 18. *pag.* 44. *& seqq.* Ludovicus Marraccius in Leonardii Vita *lib.* 1. *cap.* 9. *pag.* 45. *& seq.* & Maximilianus Deza in Vita Cæsaris Franciotti *lib.* 1. *cap.* 5. *pag.* 21. *& seqq.* litteris prodiderunt. Ex quibus pauca hic subjicimus, ne a suscepti propositi instituto evagemur. I. Vita.

Julius igitur Franciottus exemplo, virtutibus, cohortationibus Cæsaris Fratris sui permotus, Mundo nuncium remittere, idemque quod Frater amplexus fuerat vitæ genus excolere seriò cogitavit, atque omninò constituit. Post varias difficultates, quas, omnibus impedimentis strenuè obluctatus, superavit, vota consecutus, vitæ Clericali in nostra Congregatione se addixit. Ex eo tempore suas unicè in Deum cogitationes vertens, ad Christianas excolendas virtutes, ab aliis omnibus curis abductus, sedulò animum adjecit. II.

Cum autem litteris omninò destitutus esset, sub disciplina Cæsaris Fratris sui ad grammatices rudimenta addiscenda, mentem industriamque contulit eo ardore, ut in permolestum capitis dolorem inciderit, a quo, ut relevaretur, Joannis Leonardii hortatu voto se obstrinxit Lauretanam invisendi Domum, quo nuncupato, in integram valetudinem restitutus, unà cum Leonardio, & Cæsare ejus Fratre emissum votum ritè persoluturus Lauretum contendit. Laureto Romam, Roma Lucam iterum reversus ad intermissa studia se rursus contulit, quibus satis excultus, scientiis altioribus Romæ operam dedit, easque eo fructu coluit, ut e studio in iis collocato uberem scientiæ laudem retulerit, ob quam is evasit, ut scientias aliis tradere magna cum commendatione potuerit. In Sacris Canonibus præcipuè versatus, apprimèque doctus, quotquot difficultatum ambagibus præpediti ipsum consulebant, doctè omnia explicabat. Hinc in Sacrorum Canonum studiis ut oraculum putabatur. III.

Scientiarum igitur christianarumque virtutum stadio XLIV. an- IV.

F nis

nis summa cum laude emenso; multisque pro Congregationis, Collegiique Lucensis bono actis, tandem Lucæ annos natus LXIII. decimo septimo Kal. Decembris An. MDCXX. ultimum diem piè clausit; utque tanti Viri apud Nostros perpetuò memoria resideret, ejus Effigies æreis formis excusa sequenti Inscriptione posteritati commendata fuit.

P. JULIUS FRANCIOTTUS LUCENSIS
V. P. CÆSARIS FRANCIOT. GERMAN. FRATER
E CONGREG. CLER. REG. MATRIS DEI
OBIIT LUCÆ AN. SAL. MDCXIX.
ÆTATIS LXX. DIE XV. NOVEMB.

Hujusmodi autem Inscriptio, a calculo quem supra fiximus, haud parum discrepat; sed momenta quæ nos ad eum supputandum moverunt, in Notis infra subjiciendis aperiemus.

V. Scripta. In Jure Canonico versatissimus multa Julius noster ad hanc materiem spectantia lucubravit, *quæ si lucem aspicerent, plurimùm sanè Dei Ecclesiæ prodesse possent*, inquit Marraccius in sua Bibliotheca Mariana *Part.* 1. *pag.* 837.

VI. *Sylvam de B. Virgine Maria e Sanctorum Patrum Operibus collegit*, quam idem Marraccius, loco mox laudato, licèt in multis imperfectam & mancam, vidit in nostro Collegio Lucensi.

VII. Præter hæc, teste eodem Marraccio, alia multa exaravit; quæ tamen omnia, Nostrorum incuria interciderunt. Cum enim Lucæ An. 1725. commorarer, Archivii illius Collegii Bibliothecæque codices pervolutavi, nec tamen illa, multaque alia Auctorum Nostrorum Mss. ut in optatis erat, e tenebris eruere licuit.

VIII. Laudes. Julium Franciottum suis exornant Elogiis Cæsar Franciottus, etsi pauca & modestè, quia Frater, de illo loquatur, qui in Chronico *Part.* 1. §. 18. *pag.* 53. hæc inter alia scripsit: *Applicatosi alle scienze, riuscì per la Dio grazia, così sufficiente, che fatto Sacerdote giovò alla Congregazione con l'esercizio del leggere, e con le Confessioni*. Hippolytus Marraccius loco supra prænotato: *Julius Franciottus*, inquit, *nostræ Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei, natione Italus, Patria Lucensis, illustri genere natus, Cæsaris Franciotti .... germanus Frater, Vir præter eximiam virtutem, purissimamque morum innocentiam, disciplinarum ferè omnium splendore refulgens .... in nostro Collegio Lucensi, ... Anno Salutis* 1619. *non sine magno totius Civitatis moerore, mortalitatis exuvium deposuit*. Ludovicus Marraccius in Vita Ven. Leonardii *lib.* 1. *cap.* 9. *pag.* 50. hæc itidem habet: *Benchè fusse entrato senza provisione di lettere, fece nondimeno maravigliosa riuscita nelle scienze così speculative, come Morali, non tanto ammaestrato dagl' Uomini nella scuo-*

scuola, quanto illuminato da Dio nell' orazione, congiunta con gran purità, ed innocenza di Vita; nelle quali Virtù perseverò poi sempre fino alla morte. Maximilianus Deza in Vita Ven. Cæsaris Franciotti *lib. 1. cap. 5. pag. 27.* hoc Elogio institutam de eodem Julio narrationem claudit: *Visse da poi quaranta quattro anni nella medesima Congregazione con fama di perfetto religioso; e fece ancora nelle lettere così notabile acquisto, che nella Ragion Canonica, e da Nostri, e da gli esterni era stimato un' Oracolo.*

NOTÆ.

CUm supra de Julii Franciotti obitu mentio facta sit, diximus illum XVII. Kal. Decembris Ann. 1620. ætatis suæ 63. supremum vitæ diem egisse. Huic autem calculo refragantur Inscriptio ejusdem Iconi adjecta, & Hippolytus Marraccius, uti supra recensuimus, afferentes illum e vita migrasse A. 1619. ætatis suæ 70. Sed nos a Marraccii, Auctorisque laudatæ Inscriptionis supputatione recedere impulit Codex Ms. Lucanus, ex quo verba hæc transcripsimus: *Julius Michaelis Franciotti, Frater supradicti Cæsaris die 25. Decembris ejusdem Anni 1575. in Congregationem admissus est; ac ultimum diem clausit cum esset 63. annorum die 15. Novembris 1620. in Domo Lucensi.* Cum igitur Julius Franciottus obierit Lucæ, tabulæque nostræ Lucanæ dicant illum sexaginta tres annos natum, necnon An. 1620. ex corporis vinculis tanquam ex carcere evolasse; iis potius standum est, quàm memoratæ Inscriptionis Auctori, & Marraccio, qui aliter Julii nostri obitum ætatemque consignarunt. I.

Extat in Archivio S. M. Curtis Orlanding.

Præterea extant Romæ in nostro Archivio Acta Octavæ Congregationis Generalis habitæ in hac nostra Domo S. Mariæ in Porticu in Campitello An. 1620. a vicesimo quinto Octobris ad vicesimum tertium usque Novembris ejusdem anni protractæ, in quibus Julius Franciottus in dispositione Familiæ Collegii Lucensis quarto loco recensetur. Non superest igitur dubitandi locus quo revera anno ille obierit; quapropter corrigenda est Marraccii Bibliotheca, necnon corrigendus est Auctor Inscriptionis Julii Franciotti Effigiei appositæ, & pro anno LXX. ætatis suæ collocandus A. LXIII. & loco Anni MDCXIX. obitus sui, restituendus A. MDCXX. II.

ART. IV.

De Bartholomaeo Bujamontio.

I. Vita ex Chronico Congregat. Part. 2. pag. 192.

Bartholomæus Bujamontius Lucensis Congregationis nostræ Matris Dei Sacerdos, Vir sanguine religiosisque exemplis spectatus, eximius Deiparæ cultor, nec a litteris alienus, Familiæ nostræ Mense Octobris An. MDCVI. nomen dedit. In ea quoad vixit, perfectissimum vitæ genus, quod ultrò amplexus fuerat, sedulò coluit. Augustissimæ Cœlorum Reginæ addictissimus singularem semper illi pietatem exhibuit & amorem, eamque omni ferè obsequiorum genere sibi devincire satagebat; probèque sciens solidam atque eximiam erga Deiparam pietatem in Religiosarum Virtutum cultu præcipuè versari, in iis se assiduè exercebat, potissimùm verò in animi abjectione, paupertate, suique ipsius contemptu, in quibus adeò excelluit, ut omnibus domesticis esset admirationi, ut scribit Hippolytus Marraccius in Libro prænotato: *Religiosi Mariani pag. 64.* in nostro Romano Archivio adservato, nec dum typis donato. Admodum Juvenis meritisque plenus, morte præventus obiit Romæ XI. Kal. Majas An. 1621. ætatis suæ tricesimo primo.

II. Scripta.

Hippolytus Marraccius libro mox laudato, nec non in Bibliotheca Mariana *Part. 1. pag.* 188. refert Bartholomæum Bujamontium sequentes Meditationes in Deiparæ honorem latino sermone concinnasse, videlicèt: *Pro singulis B. Virginis Festivitatibus, earumque Octavis*; *Pro die Sabbati*; *& super missus est Angelus Gabriel.* Quæ omnia, aliaque nonnulla Marraccius dum suam Bibliothecam Marianam adornabat, penes se habuisse ibidem testatur; nunc verò vel alicubi condita latent, vel hominum incuria deperdita interciderunt.

III. Laudes.

Idem Marraccius in sua Bibliotheca Mariana loco nuper memorato, hæc in illius commendationem habet: *Bartholomæus Bujamontius*, inquit, *nostræ Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Sacerdos, natione Italus, patria Lucensis; Vir probatissimis moribus., & magna modestiæ, & integritatis apud nos opinione celebris; in quo, dum vixit, mira erga Sanctissimam Dei Genitricem pietas, atque observantia eluxit.... Vitam innocenter actam pretiosa Justorum morte conclusit anno salutiferæ Nativitatis 1621.*

IV. Extat in nostro Romano Archivio S. Mariæ in Campitello.

Ludovicus Marraccius senior in suo Codice Ms. cui titulus: *Memorie di alcuni Padri della nostra Congregazione*, de eodem sic scri-

scripsit: *Il P. Bartolomeo Bujamonti Lucchese, siccome si hà dal Libro Parochiale della Chiesa di S. Maria in Portico di Roma morì a dì 21. Aprile nel 1621. d' età d'Anni 31. in circa. Questi avendo vissuto in Congregazione per lo spazio di Anni 15. in circa con molto buon' esempio, ed edificazione di tutti, essendo stato esemplare nell' umiltà in particolare, e nella carità, ed in tutte l' altre Virtù, ed obedientissimo dal principio del suo ingresso fino all' ultimo spirare; ed esercitatosi con somma diligenza nel suo ministero dello studio, delle Confessioni, ed altri; finalmente avendo con molto sentimento ricevuto tutti li Santissimi Sagramenti, se ne passò a miglior vita il Mercoledì mattina sù le 11. ore in circa, e fù seppellito nella nostra solita sepoltura delli Padri di Casa, e sentita universalmente la sua perdita da tutti così di Casa, come di fuori; sperando che sia passato presto a godere il premio delle sue fatiche, e virtù, nelle quali si era ben' esercitato.*

ART.

ART. V.

De Ven. P. Joanne Baptista Cionio.

I. Vita ex Marco Groslio, Florentinio, & Marraccio.

JOannes Baptista Cionius Lucæ e Patritia Familia natus est tertiò Idus Novembris Ann. reparatæ salutis MDLVI. E sinu nutricis avulsus, Christianæ pietati sedulam puer navavit operam. Sexdecim annos natus Parentis jussu Joannem Franciscum Gratianum Fanensem humaniorum litterarum professorem audivit: quo tempore humilitatis, quam a Christo Domino ac Magistro nostro perceperat, exercendæ gratia, ingenium nunquam, nisi vulgare ac perexiguum ostentare, cæterisque ad majora contendentibus, ipse latere, animique modestiam & simplicitatem in sui contemptum fovere studuit. Ad hæc accedit quòd negligebat tunc eloquentiæ studia, altioris Doctrinæ cupiditate delinitus.

II. Lucæ tunc Joannem Leonardium Ecclesiasticum virum in privatis ædibus nonnulli Juvenes Dialecticam discentes audiebant, qui unà cum litteris pietatem illos docebat. Illum Francisco Bernardinio sacræ Theologiæ inter Prædicatores Magistro, viro generis nobilitate, eruditione, ac pietate insigni, Duce & auctore Cionius adit, atque ab eo non solum ea addiscebat, quæ illius profectum in studiis augerent, sed ea etiam quæ illum a Mundo longiùs arcerent, & cum Deo propiùs jungerent. Hac agendi ratione suos ad hæc imitanda exempla sodales permovebat, potissimùm Cæsarem Franciottum suum consobrinum, qui post Cionium in fundanda Congregatione Joanni Leonardio se comitem dedit. Cionius igitur Kal. Septembris Ann. 1574., parentum & propinquorum minis conviciisque neglectis, nuncium rebus omnibus remittens, secundus in Leonardii Disciplina adsciscitur. Voti compos effectus, nihil ad Christianæ perfectionis ornamentum prætermisit.

III. Sacræ interim Theologiæ operam dabat, cujus ingenium quod delitescere videbatur, mirum, quantum enituit, cùm felicissimè difficillima quæque illius scentiæ assequeretur. Sacerdotio initiatus, die vicesima quarta Februarii A. 1581. primum sacrum fecit, ardentiusque ad animarum salutem procurandam Concionibus, Catechesi, Fidelium Confessionibus excipiendis, cæterisque Christianæ pietatis operibus se contulit.

IV. Nascentem Congregationem nostram hominum ac Dæmonum artibus sævissimè quassatam, strenuè rexit. Quippè cum Leonardius Romam petere, ibique sedem suam figere, Detractorum machinamentis compulsus fuisset, Cionii rerum cùm domesticarum, tùm

tùm externarum fidei cura ab eodem concredita eſt; quam operoſam provinciam prudentia, ſolidaque conſtantia potiſſimùm in his rerum articulis peregit. Ne verò concitatis perſecutionum fluctibus nonnulli in ſcopulos incautè abriperentur, ſeque Mundi periculis rurſus objicerent, Cionio auctore, & præeunte, concepto voto jurarunt omnes ſe in Congregatione, Divino fultos auxilio conſtanter ad extremum vitæ diem perſeveraturos. Id factum Anno 1588. Florentinius in ejus vita *lib. 1. cap. 23. pag.* 78. prodit. Cum autem Pontificia auctoritate Leonardius Neapoli, & Nolæ ardua quædam pertractare juſſus eſſet, Cionium ſibi comitem adjunxit, qui toto eo tempore, quo moram ibi traxit, ſuam operam Leonardio non inutilem impendit.

V. Lucam reverſus haud minimo fuit Noſtris ſolatio, atque adjumento. Iis pluries præeſſe, invitus licèt, juſſus eſt, omnium plauſu exceptus. Domeſticæ adminiſtrationi ſe totum intendebat, animorum culturæ invigilabat; ſacrarum Inſtituti legum obſervantiam maximam promovebat, cumque eſſet omnium virtutum exemplar, alii in eo habebant quod diſcerent ac ſequerentur. Eorum, qui vitæ religioſæ tyrocinio vacabant, Magiſter, ſua virtute atque vigilantia conſecutus eſt, ut plures ejus inſiſtentes veſtigiis, per eadem exempla ſe dignos tanto Magiſtro Diſcipulos præberent. Nihil quod ad animarum profectum pertinebat omiſit, conſulentium nemini ſe denegabat, accedentem expiandæ conſcientiæ cauſa neminem rejecit; cumque turba obrueretur, ut tam fervens ſalutis animarum ſtudium, quo nimis premebatur, aliquantulum remitteret, Leonardii juſſa, hortationeſque effecerunt, veritus iſte ne Cionius ſub tam gravi pondere fatiſcens opprimeretur.

VI. Duo Guidiccionii, ambo Lucani Antiſtites ejus opera uſi ſunt cùm ad Virgines Deo dicatas privatìm publicèque certis temporibus excolendas, tum ad alia complura obeunda, quæ quotidiè contingebant; ex quo fiebat ut multa incommoda ſubiret, multoſque labores exantlaret, parum penſi habens aſſiduis penè hujuſmodi exercitationibus occupari, dummodò aliorum proſpiceret ſaluti. Initiandorum examini ea moderatione intererat, ut nihil priùs haberet, quàm ut juſtitiæ fines non tranſiliret, ſimulque caritatis nunquam obliviſceretur. Examen eorum qui ad excipiendas Confeſſiones animum adjiciebant, ea inſtituebat diligentia & æquitate, ut omnes amoris & odii cauſas procul habens, eos tantùm probaret, quos ad hoc munus obeundum morum integritate doctrinæque laude commendatos cognoſcebat. Diſceptationes de moribus ad chriſtianam normam, rectamque conſcientiam moderandis, qua in re apprimè excellebat, ſtatis diebus magna Clericorum frequentia ac profectu, ſolidè enodabat, a laxioribus ſententiis plurimùm aborrens. Ex-

pur-

purgandis Libris præpositus, tanto studio rem suscepit; ut, licèt pluribus aliis curis circumsessus, vel iis horis quibus interponere aliquam animi relaxationem suis poterat occupationibus, libros in manu haberet, quorum emendatio illi demandata fuerat.

VII. Pietatis causa, ardentissimoque erga Deiparam, quo flagrabat, amore incensus Lauretanam Domum Anno 1608. invisit. Cæsar Franciottus aliique se illi comites in ea peregrinatione adjunxerunt, utque ea peregrinatio sanctiùs perageretur, nonnullas conscripsit leges, quas omnes in majus Deiparæ obsequium observarent, meritumque attenta illarum observantia piè augerent.

VIII. Insequenti anno MDCIX. Joanne Leonardio Congregationis nostræ Rectore Genarali I. hac vita functo, Patres in illius locum Cionium sufficere adnitebantur, cum nemo ad nostra tuenda augendaque, quàm ille aptior videretur; sed Cionius tantum sua animi demissione effecit, ut aliò studia convertenda fuerint; & Alexandro Bernardinio, cujus supra meminimus, Congregationis regimen committendum. Eodem animo, a dignitatibus plurimùm abhorrens, Anno 1618. quo communi fato idem Bernardinius cessit, contendit ne suprema Congregationis Præfectura ipsi imponeretur, nihil antiquius habens, quàm privatam vitam agere, in eaque supremum claudere diem. Acta res est ex animi sui sententia, cum honorem, quem fugiebat, in Josephum Matrarium transferendum curaverit. Eodem Matrario Rectore Generali cum Congregatio nostra inter cœteras Religiosas Familias Pontificia auctoritate cooptata fuisset, Cionius tria solemnia vota ardenti studio e Nostris secundus nuncupavit, ejusque notulam Mss. sic exhibet Codex noster Romanus, prænotatus: *Nomina & Cognomina eorum qui emiserunt vota solemnia: Ego Joannes Baptista Cionius Lucensis emisi tria vota solemnia nostræ Religionis Presbyterorum Matris Dei publicè coram Patribus, & testibus infrascriptis in manu Adm. R. P. N. Rectoris Generalis in Domo nostra S. M. in Porticu de Urbe Die 28. Novembris 1621., & propria manu subscripsi.*

IX. Demum vir undequaque commendatus, annis gravis, & meritis plenus, Ecclesiæ Sacramentis summa animi pietate perceptis munitus placidissimè efflavit animam hora post solis ortum ferè secunda pridiè Kal. Aprilis anno post Christum natum MDCXXIII. ætatis suæ sexagesimo septimo nondum absoluto. Post obitum etiam multis miraculis claruit. Ad mortui cadaver invisendum frequens populus accurrit, communique omnium prædicatione Cionii Sanctitas celebrabatur; quique ejus vestium particulam, vel aliud quidpiam quod ad defunctum pertinuisset, habere potuerant, se thesaurum acquisivisse putabant. Mortuum corpus post Aram maximam, loco a communi aliorum Sepulchro separato, tumu-

tumulatum fuit Lucæ in Templo S. M. Curtis Orlandingorum; indeque effossum, ad Altare S. Mariæ ad Nives, ab eadem Ara maxima haud procul dissitum humatum fuit, ubi nunc quoque jacet. Non longè ab eodem Servi Dei tumulo parieti incisa legitur sequens in marmore Inscriptio.

OSSA
VEN. P. JO. BAPTISTÆ CIONI LUCENSIS
PRIMI SOCII VEN. P. JO. LEONARDI
FUNDAT. CONGREGAT. MATRIS DEI
CUJUS MEMORIA
IN BENEDICTIONE EST
OBIIT A. D. MDCXXIII. DIE XXXI. MART.
ÆTATIS SUÆ LXVII.

Ejus Effigies ære incisa, ut piorum desiderio fieret satis, parvis grandioribusque formis pluries excusa est, quarum una hæc habet:

V. P. JO. BAPTISTA CIONIUS LUCENSIS
CONGREGAT. MATRIS DEI
PRIMUS SOCIUS V. P. JO. LEONARDII FUNDATORIS
OBIIT LUCÆ DIE XXXI. MARTII MDCXXIII.
ÆTATIS SUÆ LXVII.

Guido Vanninius Lucensis *Epigram.* 78. *pag.* 265. sub effigie ejusdem Ven. Cionii a Gasparo Manuccio depicta carmina hæc posuit:

Cui fuit Aligerum probitas, divinaque Virtus,
Eloquium sanctum, pectora juncta Deo.
Picta tabella refert, Herois numen, & acta
Sed cum non possit pandere jure dolet.
Attamen ætherei tantum est in imagine sensus
Ut muta æthereas spiret ab ore faces.

Cionii vitam latino sermone eleganter scripsit Marcus Grossius, quæ Ms. in nostro Romano Archivio extat, digna quæ tandem in lucem prodeat. Eam pariter sex Libris comprehensam, & italicè conscriptam edidit Hieronymus Florentinius Lucensibus typis An. 1657. in 4. in qua tamen licèt veritatem ubique attentè consectetur, nihilominus Ephemeris potius dicenda est, quàm rerum a Cionio gestarum distincta perpolitaque narratio. Hinc Ludovicus Marraccius junior eamdem vitam a Florentinio confusè exaratam X.

 clara

clara methodo, nitidiorique stylo lucubratam, ac in quinque Libros distributam Lucæ An. 1696. evulgavit. Demum Cionii Vita legitur in publicis Actis de illo in Beatorum album adscribendo Romæ impressis *An.* 1701. *in fol.* quo anno in Sacra Rituum Congregatione ejusdem Causa introducta, a Clemente XI. Pont. Max. signata fuit, ut dicitur, Commissio pro felici ejus eventu.

§. I.

De ejus Operibus editis, & Mss.

I. Opera edita, & Mss.

MEditationum suarum utilissimum Libellum reliquit, in quibus potissimùm ipsius erga Jesu Christi passionem mortemque pietas elucet; qui Nostrorum cura post ejus obitum Lucæ in tres Partes distributus typis Peregrini Bidelli *in* 24. excusus est. Pars 1. prodiit Ann. 1652. Reliquæ duæ anno insequenti. Hunc Titulum in fronte præfert: *Santi pensieri per meditare ogni giorno dell' Anno del molto R. P. Gio: Battista Cioni della Madre di Dio divisi in tre Parti*. Sed quoniam ejus Meditamenta incipiunt a prima Dominica Adventus, & desinunt in Sabbatum ante Dominicam decimam post Festum Pentecostes; hinc noster Marcus Grossius quartam Partem addidit, ut earum Meditationum integer cursus haberetur, quibus Nostri quotidie utuntur. In hujusce opusculi laudem Florentinius *lib.* 5. *cap.* 2. *pag.* 389. hæc habet: *Nelle sue Meditazioni, che sotto nome di santi Pensieri già sono uscite alle stampe, se bene in tutte si trova uno spirito molto sodo, però in quelle delli giorni feriali della Quadragesima, che sono della Passione, si vede, che il beato Padre supera se medesimo*. Eadem ferè scribit Marraccius in ejus Vita *lib.* 4. *cap.* 2. *pag.* 323.

II. Pro peregrinatione Lauretana nonnullas conscripsit leges in duas classes partitas, quas Florentinius exhibet *lib.* 2. *cap.* 19. *pag.* 159. *& seqq.*

III. *Regole, e Documenti per la Congregazione de' Nobili la sera d'ogni Sabato*. Leguntur ad calcem vitæ ejusdem Servi Dei editæ a Florentinio *lib.* 6. *pag.* 609.

IV. Lib. 3. cap. 14. pag. 234. Præterea, ut idem Florentinius testatur, ea omnia collegit quæ ad conscribendam nostræ Congregationis Historiam facere magis videbantur: qui quidem Cionii labor Franciotto, magno adjumento fuit, ut facilius, & expeditius nostræ Congregationis Chronicon aggrederetur.

In-

Insuper reliquit Mss. ultrà varias Conciones, Decisiones, Tractatus, & Meditationes, *Regulas, & Constitutiones Sodalitatis Nobilium Virorum fundatæ Lucæ in nostris Ædibus S. Mariæ Curtis Orlandingorum.* V.

§. II.

Testimonia Virorum Illustrium de meritis V. Joannis Baptistæ Cionii.

JOannes Marangonius in Tom. 2. *Thesauri Parochorum, edit. Romæ typis Mainardi An.* 1730. *in* 4. *lib.* 3. *cap.* 9. *pag.* 279. *num.* 73. *Joannes Baptista Cioni*, inquit, *Patritius Lucensis, Parochus S. Mariæ Cortelandini Lucæ, ac Ven. Servi Dei Joannis Leonardij, in fundanda Religione Matris Dei Socius, & cooperator, cujus Vitæ Epitomen dabimus Tomo sequenti; scripsit: Santi Pensieri da meditarsi per ciascun giorno dell'Anno; in duas Partes divisum opus, quod post mortem Auctoris typis fuit consignatum; Reliquit etiam Mss. Meditationes* &c. De iis supra mentio facta est; hinc consultò Marangonii Testimonium ex integro referre abstinemus. Animadvertendum tamen hic est, memoratum opusculum: *Santi pensieri* &c. non in duas Partes, ut scribit Marangonius, sed in tres revera esse divisum. I.

Codex Lucanus S. Mariæ Curtis Orlandingorum *pag.* 1. *P. Joannes Baptista Cionius*, ait, *cum esset Rector Domus Lucensis, ac Vicarius Generalis, quod munus summa cum laude sæpius administraverat, obiit Lucæ die* 31. *Martii* 1623. *ætatis suæ anno* 67. *non sine magno populi concursu, ingenti omnium dolore, & non vulgari sanctitatis opinione.* II.

Hippolytus Marraccius in Bibliotheca Mariana *Part.* 1. *pag.* 674. illustre hoc de eo testimonium reliquit: *Joannes Baptista Cionius Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei, natione Italus, patria Lucensis, V. P. Joannis Leonardii, ejusdem Congregationis Fundatoris discipulus, ac socius primus; quem Alexander Guidiccionius junior, Lucensis Ecclesiæ præclarus Antistes, novum suæ Diœcesis Apostolum nominare solitus erat. De cujus candore animi, puritate, humilitate, devotione, orandi studio, perfecta omnium humanorum affectuum mortificatione, ardore fidei, animarum zelo, indefesso labore, abstinentia, prudentia, perenni gravitate, flagrantissimo Dei amore, cæterisque Virtutum ornamentis* III.

multa dici possent, quæ justum volumen desiderarent .... E stadio mortalitatis optimus Pater excessit Lucæ, anno a Virginis partu 1623. ætatis 61. die 31. Martii. De cujus affectu in Deiparam perlege, si libet, Religiosos nostros Marianos cap. 9. §. 38. pag. 353. & seqq.

IV. Bartholomæus Beverinus in sua Oratione habita Lucæ in funere Cardinalis Hieronymi Bonvisi Antistitis Lucani edita unà cum aliis Orationibus Venetiis A. 1682. typis Nicolai Pezzana *pag.* 401. hæc habet: *Ebbe*, nempe memoratus Cardinalis, *per primo Direttore dell'Anima il P. Cioni, Uomo di santità venerabile, il solo nome di cui basta a se medesimo per ogni più ampia lode.*

V. Hyacinthus Vinciolus in sua Epistola: *De XII. doctissimis Lucensibus Viris Congregat. Matris Dei pag.* 31. in Cionii laudem hæc pariter scripsit: *Velim tamen scire te, mihi persuasum non de his solis, sed de plurimis aliis Elogia fieri posse, velut inter defunctos, unum ut enumerem, de Joanne Baptista Cionio, qui præter opusculum eruditè conscriptum, ac editum, de sacris cogitationibus, Instituti Chronicon exactissimum incœpit, quod mox alii prosecuti sunt.*

VI. Ephemerides Venetæ *An.* 1725. *Tom.* 37. *pag.* 284. laudatam Vincioli Epistolam referunt, atque cum eodem Auctore sic concinunt: *E qui chiudesi questo trattato, col protestare, che oltre ai sopradetti dodici Uomini letterati della stessa Città, e Religione, altri non pochi ve n' hà, degni anch' essi d' essere rammentati con lode, trà quali tiene luogo onorevole il P. Giovambattista Cionio, autore d' un Libro divotissimo, intitolato: i Sacri pensieri, già più volte stampato; e che avendo cominciato a tesser gl' Annali della sua Congregazione, questi ora da altri valentuomini si van continuando, con la speranza che una volta si donino al pubblico.*

VII. Demum in Cionium suas congerunt laudes Aubertus Miræus in *Codice Regular. & Constit. pag.* 111. Marcianus in sua Historia Oratorii *Tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *pag.* 313. Franciottus in Chronico; Beverinus *Tom.* 2. *Annalium ab Origine Lucensis Urbis*, nec non in suis Carminibus Italicis *pag.* 29. secundæ editionis; Franciscus Marraccius *Epigram. lib.* 1. *pag.* 27. *& lib.* 4. *pag.* 98. Ludovicus Marraccius in Vita Ven. P. Joannis Leonardii; Deza in Vita V. P. Cæsaris Franciotti; Acta nostræ Congregationis Generalis habitæ Romæ An. 1623. aliique.

NO-

NOTÆ.

Hippolytus Marraccius in ſua Bibliotheca Mariana *in Joanne Baptiſta Cionio*, ut ſupra *num.* 3. recenſuimus, illum, ſexageſimum primum annum agentem e vita migraſſe ſcribit; ſed ex Cionii Epitaphio ſuperius exſcripto, nec non ex altera Inſcriptione ejuſdem Iconi adjecta, aliiſque monumentis hucuſque relatis Marraccium manifeſtè lapſum compertum habemus.

ART.

A R T. VI.

De Josepho Matrario.

I. Vita ex Chronico Congregat. Part. 2. & 3.

JOsephus Matrarius Lucensis claro genere natus, pietate & eruditione eximius, Congregationis nostræ Rector Generalis III. qui cùm Joanni Leonardio se piè instituendum totum tradidisset, An. 1588. in nostram Congregationem cooptatus est. Exacto summa cum laude tyrocinio, Philosophiæ, ac Theologiæ studia seriò coluit, in quibus multam doctrinæ laudem consecutus est. Lucæ Rethoricam in nostris Scholis docuit. Romæ in Collegio de Propaganda Fide pietatem æquè ac sacras disciplinas ejusdem Collegii alumnis tradidit. Neapoli Ven. P. Joannem Leonardium gravissimis muneribus, Clementis VIII. Pont. Max. jussu, implicitum mirificè juvit.

II. A morte Alexandri Bernardinii, Anno 1618. V. Nonas Majas totius Congregationis Generalis Moderator concordibus omnium suffragiis renunciatus fuit. Studio Congregationis stabiliendæ omnem operam contulit, ut Gregorius XV. Pont. Max. Congregationem nostram ad trium votorum solemnitatem eveheret. Suum in hac re studium inane non fuit; nam difficultatibus omnibus, quæ rem impediebant, feliciter eluctatus, Anno 1621. III. Nonas Novembris obtinuit quod cupiverat: hoc insigni beneficio de Congregatione, quæ illud nunquam è memoria delebit, benemeritus. Congregatione igitur nostra studio operaque ejusdem Josephi Matrarii Pontificia auctoritate roborata, ipse primus solemnem Professionem IV. Kal. Decembris Ann. 1621. emisit in manu R. P. Joannis Baptistæ Cionii Rectoris nostri Collegii Lucensis, & Vicarii Generalis, uti liquidè constat ex Libro prænotato: *Nomina, & Cognomina eorum qui emiserunt vota solemnia in nostra Religione Matris Dei*, *pag.* 1. in nostro Romano Archivio adservato.

III. Congregationem ita rexit, ut omnium animos sua humanitate & caritate sibi devinxerit, aliis exemplum præbens quod sequantur, ut suos benè regant. Nec solum suorum erga se amorem sibi conciliaverat, sed apud alios quoque, etiam cœteris eminentiores dignitate, magno in pretio habebatur. Tanta veneratione Joannem Leonardium Congregationis nostræ Parentem prosequebatur, ut supplicem Gregorio XV. Pont. Max. libellum obtulerit, ad ipsum in Beatorum album adscribendum. Hinc eodem summo Pontifice annuente *Processus Informativi* cùm Romæ, tùm Lucæ incœpti sunt. Illustriora, illo Congregationem regente, sibi eadem pol-

pollicebatur; ſed invida Mors ,, cùm minùs id expectabatur, Patrum ſpem eluſit. Diem extremum piè obiit Romæ IV. Nonas Junii Ann. 1623. ætatis ſuæ 59. anno VI. ſui muneris vix inchoato. Sub ejus Effigie æreis formis cuſa hujuſmodi legitur inſcriptio :

P. JOSEPHUS MATRARIA LUCENSIS
CONGREG. CLER. REGUL. MATRIS DEI
III. RECTOR GENERALIS
OBIIT ROMÆ AN. SAL. MDCXXIII. II. JUN.
ÆT. SUÆ AN. LIX.

Bartholomæus Beverinus inſequenti Epitaphio ejuſdem Joſephi merita illuſtravit : Epigram. 47. pag. 156.

Moribus, ingenio, pietate inſignis, & arte,
Principibus licuit qua placuiſſe viris.
Occidis ante diem, tenebriſque immerſa Sepulchri,
Pulvere in exiguo nobilis umbra jaces.
Sed licèt immites properarint penſa Sorores,
Fata dedere brevì vivere, facta diu.

§. I.

De ejus Operibus editis, & Manuſcriptis.

I. Opera edita, & Mss.

SCripſit latino ſermone ad ſereniſſimum Ferdinandum Auſtriacum, Hiſpaniarum Infantem S. R. E. Cardinalem Diaconum, *Hiſtoriam Miraculoſæ Imaginis S. Mariæ in Porticu de Urbe*, quam cum morte præreptus evulgare non potuiſſet, Dominicus Tuccius ejus in Generalatus officio ſucceſſor Italicè reddi, ac Romæ Caballianis typis excudi curavit Anno 1627. eamque Duciſſæ Felici Mariæ Urſinæ, de noſtra Congregatione benemerenti, in grati animi monumentum dicavit, quæ hunc Titulum præfert : *Iſtoria della Miracoloſa Immagine della B. Vergine Maria detta S. Maria in Portico, diviſa in tre Libri, del M. R. P. Gioſeffo Matraja Generale della Religione della Madre di Dio, tradotta in lingua Toſcana, per maggior conſolazione de' Lettori. Nella quale oltre l' Apparizione di detta Immagine in Roma nel Palazzo di Galla Patrizia, e relazione de' Miracoli per quella occorſi, e ſtato preſente della Chie-*

Chiesa sua, si parla ancora di altre Immagini miracolosamente fatte, o portate dagl' Angioli. In Roma per Francesco Cavalli 1627. in 4. Martinellius in sua *Roma Sacra pag.* 235. agens de eadem Ecclesia S. Mariæ in Porticu ait: *Templum regitur a Clericis Regularibus Matris Dei, fuitque illustratum a Josepho Matraria peculiari libello edito Romæ anno* 1627. Eadam sacra Historia in compendium redacta Neapoli typis Francisci Savii recusa est Anno 1638. & Anno 1694. typis Francisci Molli *in* 8. De ea mentionem facit P. Joannes Rhò S. J. *Exemp.* 41. *pag.* 272. *& seq.*

II. Vitam V. P. Joannis Leonardii Latinè concinnavit, quam tamen vita functus absolvere non potuit. Illius fragmentum, quod in nostro Archivio Campitellano adservatur, hunc Titulum habet: *Relatio de Vita, & Moribus Piæ Mem. P. Joannis Leonardii Lucensis Religionis Matris Dei Fundatoris.* Incipit ab Anno 1543. quo Dei Servum vitam mortalem inchoasse supra suo loco vidimus, certisque monumentis confirmavimus, eamque ad annum usque 1574. produxit; quam Ludovicus Marraccius in Vita ejusdem V. Leonardii *lib.* 4. *cap.* 7. *pag.* 531. laudat, ibique præclarum de eodem Leonardio testimonium e memorata Josephi Matrarii Relatione exscriptum exhibet.

§. II.

Testimonia Virorum Illustrium de Josepho Matrario.

I. Hippolytus Marraccius *Part.* 1. suæ Bibliothecæ Marianæ *pag.* 824. *Josephus Matraria*, inquit, *Nostræ Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Rector Generalis III. natione Italus, Patria Lucensis; Vir doctus, omnique religiosarum virtutum genere cumulatus; ob singularem modestiam, animi candorem, morum suavitatem, prudentiam, gravitatem, magnæ etiam apud Purpuratos Patres in Urbe existimationis; a Paulo V. & Gregorio XV. Romanis Pontificibus in pretio habitus.... Vocatur ad præmium, non sine magna Nostrorum jactura, anno Gratiæ 1623. 2. Iunii, in Ecclesia S. Mariæ in Porticu sepultus.*

II. In Codice Lucano S. Mariæ Curtis Orlandingorum *pag.* 4. hæc in ejusdem Josephi Matrarii commendationem legi, excripsique: *Josephus Andreæ Matrarius Lucensis in Congregationem adscriptus fuit die secunda Decembris* 1588.... *Anno verò* 1618. *Mense No-*

* *Novembris cum obiisset Pater Rector Generalis*, nempe Alexander Bernardinius, *nostræ Congregationis, ipse fuit legitimè & canonicè electus a Patribus Congregationis. Qui Congregationis promovendæ cupidissimus invicta constantia, ac labore improbo effecit, ut ad statum Religionis eveheretur a fel. record. Gregorio XV. de voto Sacræ Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, nemine penitus discrepante; id tota stupente Roma. Idemque primus emisit tria Vota solemnia in manibus Illustrissimi Protectoris Octavii Cardinalis Bandini in Hebdomada Sancta die 25. Mensis Martii 1622. Cumque Historiam Sacræ Imaginis S. Mariæ in Porticu, cui semper fuit addictissimus, eruditè satis ac diligenter perscripsisset, dum majora pro nostra Congregatione molitur, in qua etiam laude prudentiæ, & morum probitate semper floruit, non sine gravi & nostra jactura, & multorum etiam Principum Virorum, a quibus plurimùm diligebatur, dolore, mortuus est Romæ in Domo S. Mariæ in Porticu 2. Junii 1623. ætatis suæ anno ....* decst. * L. Maii.

Eadem ferè scribunt Florentinius *lib.* 4. *cap.* 6. *pag.* 305. & Marraccius *lib.* 3. *cap.* 5. *pag.* 220. in Vita Venerabilis Cionii. De eo pariter cum laude loquuntur Aubertus Miræus in *Codice Regular. & Constit. pag.* 111. Carolus Bartholomæus Piazza in Opere prænotato: *Discorso dello Stato Vedovile spiegato con le memorie illustri di S. Galla edito Romæ An.* 1708. *in* 4. *typis* Bernabò; *Decad.* 1. *cap.* 8. *pag.* 43. & *Decad.* 11. *cap.* 7. *pag.* 111. & *Beverinius Epigram.* 46. Demum Acta Congregationis Generalis An. 1623. clarissimum de Josepho Matrario testimonium exhibent. III.

NOTÆ.

AD Josephi Matrarii merita illustranda supra num. 2. testimonium retulimus ex codice Lucano depromptum, qui quamvis sua auctoritate antiquitateque aliis inferior non sit; nihilominus illius scriptorem alicubi lapsum fuisse, compertum habemus; quippè qui Josephum Matrarium Mense Novembris An. 1618. ad supremam Congregationis præfecturam evectum fuisse testatur. Sed quamvis in anno cum laudato Ms. consentiamus, in mense tamen consignando, veritate cogente, non convenimus: quandoquidem Josephum Matrarium Congregationis nostræ Rectorem Generalem renunciatum fuisse V. Nonas Majas ejusdem Anni MDCXVIII. cùm Acta Congregationis habitæ Romæ eodem Anno 1618. post Alexandri Bernardinii obitum, tùm Florentinius in vita Cionii *lib.* 4. I.

cap. 6. *pag.* 305. apertè teſtantur. Corrigendus igitur memoratus Codex, & loco menſis Novembris, menſis Majus reſtituendus.

II. Prætereа ex prædicto Codice Lucano habemus Joſephum Matrarium tria ſolemnia Vota emiſiſſe in manibus Octavii Cardinalis Bandini Congregationis noſtræ tunc Protectoris die 25. Martii 1622. Sed verba hæc intelligenda ſunt de ſecunda ab eo peracta coram Cardinali Protectore Votorum nuncupatione; quandoquidem primam peregiſſe anno ſuperiori 1621. ſupra in Synopſi *Art.* 6. *num.* 2. certò oſtendimus; conſtatque etiam ex *libro* 2. Actorum Congregationis noſtræ habitæ Romæ An. 1621. in qua Patres, Pontificium Breve pro ſolemni Votorum emiſſione, magna voluptate, ardentique ſtudio exceperunt, votaque ipſa in eadem Congregatione emiſerunt.

ART.

A R T. VII.

De Horatio Arnolfinio.

HOratius Arnolfinius Congregationis nostræ Sacerdos, rei antiquariæ studiosissimus, Lucæ Parentibus pietate & nobilitate conspicuis natus est An. 1565. Crescente ætate, in vitia, quibus juventus facilè fœdatur, incurrit. Cùm verò Cæsarem Franciottum, die S. Augustino sacra, e suggestu concionantem audisset, qui gravi facundia, suavitateque mirabilem Dei bonitatem in Peccatorum conversione, Deoque vocanti extemplò parendum, suis ostendebat auditoribus, Divina affulgente gratia, gravissimis conscientiæ stimulis perfossus, ad Sanctissimæ Eucharistiæ Sacellum provolutus, novæ vitæ capessendæ fundamenta jecit. I. Vita ex Marco Grossio in Vita Cionii Ms. lib. 1. pag. 42. & Deza in Vita Cæsaris Franciotti lib. 1. cap. 13. pag. 63.

Acta res est ex animi sui sententia. Cum enim in dies rerum æternarum contemplatio magis illi saperet, ut propiùs cum Deo se conjungeret, nuncium rebus omnibus remittens, Congregationi nostræ nomen dedit, atque sub disciplina V. P. Joannis Baptistæ Cionii, religiosæ vitæ rudimenta percepit: quo Magistro in christianis virtutibus adeò profecit, ut cum ab eodem Venerabili Præceptore quadam die ad Templi Sancti Michaelis vestibula verrenda, eo articulo, quo celeberrimus ibidem Lucensium Civium Conventus habebatur, scopas humeris gestans, pallioque Domi relicto, missus fuisset; ea paruit animi alacritate, ut omnes ejusmodi spectaculo in admirationem acti, solidam absolutamqae Arnolfinii virtutem commendaverint. II.

Expleto tyrocinio, quàm attentissimè ad severiores religiosæ pietatis leges vitam exegit. Omnibus carus obiit Romæ VII. Kal. Octobris 1625. Hippolytus Marraccius *Part.* 1. *Biblioth. Marianæ pag.* 606. scribit illum obiisse An. 1626. sed Liber inscriptus: *Registro de' nostri Morti*, in meo Archivio adservatus, habet 1625. III.

Historiam miraculosæ Imaginis S. Mariæ in Porticu de Urbe lucubravit, quam tamen, morte præpeditus absolvere, atque in lucem emittere non valuit, ait Marraccius loco mox laudato. IV. Scripta.

Idem Marraccius ibidem hoc elogio Arnolfinium nostrum commendat: *Horatius Arnolfinius, nostræ Congregationis Matris Dei Sacerdos, natione Italus, patria Lucensis, Vir quidem ingenuis omnibus artibus excultus, sed præsertim excellenti rerum antiquarum observatione atque indagatione præeminens .... mortalitatis compede solutus est anno Orbis redempti* * *1626. magno omnium mœrore.* V. Laudes.

* L. 1625.

A R T. VIII.

De Ven. P. Cæsare Franciotto.

I. Vita ex Deza aliisque.

CÆsar Franciottus, Vir ingenio, vitæ sanctimonia, doctrinaque præstans, Lucæ parentibus vetusta nobilitate claris anno christiano 1557. quintò nonas Julias vitam mortalem inchoavit. Sub ipsum ætatis tyrocinium grandia pietatis, doctrinæque futuræ argumenta dedit. Nihil enim illi antiquius, quàm ut illius ætatis ludos, & illecebras procul haberet, christianis excolendis virtutibus, scientiisque percipiendis addictissimus.

II. Traditus V. Joanni Leonardio, primis Philosophiæ elementis instituendus, Sanctissimi Præceptoris monitis exemplisque permotus, omnibus difficultatibus strenuè obluctatus, Congregationi nostræ XIII. Kal. Aprilis An. MDLXXV. nomen dedit. A sæculo avulsus ante omnia in id incubuit, ut cum Mundo nihil ei prorsus commune foret, seque totum Deo addixisse demostraret. Vix inito novæ vitæ tyrocinio, virtutum religiosarum exercitatione eximios sanctitatis cultores æquabat. Hoc inter singulares ejus virtutes memoratu dignum, quod tàm ardenti in Eucharisticum Sacramentum ardore flagrabat; ut Leonardius ipsum quotidiè ad Domini Nostri Jesu Christi corpus sumendum accedere, adolescentis pium fervorem admiratus, assentiretur. In hujus flagrantissimæ caritatis schola ea didicit, quæ postea scripsit in eam rem nunquam satis commendatam, alios ad hunc ipsum amorem, quo tantopere ardebat, incensurus.

III. Orat. habit. in funere Cæsaris Franciotti.

Nec tamen litterarum studia negligebat; sed quod ex spiritualibus exercitationibus illi temporis supererat, id totum in scientiarum meditatione consumebat; quas eo fructu coluit: *Ut uno temporis articulo*, inquit Carolus Saminiatus, *inter se dissitas disciplinas complexus, non modò Concionator eximius, sed etiam insignis Philosophus, Theologus illustris, Historicus non contemnendus, politioris litteraturæ, omnium penè antiquitatum bene peritus habitus sit ab omnibus & salutatus*.

IV. Sacerdotio initiatus An. 1581. omnes suas curas saluti proximorum addixit: cumque cæteras inter ejus dotes ad concionandum tanquam a natura efformatus videretur, in præcipuis ac celeberrimis Italiæ urbibus e suggestu verba faciens, magna auditorum frequentia, plausuque, &, quod caput est, maximo animarum bono, immortalem sibi gloriam, Congregationique nostræ, tunc nascenti, decus comparavit.

Nea-

Neapoli in Ecclesia PP. Oratorii S. Philippi Nerii eo fructu, hominumque multitudine Conciones habuit, ut iidem Patres in eorum Chronico Ms. hæc in Franciotti nostri laudem verba reliquerint: *Hisce quoque diebus Cæsar Franciottus Vir notæ virtutis & sanctitatis, cujus pietate, & devotione totus Orbis imbutus est, cum Neapoli degeret, cœpit aliquando in nostra Ecclesia sermones ad Populum habere, cujus tanta erat in dicendo vis, & gratia, ut universam penè urbem ad se attraheret.* Id accidit anno millesimo sexcentesimo, ut ex Litteris Cardinalis Baronii, cujus jussu, eorumdemque PP. Oratorii precibus illùc se contulerat, videre est; quæ Litteræ in nostro Romano Archivio adservantur. V. Marcianus mem. Istoric. Tom. 2. lib. 5. cap. 1. pag. 315.

Dum autem Franciottus Neapoli commorabatur, primam Soliloquiorum suorum Partem adornavit, quam eodem Anno 1600. Neapoli edidisse, ex ejusdem Franciotti Epistola, Alexandro Guidiccionio seniori Antistiti Lucano nuncupata, quæ in editione Veneta Sebastiani Combi A. 1615. *in* 24. recusa est, eamque eidem primæ Soliloquiorum Parti Combius præfixit, compertum habemus. Idem Opus non multo post, anno nempè 1602. impressum est Ferrariæ *in* 12. typis Victorii Baldini, & anno 1607. Venetiis *in* 12. typis Sebastiani Combi. Castigandus igitur est Hyacinthus Vinciolus, qui in sua Epistola *De XII. Lucensibus Viris Congregationis Matris Dei, pag.* 12. primam eorumdem Soliloquiorum editionem in annum 1614. rejecit. VI. Prima Soliloquiorum Neapolitana editio A. 1600. Vincioli Epist. emendatur.

Romæ non semel inter suos Auditores, Cardinales amplissimos de Sans, Camporeum, Baronium, & Bellarminum habebat; eamque ibidem sacræ eloquentiæ famam assecutus est, ut Clemens VIII. Pont. Max. cum illum concionantem audivisset, peracta ab eodem Franciotto concione: *Se audivisse*, dixerit, *hominis vocem, mel lacteamque doctrinam effundentis.* VII.

Potiora Congregationis munera, summa prudentia, caritate, regularisque disciplinæ bono gessit. Ad supremam totius Congregationis Præfecturam, Nostrorum votis, suffragiisque expetitus, nihil intentatum reliquit; ut oblatum honorem, a quo ex animi demissione sibi metuebat, effugeret. A fel. record. Gregorio XV. Congregatio nostra solemnibus Votis communita, idem Franciottus cupiens propiùs se Deo jungere, eadem Vota Romæ, e Nostris tertius, emisit IV. Kal. Decembris 1621. VIII.

Omnibus Christianis virtutibus, Virginitate potissimùm clarus, S. Philippo Nerio carissimus, qui non minoris, quàm suum Cæsarem Baronium, Franciottum faciebat; multis laboribus, meritisque cumulatus, Sacramentis Ecclesiæ ritè munitus, V. Idus Decembris, in cinere, & cilicio, animam Creatori suo reddidit Lucæ IX.

Anno

Anno post Christum natum MDCXXVII. ætatis suæ LXXI. multis etiam post obitum miraculis signisque illustris.

X. Ipsius funus magno Lucensium Civium mœrore frequentiaque, nec non singularibus erga eumdem Christianæ pietatis signis condecoratum est. Carolus Saminiatus Cæsaris laudes latina oratione complexus est, quæ legitur ad calcem Vitæ ejusdem Franciotti a Deza editæ. Defuncti Corpus, honesto secretoque Sepulchro Lucæ in Ecclesia S. Mariæ Curtis Orlandingorum tumulatum, insequenti decoratur Inscriptione:

OSSA
VEN. P. CÆSARIS FRANCIOTTI LUCENSIS
CONGREGAT. MATRIS DEI
VITÆ INNOCENTIA ET SCRIPTIS
TOTI ORBI NOTISSIMI
OBIIT A. D. MDCXXVII. DIE IX. DEC.
ÆTATIS SUÆ LXXI.

Sub ejusdem Icone ære incisa verba hæc habentur:

V. P. CÆSAR FRANCIOTTUS LUCENSIS
CONG. MATRIS DEI
V. P. JOANNIS LEONARDII FUNDATORIS SOCIUS.
OBIIT LUCÆ A. D. MDCXXVII. DIE IX. DECEMB.
ÆTAT. SUÆ LXXI.

Poesie pag. 36. 2. edit. Beverinus noster Italicis carminibus Venerabilem Cæsaris Franciotti memoriam Posteris commendavit, quæ certè hic prætereunda non esse putamus.

Ferma il piè, peregrino, e rendi honore
Del gran Cesar Franciotti all' ossa intatte.
Hebbe in vece d' inchiostro, e mele, e latte,
E per penna lo stral li diede Amore.
Han le parole sue forza, e splendore,
Con cui l' alme rubelle alletta, e abbatte,
Sana, e ferisce in un; sede, e combatte,
E per vincer i cor, parla col cuore.
Ne le ceneri sue pur dura, e vive
Del gran Cibo Divin l' avida fame,
E così morte fan, ciò che fer vive;
Non son morte con lor l' accese brame,
Ma di Gesù, benchè di vita prive,
Dentro dell' Urna istessa ancora han fame.

Ex-

Extat etiam Sepulchrale Elogium ab eodem Auctore concinnatum , quod legitur in Vita ejusdem Franciotti *pag.* 282..

XI. Franciotti Vitam in quatuor libros divisam Italicè eleganterque conscriptam edidit Romæ Maximilianus Deza Congregationis Nostræ Scriptor clarus , Anno 1680. *in* 4. typis Mascardi , Curtio Franciotto nuncupatam . Præterea Franciscus Leonardius Congregationis Nostræ Sacerdos res a Franciotto præclarè gestas paucis complexus est , ut scribit Deza *lib.* 3. *cap.* 11. *pag.* 173. cujus Ms. in meo Archivio adservatur . Pariter in eodem Romano Archivio Cæsaris Franciotti Vita , compendiosa narratione ab Anonymo conscripta adhuc extat , cui Titulus : *Breve Relazione della Vita , e costumi del P. Cesare Franciotti Lucchese della Congregazione della Madre di Dio* . Demum Franciotti vita legitur in Actis editis Romæ *in fol. Anno* 1704. *typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ* prænotatis : *Sacra Rituum Congregatione Emo , & Rmo Dño Cardinali Gabriello , Lucana Beatificationis Servi Dei Cæsaris Franciotti Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei . Positio super introductione Causæ , & signatura Commissionis* .

§. I.

De Cæsaris Franciotti Operibus editis .

I. *Opera ab ipso edita .* INter Opera a Franciotto edita primum sanè locum sibi vindicat utilissimus æquè ac piissimus Soliloquiorum Liber , quo ille Christianorum quemque docet , quid illi præstandum , ut ad Eucharisticum Sacramentum piè , ac dignè accedat , utque ejusdem Sacramenti sumptione proficiat ; in VII. Partes distributus , ac Tomo I. *in* 4. comprehensus in editione Veneta Joannis Baptistæ Combi An. 1622. cui Titulus : *Delle pratiche di Meditazioni per avanti , e dopo la Santissima Communione , sopra tutti i Vangeli dell'Anno divise in sette Parti* : Quarum prima habet Meditationes , & Soliloquia super Evangelia a I. Dominica Adventus usque ad Dominicam in Albis ; II. a memorata Dominica ad ultimam usque Dominicam post Pentecosten ; III. & IV. continet Festos illos dies , qui seu ex Ecclesiæ instituto , aut ex Fidelium pietate in Sanctorum cultum , ut sacri habentur ; quarum prima est a Festo S. Andreæ Apostoli ad Festum usque S. Catharinæ Virginis , & Martyris ; altera incipit a Festo S. Nicolai Miræ Antistitis , & desinit in Festum S. Cæciliæ Virg. & Mart. ; V. hunc Titulum præfert : *Aggiunzioni alle pratiche sopra i Vangeli dell'Anno , che contengono Meditazioni intorno a varj soggetti spirituali , per avanti , e dopo*

la.

la Santissima Communione; VI. habet: *L' Osservazioni intorno alli sacri Misterj di tutto l'Anno, appartenenti al Signore*; VII. verò: *L'Apparecchio al Sacro Convito utilissimo per quegli, che lo frequentano*. Prima Soliloquiorum Pars prodiit Neapoli *1600.* ut supra adnotavimus. Reliquæ deinde editæ ac sæpe recusæ *in* 4. 12. 16. & 24. Hoc autem in Eucharisticum Sacramentum singulare Opus vix in lucem editum, eo plausu ab ómnibus Fidelium Nationibus exceptum est, ut in varias linguas translatum, ubique avidè lectum & commendatum, suo Auctori non vulgarem laudem attulerit. Supervacaneum certè hic esset singulas Soliloquiorum editiones percensere, cum plures fuerint, quàm ut facilè referri possint.

Lib. 2. cap. 4. pag. 83. Venetiis sexies & decies Opus hoc editum fuisse Deza in ejus Vita memoriæ prodidit; pluries etiam deinde ibidem recusum. Lucæ item, & Neapoli non semel prælo mandatum est. Vidimus etiam editionem Ferrariensem, & Foroliviensem *in* 12. *A.* *1602.* nec non Mediolanensem *in* 16. *An.* *1617*. Editio Veneta Joannis Baptistæ Combi *An.* *1619.* *in* 12. exhibet Effigiem ejusdem Auctoris cum Stemmate suæ Familiæ.

Pag. 86. Deza loco mox laudato hæc in hujus Operis laudem scripsit: *Lo stile, serbando il decoro e la purità, non può essere nè più facile, nè più dolce. Le materie sono proprie, utili, accomodate al costume. Nascono i motivi da Misterj che si trattano; ed è così mirabile il modo col quale a poco a poco infiammano, ed inteneriscono i cuori, che simil soavità e gentilezza d'affetto, a giudizio di molti, in altri Ecclesiastici Scrittori di rado si trova.*

II. *Della verità discorsi XVIII. con un'Opera della umiltà del Molto R. P. D. Pietro da Lucca Canonico Regolare. In Lucca per il Busdrago 1603. in* 12. Prædictum Opus de Veritate omnigena doctrina cùm sacra, tùm profana refertum est; Opusculum verò de Humilitate ibidem adjectum, quod Franciottus plurimi faciebat, ab eodem Franciotto expolitum, ac penè novo stylo exaratum, iisdem Busdragianis typis anno superiori seu *1602.* iterum impressum est.

III. *Il Peccatore a piedi della Croce sul Monte Calvario; cioè Meditazioni sopra la Passione di nostro Signore*. Legitur inter Franciotti opera *in* 4. & 24. edita Venetiis a Combio *Anno* *1622.* & *1624.* At cum huic opusculo præfigatur approbatio V. P. Joannis Leonardii, qui Anno *1609.* obiit, ante annum *1622.* editum fuisse, dicendum est.

IV. *Viaggio al Monte Calvario, distinto in sei settimane, dove si medita la Passione del Signore. In Lucca presso Ottaviano Guidoboni 1613. in* 24. Idem opus recusum est Venetiis typis Combii *Anno 1615. in* 24., *1622. in* 4. & *Anno 1627. in* 24.

Iste-

Istorie delle miracolose Imagini e delle vite de' Santi, i corpi de' quali sono nella Città di Lucca. Lucæ typis Octaviani Guidoboni 1613. & Venetiis prælo Joannis Baptistæ Combii 1629. *in* 4. In iis Sanctorum Historiis colligendis non tantùm Franciottus præ oculis habuit, ut e tenebris eorum acta vindicaret, sed etiam ut Christiani habeant quod fideliter imitentur; hinc pias observationes cuilibet Sanctorum Historiæ aptè adjecit. Prædicta verò acta non uno in loco mendosa esse Eruditi demonstrant, sed parcendum antiquitati. De iis Vinciolus hæc habet: *Æquali nitore ac eruditione italicè scripsit Vitas Sanctorum Lucensium, quæ licèt ab aliis modò sparsim, modò junctim exscriptæ fuerint, ut nuper a Francisco ab Ecclesia, nullam Auctori suo diminuunt laudem, immò potiùs adaugent. Quæque licèt singulæ modò habeantur in elaboratissimis libris Bollandianis inscriptis* Sanctorum Acta, *suis locis repositæ summa cum eruditione, & critica, non has tamen legere aliquando minus erit jucundum.* Idem Opus laudatur a Guidone Vanninio Lucensi Epigrammate XXII. *pag.* 244. V.

Viaggio a Bettelemme, overo Meditazioni della venuta del Signore nel Mondo, e della sua Infanzia, distinte nè giorni dell' Avvento, e delle Feste che seguono dopo l' Avvento. In Venezia presso il Combi Anno 1615., & 1626. *in* 24., & *Anno* 1622. *in* 4. VI.

Viaggio alla S. Casa di Loreto, distinto in dodeci giornate, nelle quali si contiene l' ordine, e modo, che in questo, ed in ogn' altro pellegrinaggio di devozione, o di obligo si dovrebbe tenere per ritrarne frutto di salute. Iisdem typis *Anno* 1616. *in* 12., 1622. *in* 4. & 1625. *in* 24. VII.

Pratiche spirituali intorno a tre maniere di morte, che nella sacra Scrittura si trovano; cioè morte del Corpo, morte dell' Anima, e morte degl' appetiti disordinati, per togliere dall' animo il soverchio timore della morte corporale. Apud eumdem Combium *Anno* 1619. *in* 24. & 1622. *in* 4. VIII.

Istoria della Vita del Ven. Padre Fr. Dionisio Martini dell' Ordine de' Padri Predicatori Riformati di S. Domenico, con alcune osservazioni. All' A. S. Del Signor Duca di Parma e Piacenza Gonfaloniero Perpetuo di Santa Chiesa &c: *In Lucca per Ottaviano Guidoboni* 1619. *in* 4. IX.

Ad rectè sanctèque Juventutem instituendam excolendamque tres utilissimos Tractatus edidit, quorum primus inscribitur: *Il Giovanetto Cristiano, cioè Istituzione de i Giovanetti alla Devozione, col modo d' apparecchiarsi alla Confessione Generale, ed alla prima loro Communione.* Alter verò hunc Titulum præfert: *Il Giovane Cristiano, overo Istituzione de' Giovani alla Devozione.* Tertius denique sic prænotatur: *Della Giovane Cristiana, overo Ammaestra-* X.

mento per una Figliuola ben nata, intorno a quello che deve fare come Cristiana: Dove si discorre anco dell' obligo delle Madre in ben' educarla. Tractatus iste in duas Partes distributus prodiit primùm Venetiis typis Joannis Baptistæ Combii *An.* 1625. *in* 24. & anno insequenti *in* 4. iisdem pariter typis, quamvis Typographus in fronte Operum Franciotti *in* 4. scribat nunc primùm in lucem prodire. Reliqui duo supra memorati eodem prælo donati sunt *A.* 1616. & 1632. *in* 24. necnon 1623. *in* 4. Deinde quoque pluries recusi. Hic autem prætereundum haud est nostrum P. Cæsarem Njeri, olim hujus Collegii S. Mariæ in Porticu in Campitello Rectorem, atque de hac nostra Romana Domo optimè meritum, suis sumptibus prælaudatum Franciotti opusculum inscriptum: *Il Giovanetto Cristiano* &c. Romæ evulgasse typis Komarek *A.* 1728. *in* 12.

XI. *Ora d' Orazione nella quale si mostra il modo da tenersi per passare con frutto, e senza tedio un' ora in Orazione* &c. Huic Opusculo adnectitur alterum inscriptum: *Sommario di molte Regole, ed Avvisi, che hanno scritto i Sacri Dottori intorno all' Orazione Mentale, dove anco un' Artegiano potrà imparare ad esercitarla con facilità.* Legitur inter ipsius Opera *in* 4. *An.* 1622. Item prodiit *An.* 1624. *in* 24. iisdem Combianis typis. Laudato Opusculo de Oratione ad Sanctorum Patrum accuratas leges conscripto, in antecessum Michaelis Molinosi, Quietistarumque deliramenta refelluntur.

XII. *Istoria del Volto Santo di Lucca, detto communemente Santa Croce.* Extat in Historia Sanctorum Lucensium, cujus supra meminimus. Romæ item typis Ludovici Grignani recusa est *in* 8. *An.* 1627. necnon *An.* 1697. *in* 12. typis Cajetani Zenobii.

XIII. *Novissima scelta di laudi che si cantano nelle veglie del Santissimo Natale, ed altri tempi, composte dal Molto Rev. Padre Cesare Franciotti. In Lucca per Baldassar del Giudice in* 12. quo Anno incertum, quandoquidem Typographus in hac editione eum omisit. Hæc autem pia carmina etrusco idiomate concinnata, præter Franciottum, cui potissima pars adjudicanda est, alios etiam, ut constat ex Monito ad Lectorem, Auctores habet.

§. II.

§. II.

De Cæsaris Franciotti Operibus Mss.

Congregationis nostræ Chronicon jussu V. P. Joannis Fundatoris italicè conscripsit. Opus hoc in duas partes distributum incipit ab Anno 1530. & desinit in annum 1609. quo idem Venerabilis Dei Servus Joannes supremum diem obiit. Quamvis enim Congregationis nostræ fundamenta A. 1574. jacta sint, nihilominus Franciottus multò ante opus suum aggressus est, ut quàm proficua, immò necessaria Congregatio nostra Civitati Lucensi esset, iis præsertim temporibus, in quibus ob hæreses Christiana Religio undique ab impiis, malèque feriatis hominibus concutiebatur, ob oculos poneret. Horum autem Chronicorum exemplar in nostro Romano Archivio adservatur. Hæc enim verba in fronte ejusdem Codicis leguntur: *Chroniche della Congregazione Lucchese della Beata Vergine, composte dal P. Cesare Franciotti, e scritte da me Settimio Ricci ipso dictante.* I. Deza in ejus Vita lib. 2. cap. 4. pag. 93. & 94.

Narrazione della Vita, e costumi del Ven. Padre Giovanni Leonardi Fondatore della Religione della Madre di Dio, e primo Rettore Generale di quella, divisa in due Libri. Extat in eodem Archivio. II.

Lettere devotissime raccolte da diversi dopo la morte di lui. III.

Dialoghi, e Canzoni spirituali per alcune Solennità. IV.

Sermoni per li Parrocchiani. V.

Hoc in Opere pro singulis Anni Dominicis, diebusque qui ex Ecclesiæ instituto, religioso cultu a fidelibus observantur, tres sermones habet auditorum captui apprimè accommodatos.

Septem Libros in VII. Creationis dies, quos ad spiritualem animæ creationem accommodat; Collectionem Lectionum quinquaginta in Salomonis Parabolas, necnon in Librum Numerorum expositionem italicè, doctèque conscripsit. VI.

La Vita del Signor Lodovico Buonvisi. VII.

Tria & quinquaginta Monita utilissima, pro iis qui inter Nostros ad studia incumbunt; quorum exemplum penes me habeo, magnique facio. Scripsit præterea pias Meditationes pro singulis anni diebus, quæ tamen interciderunt. VIII.

Sylva rerum ad sacras Conciones spectantium alphabetico ordine digesta, ac in duos ingentes Tomos distributa, ejusdem Franciotti manu exarata, quæ Mediolani in nostro Collegio adservatur. IX.

X. Demum Apostolicus Vir tot tantisque distentus occupationibus, Concionum a se conscriptarum viginti volumina reliquit ut testatur Deza in ejus Vita *lib.* 2. *cap.* 4. *pag.* 94. hisce verbis: *Ma quello; che rende maggior maraviglia, e parrebbe cosa incredibile a dirsi, se non si vedesse ancor' oggi, è la quantità delle Prediche, e Discorsi da lui composti; perchè se ne trovano più di venti Volumi; e per i numeri che vi sono, si argomenta di certo mancarvene più d' altretanti: si che trà Prediche, e Sermoni parte finiti, parte abozzati, si può dimostrare averne scritto di propria mano sopra tre mila.*

§. III.

Testimonia Virorum Illustrium de Cæsare Franciotto.

I. Tom.1.pag.891. num.86. edit.prim. FErdinandus Ughellus in sua *Italia Sacra* agens de Alexandro Guidiccionio seniore Lucensi Antistite, quo Episcopo Joannes Leonardius Lucæ Congregationis suæ fundamenta posuit, hæc in Franciotti laudem habet: *Illorum aliquando Præfectus Generalis fuit Cæsar Franciottus, cujus Christianæ pietatis monumenta magno animorum fructu hoc tempore terunt mortales.* Lapsus est Ughellus in eo quòd Franciottum Præfectum Generalem Congregationis nostræ vocat; qui ab ea dignitate obeunda, quamvis ab omnibus expetitus, constanti humilitate semper abhorruit, refugitque. Hunc tamen errorem in secunda ejusdem Ughelliani Operis editione Venetiis 1717. marginali nota animadversum, expunctumque vidimus.

II. Tom. 2. lib. 5. cap. 1. pag. 313. Marcianus in sua Historia Congregationis Oratorii, Congregationis nostræ exordia memorans ait: *Se ben piccolo era il numero di quei primi Soggetti, mentre appena costituivano un ternario, pure come che grande era il loro fervore e la loro Virtù; ben presto diffondendosi l' odore di questa per la Città, tirarono altri a quel virtuoso congresso, e fra essi quel grand' Uomo così celebre per le sue predicazioni, e per la sua penna il P. Cesare Franciotti di cui per tessere Elogj bisognerebbero interi Libri, ed una penna condegna al suo gran merito.*

III. Amædeus Saminiati Prior insignis Collegiatæ Lucanæ SS. Joannis, & Reparatæ in opere inscripto: *Riflessioni sopra la Vita di S. Davino Armeno*, edito Lucæ typis Dominici Ciufetti *An.* 1700. *in* 4. percensens Scriptores, qui S. Davini gesta, & miracula Litteris consignarunt, de nostro Cæsare Franciotto ità scribit *pag.* 93.

Più

Più diffusamente d' ogni altro il P. Cesare Franciotti, de eodem nempe S. Davino scripsit: *nelle Vite de' Santi di Lucca*; *gran splendore egli dell' inclita Congregazione della Madre di Dio, che tanto illustrò e con gli esempj della sua Vita, e con la celebrità de' suoi Scritti.*

Vinciolus in sua Epistola non semel supra a nobis laudata *pag.* 11. *Primus*, inquit, *Cæsar Franciottus Vir occurrit Elogio dignissimus. Hic prodiit in lucem anno* 1557. *die tertia* * *Junii, & virtutibus, & scientiis ferè omnibus ornabatur. Obiit* 9. * *Novembris* 1627. . . . . *Plura edidit in lucem religiosè pariter, ac facundè. Inter hæc supersunt Eloquia dulcissima in punctis, & Soliloquiis distincta in Solemnibus annuis Festis pro rectè instituenda Sancta Communione, quæ adeo fidelium manibus versantur, ut præter primam Joannis Baptistæ Combi Venetam editionem anni* 1614. *ad hæc usque tempora decimam quintam meruerint. Aliqua ascetica scripta reliquit, quibus imitatur spiritum, & candorem primorum Ecclesiæ Patrum.* Ità Vinciolus, quem tamen in consignanda prima Soliloquiorum editione manifestè erraſſe jam supra in Synopsi *Art.* 8. *num.* 6. adnotavimus. Ephemerides Venetæ *An.* 1725. *Tom.* 37. *pag.* 274. prædictum Vinciolii Elogium referunt. IV.

* L. Julii.

* L. Decembris.

Petrus Vanni Lucensis in Præfatione Operis inscripti: *La settimana Eucaristica* editi Lucæ 1730. *in* 12. *Io ben sò*, ait, *che non mancano moltissimi Autori, che hanno scritto con tanta forza d' eloquenza, e con molto fervore di spirito di un sì dolce argomento; abbiamo fra gli altri Libri le Pratiche del nostro P. Cesare Franciotti, tanto avanti la Communione, che dopo; o quanto sono fervorose, ed efficaci per accendere ogni cuore! come che vanno per le mani di tutti, così ciascuno può essere a se stesso testimonio del gran frutto, che gli recano.* V.

In Codice nostro Lucano S. Mariæ Curtis Orlandingorum de eodem Franciotto alia inter hæc legi: *Cum diu pro Dei Gloria, atque animarum salute strenuè laboraſſet, utpote qui mira tùm verbo, tùm scripto dicendi suavitate ac devotione pollebat, de nostra Religione, de universa hac Civitate, deque toto ferè Christiano Orbe egregiè meritus, innocentia, pietate, atque eruditione clarus obiit Lucæ* 9. *Decembris* 1627. *ætatis suæ anno* * 72. *Hujus Viri virtutes ac merita testatus est communis Civium mœror, atque ad defuncti corpus populi acceſſus frequentiſſimus, solemnes exequiæ, necnon orationes funebres, quæ semel, & iterum ingenti omnium collacrymatione, demortuique desiderio habitæ sunt. Cujus tamen Patris memoriæ nullus adhuc se putat fecisse satis.* VI. Pag. 1. a tergo.

* L. 71.

Marraccius hisce verbis itidem illum exornat: *Cæsar Franciottus, nostræ Congregationis Matris Dei Sacerdos* . . . . *Vir antiquæ* VII. Part. 1. Biblioth. Maria. pag. 253.

Fi-

Fidei, meri candoris, ardentis zeli, effusæ charitatis, sanctæ modestiæ, pudoris planè virginei, laboris in vinea Domini indefessi, melleus sui temporis Ecclesiastes; cujus impensum erga Deiparam studium, eximiumque erga augustissimam Eucharistiam amorem opera quæ edidit satis loquuntur . . . . Obiit Lucæ clarissimo sanctitatis nomine, anno 1627. ætatis suæ 71. die 9. Decembris. De cujus devotione erga Deiparam vide Religiosos Nostros Marianos Cap.3. In altero

Cap.40.pag.319. etiam ejusdem Auctoris opere prænotato: *Fundatores Mariani*, in Joanne Leonardio, *Eius vitam admirandam*, inquit, *scripsit P. Cæsar Franciottus ejus discipulus, & socius, vir ab editis ingenii monumentis clarus, & non minus doctrina, quàm pietate celeberrimus.*

VIII. Lib. 1. cap. 8. pag. 28. Hieronymus Florentinius in Vita Venerabilis Servi Dei Joannis Baptistæ Cionii: *Il P. Cesare Franciotti*, subdit, *noto a tutto il Mondo Cristiano, perchè dove non è giunto con la voce della predicazione, è arrivato senz' altro col volo della sua devotissima penna, ed ha riempito con li suoi libri la Cristianità di spirito, e di devozione.*

IX. Denique in illum suas congesserunt laudes Aubertus Miræus in suo *Codice Regul. & Constit. pag.* 111. Franciscus Maria Florentinius in *Vita S. Sylai* non uno in loco; Petrus Jacobus Bacci in *Vita del V. Servo di Dio Gio: Giovenale Ancina Vescovo di Saluzzo lib. 4. cap. 4. pag.* 348. Joannes Marangonius in *Vita del Servo di Dio P. Buonsignore Cacciaguerra Compagno di S Filippo Neri con l' aggiunta delle Vite di alcuni suoi Penitenti pag. 36.* Gravesonius *Tom. IX. Hist. Eccles. pag. 509. edit. 1.* quo in loco Franciottum nostrum, clarissimum Scriptorem vocat; Beverinus *Tom. II. Annalium Lucensium*; Ludovicus Marraccius in *Vita del V. P. Giovanni Leonardi lib. 1. cap. 9. pag. 42. & lib. 4. cap. 7. pag. 527.* Franciscus Marraccius *lib. 4. Epigrammat. pag. 98.* Tuccius in *Elog.* relato a Deza in ejus Vita *pag.* 284. Fontana Tom. 8. in *Istoria degl' Ordini Monastici e Religiosi pag. 293.* aliique permulti.

NOTÆ.

I. Mabilonij pag. 190.num.15. mendum. JOannes Mabillonius Vir pietate æque ac doctrina toti Orbi notus in suo Itinerario Italico Beverinum nostrum suis prosequens laudibus, ejusdemque religiosum Institutum memorans: *Sectatur*, ait, *Institutum Clericorum Matris Dei, qui Ordo Lucæ exordium habuit in Ecclesia Beatæ Mariæ de Curte Orlandini per Cæsarem Franciottum.* At Cæsar Franciottus, pace tanti Viri, Joannis Leonardii Congregationis Matris Dei Lucæ primùm institutæ Fundatoris Socius tantummodò fuit. Errorem inde ortum putamus, quòd cum a Fran-

a Franciotto edita opera notiorem istum reddiderint, ejusdem etiam Congregationis Parentem, re non attentè explorata, nonnulli existimarunt.

Franciottus immeritò a Papebrochio in Actis SS. ad diem 3. II.
Junii *pag.* 335. vapulat, quasi scilicet in libro suo: *Vite de Santi di Lucca*, S. Davini Armeni gesta descripturus, ejusdem Sancti Iconem, Armenum Episcopum referentem ipse exhibuerit, cum alioquì laicum fuisse virum, Davinum ex Actis ejusdem constet. Omnis enim hujus rei culpa ex Franciotto in Typographum est transferenda. Nihil sanè ille de Imaginibus reponendis vel cogitavit unquam, vel curavit. Typographus quas fortuitò apud se habebat Icones, has ad libri ornamentum, sua sponte, non ut argumento servirent, adjiciendas censuit. Hinc eædem sæpe Icones in eodem Opere ad varias Sanctorum Historias recurrunt, uti optimè observat noster Joannes Dominicus Marsius in suis Notis tumultuariis adjectis Charlatanerie Eruditorum recusæ Lucæ *Anno* 1726, *pag.* 385.

Franciottus a Papebrochij, & ab Ughelli Tom. 1. pag. 845. num. 10. 1. edit. nota vindicatur.

Cl. Ughellus item in sua Italia Sacra Franciottum reprehendit III.
quòd Valerianum, qui S. Frigidiano in Episcopatu Lucensi suffectus est, Sanctum appellet: *tametsi*, ait, *nullum prodat authorem, cui innitatur*. Sed quæ in Franciotto culpa? Ipse ad calcem, *Vite de' Santi di Lucca*, inseruit Lucensium Antistitum Catalogum ea fide, qua a Tuccio conscriptus fuerat: hæc enim habet: *Nomi di quegli che sono stati Vescovi di Lucca, e gl' anni ne' quali hanno governato questa Diocese, raccolti da varj instrumenti dell'Archivio del Vescovato per ordine di Monf. Vescovo Alessandro Guidiccioni il vecchio, dal Sig. Nicolao Tucci*. In Tuccium igitur, neutiquam in Franciottum, tota culpa rejicienda est.

Demum a Viris fide dignis audivimus nonnulla hujusce nostri IV.
Cl. Auctoris Opera, Franciotti nomine expuncto, recusa. Planè quo animo id factum fuerit, non possumus satis intelligere, & admirari.

ART.

A R T. IX.

De Andrea Banellio.

I. Vita ex Codic. Luc. & Ludovic. Marrac. juniori in Vita Cionii lib. 4. cap. 3. & 11.

ANdreas Banellius Lucensis, Congregationis nostræ Concionator eximius, Lucæ in nostro Collegio S. M. Curtis Orlandingorum IX. Kal. Junias An. 1631. pestilenti lue absumptus est, ætatis suæ septimo supra tricesimum. Multi enim e Nostris, ea tempestate contagii labem, quæ Lucæ grassabatur, contraxerunt, manifesto mortis periculo non perterrefacti, ut ad opitulandum auxilio indigentibus, infelici eo tempore, invicto animo piè se impenderent. Andreas igitur Banellius Nostris adscriptus, religiosæ vitæ rudimenta a V. P. Joanne Baptista Cionio didicit, ejusque sanctissima vestigia, quantum in illo fuit, quàm attentissimè pressit. Tanto Magistro dignus Discipulus, peracto laudabiliter tyrocinio, solemnem Professionem Lucæ A. 1622. in Festo Assumptionis B. M. V. emisit. Vir fuit in Divini verbi prædicatione singularis, in excipiendis confessionibus assiduus, in operibus caritatis erga proximos nulli secundus. Ipsius immatura morte, multa quæ religiosissimus ac literatissimus Vir pro Congregatione, Ecclesiæque bono meditabatur, interciderunt.

II. Scripta. Part. 1. Biblioth. Maria. pag. 79.

Scripsit inter alia, ait Marraccius, *super illud Eccl.* 24. Quasi cedrus exaltata sum in Libano &c. *De laudibus B. Virginis Serm. VII. pulcherrimos, ac supra opinionem floridos; quos tùm Lucæ, tùm Romæ ingenti cum Auditorum jucunditate, ac plausu dixit.*

III. Laudes.

Codex noster Lucanus *pag.* 21. in tanti religiosi Viri commendationem insequens Elogium exhibet: *P. Andreas Banellius Lucensis nostræ Religionis Sacerdos Professus, in Sacris audiendis Confessionibus, præsertim verò Prætorianorum militum, quos etiam ad sanctiorem disciplinam excitarat, valdè assiduus, & Concionator egregius; ubi Majoris Congregationis per quinquennium summa cum laude curam egisset, eamque etiam ampliasset, & in meliorem formam redegisset; ubi novum, aptiusque ad Conciones in Ecclesia suggestum exædificandum curasset; ubi novi Oratorii prope cœmeterium fundamenta ex parte jecisset, majoraque in dies moliretur, de repente contagio sublatus est die 22. Maii hora* $16\frac{1}{2}$. *anno pestis 1631. ætatis suæ 37. omnium Sacramentorum perceptione munitus, tota cum Civitate collacrymante, nec mediocria interim Nostris Christianæ pietatis exempla reliquit.*

IV. Marraccius loco paulo supra memorato: *Andreas Banellius*, in-

inquit, *nostræ Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Sacerdos , natione Italus , Patria Lucensis , Vir jucunda morum elegantia Domi , forisque omnibus carus , ingenio promptus , eloquio dulcis , facundia gratus ; inter disertos hujus Sæculi Concionatores non postremus : quem merum suggesti delicium , ac dulcisonum Divini verbi instrumentum si appelles, haud erraveris a vero. . . . . Decessit optimus Pater , ac verè amabilis pestilentia enectus Lucæ anno post Verbum hominem factum 1631. ætatis 36. die 22. Maii , magno sui omnibus relicto desiderio .*

Ludovicus Marraccius in Vita V. Joannis Baptistæ Cionii *lib.* 4. *capp.* 3. *&* 11. Banellium sua etiam prosequitur laude .

ART. X.

De Carolo Saminjato.

I. Vita ex Ms. Francisci Leonardii ad An. 1633.

CArolus Saminjatus Lucæ nobili genere natus Nonis Septembris An. 1608. in Congregationem nostram cooptatus est An. 1623. A primis annis ob Parentum mortem, quibus unicus filius superêrat, cum sui juris esset, vitam Juveni Christiano minus consonam ad quintum usque supra decimum duxit. Accidit ut ipse Filium Prodigum in theatro expressurus, adeò scenica illa repræsentatione commotus est, ut ad sanam mentem cœlesti adjutus ope rediens, Prodigi ipsius pœnitentis exemplum sibi proponendum omninò constituerit. Nostro Dominico Benvenuto suam conscientiam pandens ac committens, piis illius monitis illicò ad omnia christianæ pietatis exercitia totum se dedidit, quibus tanto erga Deum amore incensus est; ut mundanæ vanitatis pertæsus, Congregationi nostræ, consanguineis ipsis reluctantibus, nomen dare omninò voluerit. Romæ religiosam vestem induit; atque sub P. Sancte Gallicano Tyronum Magistro, viro virtutibus æque ac literis insigni, primum cœnobiticæ vitæ cursum quàm attentissimè absolvit.

II. Jam inter Nostros adscriptus, statim ad severioris Disciplinæ leges vitam instituit. Corpus suum flagris sæpius cruentabat, latera ferrea catena constringebat, cibo vili & parcissimo utens, gulæ bellum indicebat: cumque ingenium nimis vividum promptumque sortitus fuisset, adeò jugibus exercitamentis, quæ ad propriam animi elationem frangendam ducunt, illud temperavit; ut ad perfectas christianæ humilitatis leges, omnium admiratione omninò se composuerit.

III. Virginem Deiparam speciali prosequebatur cultu, deque eximiis illius virtutibus & laudibus in familiaribus collocutionibus sermonem incenso pietatis ardore instituebat. Pro sanctis illis animabus, quæ Purgatorii igne cremantur, quidquid in dies boni operabatur, in illarum levamen Deo piè offerebat. Orationi addictissimus, dies noctesque in sanctis meditationibus traducebat.

IV. Hisce virtutibus exornatus, anno universalis Jubilæi 1625. VI. Id. Decembris tria solemnia vota, expleto tyrocinio, Romæ emisit. Deinde Lucam missus, Philosophiæ ac Theologiæ sedulam navavit operam, quibus in studiis, potissimùm in Mathesi plurimùm valuit. Paucis, postquam Sacerdotio initiatus fuerat, mensibus phtisi laborare cœpit, quam ab anno 1631. usque ad 1633. quo

quo, tertio Kal. Augusti sanctissima morte, multis interim pietatis suæ argumentis nobis relictis, supremum diem clausit, constanti patientia pertulit.

Celeberrimi nostri Cæsaris Franciotti laudes, sicuti supra *Art.* 8. *num.* 10. innuimus, latina oratione funebri prosecutus est, quam Deza e tenebris vindicavit, atque ad calcem ejusdem Franciotti Vitæ cusæ Romæ 1680. *in* 4. adjecit. V. Scripta.

Franciscus Leonardius in suo Codice Ms. ad annum 1633., ex quo quæ supra retulimus, decerpsimus, hæc inter alia multa de Carolo Saminjato habet: *Con questi esercizj di virtù giunse al termine della sua probazione, e l'Anno Santo* 1625. *in mano del Padre Generale*, nempe Dominici Tuccii, *in S. Maria in Portico la sera dell' Immacolata Concezione di Nostra Signora fece i solenni Voti, dopo i quali s' applicò alli studj di Filosofia, e Teologia, e vi fece notabilissimo progresso, singolarmente nelle scienze Matematiche; dopo i quali studj l'Anno* 1633. *nel mese d'* **Agosto il Signore lo volle chiamare a se, essendo preceduta una infermità di tisicaja scoperta l' anno* 1631. *il giorno della SS. Vergine della Neve. Nella infermità diede segni buoni delle sue Virtù, e con molta conformità alla volontà di Dio, armato prima di tutti i Santissimi Sagramenti, se ne passò quietamente.* VI. Laudes.

* L. Luglio.

NOTÆ.

I. MAximilianus Deza in Vita Cæsaris Franciotti *lib.* 3. *cap.* 6. *pag.* 154. agens de ejusdem Franciotti solemni funere, ita scribit: *Molte composizioni si divolgarono per la Città in sua lode, e due Orazioni funebri furono recitate ne' giorni seguenti, la prima del Signor Lodovico Cittadella, che fù poi Priore di S. Giovanni e Reparata; la seconda del Signor Carlo Saminjati, alla quale, poichè sola ci è pervenuta alle mani, daremo luogo nel fine di questa Vita.* Deza, ut ex ipsius verbis colligere quisque facilè potest, loquitur de Carolo Saminjato tanquam de Viro extraneo & adhuc in sæculo degenti. At Carolus Saminjatus dum in Franciotti laudem, orationem suam conscripsit, jam nostri Instituti legibus parebat, jamque Lucæ ad Philosophica studia incumbebat; ut enim supra vidimus, A. 1625. emissa Romæ solemni Professione, Lucam petiit Philosophicis atque Theologicis scientiis operam daturus. Franciottus verò An. 1627. ex hac vita decessit. Præterea si Deza laudatam Orationem, quam ipse publica luce dignam judicavit, attentè perlegisset, vidisset equidem eundem Carolum Saminjatum ejusdem Orationis Auctorem,

 inter

inter Noſtros jam cooptatum fuiſſe, quandoquidem non uno in loco ſe Congregationis noſtræ profeſſorem prodit. Ait enim: *Cæſar noſter . . . . Congregationem hanc noſtram ingreſſus eſt . . . . Noſtri columen Ordinis* &c. Quæ dicendi formulæ viro laico aptari haud poſſunt.

II. Caroli Saminjati obitum contigiſſe die 30. Julii An. 1633. Tabularia noſtra produnt. Corrigendus igitur eſt Leonardianus codex ſupra exhibitus, qui in menſem Auguſti ejuſdem anni emortualem diem produxit.

ART.

A R T. XI.

De Flaminio Paulinio.

FLaminius Paulinius Lucensis, præclarus Congregationis nostræ Alumnus semper extitit. Litterarum studia cum pietate conjunxit. Romæ XI. Kal. Augusti Ann. 1622. peracto laudabiliter tyrocinio, solemnem professionem emisit, atque se totum Deo sacravit. Præter cæteras virtutes, singulari erga Deiparam cultu præsertim inclaruit. Ejusdem Festivitates præcipuo honore servabat. Harum Pervigilia severissimo panis & aquæ jejunio sibi indicto transigebat. Crebrius sacras Ædes, ad ejus honorem augendum, fidelium pietate excitatas, invisebat. Illius Immaculatam Conceptionem sancte celebrabat. Cum autem ætate ingenioque floreret VIII. Idus Augusti diuturna phtisi jam consumptus, Ecclesiæ Sacramentis piè perceptis, obiit Lucæ An. 1638. Agebat vitæ suæ annum XXXIII. I. Vita ex Litteris Nicolai Arnulfinii in nostro Archivio adservatis.

In commendationem suæ erga Deiparam observantiæ scripsit Italicè nitidissimo stylo Triumphum Puritatis IV. Discursibus explicatum, in Festo S. Mariæ ad Nives. De laudibus B. Virginis carmina atque Orationes varias. De Nativitate B. Virginis Discursum I., & alia quæ luce digna habeo apud me Mss. inquit Marraccius noster *Part.* 1. *Biblioth. Marian. pag.* 393. II. Scripta.

Idem Marraccius loco mox memorato *pag.* 392. *Flaminius Paulinius*, ait, *nostræ Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei, natione Italus, Patria Lucensis, Vir & bonis litteris excultus, & præclaris animi dotibus imbutus . . . . Obiit Lucæ longa phtisi consumptus Anno Christi nati 1638., ætatis 33. die 7. Augusti, magno sui relicto desiderio.* III. Laudes.

In Codice Ms. in meo Archivio adservato ad Annum 1638. *pag.* 180. hæc item verba in ejusdem Paulinii laudem leguntur: *Alli 6. d'Agosto di quest'Anno, nella notte che seguiva il Venerdì passò a miglior vita nella Casa di Lucca il P. Flaminio Paulini Vocale della nostra Casa di S. Maria in Campitelli. Morì d'età di 33. anni, di Religione 17., armato di tutti i Santissimi Sagramenti, lasciando di se buon nome di non ordinario Religioso.* IV.

NO-

NOTÆ.

I. MArraccius nostrum Flaminium Paulinium die septima Augusti obiisse scribit; at ex Litteris Nicolai Arnulfinii, Collegii Lucensis eo tempore Rectoris, supra memoratis habemus eundem Paulinium die sexta Augusti ejusdem anni 1638. desiisse inter mortales esse.

II. Hoc anno 1638. P. Josephus Bonafides evulgavit Neapoli suppresso nomine Historiam S. Imaginis S. Mariæ in Porticu de Urbe in compendium redactam. De eodem Marraccius hæc in medium protulit: *Josephus Bonafides, nostræ olim Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei, nunc, pro rerum humanarum inconstanti vicissitudine, Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, natione Italus, Patria Lucensis; Vir optima memoria, ac rara ingenii felicitate præditus; singulari etiam eloquio, & facundia dives, & officio Evangelicæ prædicationis egregiè gratus; scripsit, dum inter Nostros adhuc moraretur* super Missus est Angelus, *de laudibus Beatæ Mariæ Virginis pro Novena ante partum Virgineum Sermones IX. Pro eadem Novena* super illud Proverb. Quasi navis Institoris, *de ejusdem laudibus Sermones totidem*. Item *super omnes Deiparæ Festivitates, Sermones plures*. Super Psal. Fundamenta ejus in Montibus Sanctis, & Magnus Dominus, & laudabilis nimis, *de laudibus B. Virginis Explicationes. Historiam brevem Sacræ Imaginis S. M. Virginis in Porticu de Urbe, cum nonnullis Sermonibus de eadem. Quæ porrò Historia brevis, licèt Auctoris nomine suppresso, prodiit Neapoli anno 1638. typis Savianis. Vitam B. Mariæ Virginis eo modo quo S. Birgittæ revelata fuit. Neapoli typis Ciacconii anno 1643. in 16., & alia mihi adhuc incognita*. Hactenus Marraccius. Præterea dum adhuc nostris parebat legibus, insequentia opera publici Juris fecit: *Atti di S. Nicola il Grande Arcivescovo di Mira .... con un nuovo Trattato della miracolosa Manna, che dalle sacre sue Ossa scaturisce. In Napoli per Francesco Savio 1639. in 8.* Et iterum 1643. *La Vita del B. Gio: Colombino da Siena Fondatore del sacro Ordine de' Gesuati. In Roma per Francesco Cavalli 1642. in 8. Tesoro Celeste di divozioni cavato da Libri delle Rivelazioni di S. Brigida. In Napoli 1643. in 16.* Sed de Opusculo hoc infra suo loco mentio recurret in Vincentio Maria de Nobilibus, qui An. 1716. iterum prælo id subjecit. Edidit pariter duas italico sermone conscriptas Orationes, unam in laudem B. Joannis Columbini Ann. 1642. Lucæ typis Peregrini Bidelli, alteram in laudem S. Pon-

Part. 1. Biblioth. Marian. pag. 817.

Sæcul. II. Art. 39.

S. Pontiani Martyris, Spoletii typis Gregorii Arnazzini 1643. *in* 4. Item reliquit nobis Ms. Vitam V. P. Joannis Leonardii Congregationis nostræ Parentis italicè concinnatam, atque in V. Libros distributam, quæ extat in nostro Romano Archivio. Ad calcem hujusce historicæ narrationis legitur Approbatio Clar. Viri Fr. Lucæ Waddinghi sub die 4. Decembris 1634.

Hic autem Auctor, qui dum inter Nostros vixit, fuit etiam S. Congregat. Indicis Consultor, cum An. 1645. Congregat. nostræ vestem ac institutum dimiserit, ideò hic inter notas, ejus opera recensenda putavimus. Non enim in Scriptorum nostrorum catalogum adscribi debent, ut supra in Præfatione adnotavimus, qui a Congregatione nostra descivere.

ART.

ART. XII.

De Bernardino Antoninio.

I. Vita ex Lib. Mortuor. Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ in Campitello Ad an. 1638.

BErnardinus Antoninius Romanus nostræ Congregationis Matris Dei Sacerdos VIII. Kalendas Junias A. 1607. natus, XVI. Kal. Septembris An. 1638. Romæ hanc vitam cum æterna commutavit. In Congregationem nostram adscriptus, solemnia Vota Romæ die 2. Februarii An. 1625. in nostra Ecclesia S. Mariæ in Porticu nuncupavit. Vir fuit multa, variaque eruditione ornatus, atque in Mathesi præcipuè doctus. Plura quæ ad illius ingenium satis commendandum nobis reliquit, interciderunt. Nonnulla quæ in Deiparæ laudem doctè & excultè concinnaverat, quæque a Marraccio *Part. 1. Biblioth. Marian. pag.* 217. laudantur, hic referimus, ne tanti Viri memoria dilabatur.

II. Scripta.

Scripsit, ait Marraccius, *latino sermone, & quidem elimatè & luculenter* De excelso Mariæ Virginis in Cœlum assumptæ triumpho Orationem I., Nivale munus B. Virgini ad Nives dicatum Orationem I. *Italicè autem* In Festo S. Mariæ ad Nives Poemata duo, In Festo S. Mariæ in Porticu Serm. II., In Festo Visitationis B. Virginis Serm. I., In Festo Assumptionis ejusdem Serm. I. *Et alia quæ prælo, & luce digna habeo apud me Mss.* Ita Marraccius, sed modo non extant.

III. Laudes.

Idem Marraccius loco mox laudato: *Bernardinus Antoninius*, inquit, *nostræ Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Sacerdos, natione Italus, Patria Romanus, Vir variæ eruditionis, ac, ut de aliis ejus ingenii ornamentis taceam, in Mathesi, rerumque Cœlestium indagatione versatus non infeliciter .... Immatura morte decessit Romæ anno universo Orbi salutari* 1638. *ætatis* 31. *die* 17. *Augusti*.

IV. Ad An. 1638. pag. 22. num. 192.

Liber Mortuorum nostræ Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ in Campitello hæc pariter habet: *Die* 17. *Augusti* 1638. *P. Bernardinus Antoninius Romanus nostræ Congregationis Matris Dei Sacerdos professus, Vir, ut de aliis ingenii ejus ornamentis taceam, in Mathematicis disciplinis, rerumque Cœlestium indagatione versatus, ætatis suæ anno* 31. *Religionis* 17. *phthisi confectus mortalem cum immortali vita commutavit, cujus Corpus die sequenti in hac Ecclesia humatum, promissam resurrectionem præstolatur.*

A R T. XIII.

De Joanne Barucco.

JOannes Baruccus a Briga Pedemontanus scientiis jam optimè instructus, morumque probitate cohonestatus, in Congregationem nostram adscribi petiit, Romæque vota feliciter consecutus, sub Dominico Tuccio, Viro nunquam satis commendando, religiosæ vitæ tyrocinium magna cum laude absolvit, ibique Ann. 1621. IV. Kal. Decembris solemnia vota emisit. Sacerdotio deinde initiatus, magno ardentique animarum salutis studio incensus, concionibus cùm in nostris, tùm in aliorum Ecclesiis, idque non semel in die, piis cohortationibus etiam cum aperto vitæ suæ discrimine, catechesi, Fidelium confessionibus excipiendis, multos æternæ salutis viam edocuit, christianisque virtutibus informavit. Moniales religiosam vivendi rationem docere jussus, haud pauca Romæ Monasteria suis exemplis, sanctissimisque instructionibus in meliorem formam redegit, in id unum intentus, ut regularis observantiæ disciplina sarta tectaque servaretur. I. Vita ex Diar. Franc. Leonard. ad An. 1641. num. III.

Nunquam ex illius ore verbum in proximorum vel minimam offensionem excidit. Indumentum & cubiculum ad severiores paupertatis leges composuit. Ut nova uteretur veste, Rectoris præcepto adactus est. Illius animi demissio profundissima. Parcitas ciborum maxima. Orationis donum singulare. Incruentum Missæ Sacrificium corpore animoque ad summam pietatem compositis, ardentissimoque in Divinum illud Mysterium amore incensus celebrabat. II.

Demum Vir tot tantisque virtutibus clarus dum Romæ in nostro Collegio S. Mariæ in Campitello Pro-Rectoris munus obibat, III. Kal. Octobris An. 1641. gravi morbo correptus est. Plura in ægritudine Nostris pietatis suæ exempla reliquit. Nihil de morte jam ingruente perterrefactus: *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum* sæpè repetebat. Sæpè etiam, nihil in hac vita boni esse ajebat, nisi Summo-Bono adhærere. Desiderio Patriæ Cœlestis flagrans, Sacramentis Ecclesiæ summa religione perceptis, XVI. Kal. Novembris ejusdem anni, ætatis suæ 42. pretiosa Sanctorum morte supremum vitæ diem clausit. III.

Super illud Apoc. 12. *Signum magnum apparuit in Cœlo, Mulier amicta Sole*, V. doctissimos sermones conscripsit, quos Hippolytus IV. Scripta.

L Mar-

Marraccius, dum suam Bibliothecam Marianam concinnabat, penes se habebat, eosque prælo dignos asserit; qui tamen, aliaque haud pauca, Nostrorum incuria, interciderunt.

V. Laudes. Idem Marraccius loco mox memorato *Part. 1. pag. 688. Joannes Baruccus*, inquit, *nostræ Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Sacerdos, natione Italus, patria Pedemontanus; Vir non solum sæcularis Philosophiæ benè peritus, & in Theologica doctrina excellenter doctus; sed pius, humilis, modestus, religiosæ disciplinæ ad exemplum usque observantissimus, mortificationis sui imprimis studiosus, salutis hominum sitientissimus, in audiendis Confessionibus indefessus, & verbi Dei Concionator fructuosus . . . . Animam placidissimè efflavit 17. Octobris anno salutis 1641. ætatis suæ 42.*

VI. Andreas Rossotti in *Syllabo de Scriptoribus Pedemontanis* edito Monteregali typis Francisci Gislandi An. 1657. *in 4. pag. 314. Joannes Baruccus*, ait, *a Briga, Congregationis Clericorum Matris Dei, cujus laudes eximias & virtutes celebrat P. Hippolytus Marraccius, eumque scribit fuisse non solùm in Philosophia, & sacra Theologia excellenter doctum, sed & pietate, modestia, regulari disciplina adeò venerabilem, ut aliis harum virtutum speculum esset. Extollit etiam ob vitæ mortificationem, animarumque salutis maximum desiderium. Scripsit hic Venerabilis Joannes super Apocalyp. 12.* Signum magnum apparuit in Cœlo &c. *De laudibus B. Mariæ Virginis Serm. v. Extant Ms. apud eundem Marraccium. Vitam cum morte commutavit 1641. 17. Octobris, ætatis suæ 42.*

VII. Ludovicus Marraccius in suo Codice Ms. cui titulus: *Memorie di alcuni Padri della nostra Congregazione*; hæc pariter nobis in tanti Viri laudem scripta reliquit: *Il P. Giovanni Barucchi Piemontese, fù religioso di più che ordinaria bontà, e perfezione di vita. Puntualissimo nell' osservanza regolare, dotato del dono dell' Orazione ed unione con Dio, molto paziente in alcuni travagli ch' ebbe, assai dedito al silenzio ed alla ritiratezza. Fù Prefetto de' Giovani, tra i quali mi trovava ancora io, e posso dire con ogni verità, ch' egli faceva una vita esemplarissima. Era molto umile, ed una volta m' impose che io l' avvisassi di quei mancamenti che in lui conosceva. Era al maggior segno zelante dell' osservanza, e riverentissimo alli Superiori. Era ottimo Operario della salute dell' anime, ed aveva molti penitenti. Fù osservato in lui il dono della Profezia, e si verificarono alcune cose, ch' egli predisse: se bene esso per sua umiltà diceva che le sue profezie erano come quelle di Caifa. Finalmente pieno di opere buone passò da questa vita mortale alli 17. Ottobre l' anno 1641., e fù sepolto nella Chiesa di S. Maria in Campitelli, dove passò quasi tutta la vita.*

VIII. In Codice Ms. mei Archivii *pag.* 180. insequentia verba legi: *Joan-*

Joannes Barucchius e Briga Pedemontanus, Vir religiosæ perfectionis studiosus, haud vulgaris mortificationis, plurimæ pietatis orationisque, cum Parochi munus simulque Vice-Rectoris hac in Æde S. Mariæ in Campitello præstaret, nec parum Concione, atque ad instituendas animas ingenio valeret, lethali febri perculsus obdormivit placidissimè in Domino die 17. *Octobris* 1641. *die Jovis intra horam decimam ante lucem, ætatis suæ annorum* 42., *& Congregationis* 23.

A R T. XIV.

De Vincentio Guinisio.

I. Vita ex Diar. Franc. Leonard. ad An. 1644. num. 70.

E Nobilissima Guinisiorum Familia Vincentius noster Lucæ natus est pridie Kalendas Junias An. MDCVII. Habuit Germanos Fratres Franciscum & Fridericum, quorum primus ob ipsius spectatas virtutes singulariaque merita V. Congregationis nostræ Rector Generalis fuit renuntiatus, quique undetriginta annos eam prudentissimè rexit. Alter ejusdem pariter Instituti sectator sanctitate æquè atque doctrina Francisco haud inferior, Neapoli ultrò, contagio correptis inserviens, eo in christianæ caritatis munere An. 1656. vitam gloriosa morte absolvit.

II. Vincentius igitur Guinisius unà cum prædictis Fratribus Congregationem nostram ingressus, cum laudabiliter tyrocinium explevisset, VI. Idus Decembris Ann. 1625. Romæ in Ecclesia S. Mariæ in Porticu, trium votorum vinculo se obstrinxit. In Congregatione XXI. annos summa cum laude, virtutumque omnium commendatione vixit. Deiparæ cultus promovendi studiosissimus, Laicorum Congregationem in ejus honorem Neapoli in nostro Collegio S. Mariæ in Porticu instituit. Ejusdem Collegii Præfectura decoratus, eam attentissimè gessit. Cum autem Romam Comitiorum nostrorum ergo se transtulisset, ibidem haud multo post magna Congregationis nostræ jactura, plurimis interim humilitatis, caritatis, atque tolerantiæ documentis relictis, extinctus est pridie Idus Novembris *Ann.* 1644. ætatis suæ 37.

III. Scripta. Reliquit *Piissima exercitia in honorem purissimi Cordis Deiparæ* ad usum memoratæ Congregationis a se erectæ.

IV. Laudes. Marraccius *Part. 2. Biblioth. Marian. pag.* 436. de eodem Vincentio Guinisio hæc memoriæ tradidit: *Vincentius Guinisius nostræ Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei, natione Italus, patria Lucensis, nobili familia natus; Vir. doctrina, virtutumque omnium decore conspicuus; cum promovendæ proximorum salutis studiosissimus, Neapoli in honorem purissimi Cordis dulcissimæ Matris Virginis Mariæ, quam tenerrimo semper affectu coluit, quandam Sæcularium Congregationem, haud exiguo christianæ pietatis incremento instituisset ... ad feliciorem vitam migravit Romæ, quò se Neapoli ad sua Congregationis Generalia Comitia transtulerat, non sine maximo omnium, qui Viri virtutes noverant, mœrore, anno partus Virginei 1644. ætatis 37. die 13. Novembris; cum in Congregatione nostra annos 21. insigni cum religiosa vita modestia, jugi-*

jugique virtutum omnium exercitatione exegisset: cujus exequiæ celebratæ postmodum Neapoli in Ecclesia S. Mariæ in Porticu in Burgo Plagæ, ubi Rector erat, magno hominum concursu, luctu, laude.

Mei Archivii Codex Ms. de eodem Guinisio hæc pariter exhibet: *Cum P. Vincentius Guinisius Lucensis, secundus ex tribus Fratribus præfatæ familiæ, Vir doctrina, & morum suavitate non vulgaris, Neapoli Romam discessus nostris interesset comitiis Generalibus, utpote Rector nostræ Domus Nativitatis B. Mariæ Virginis in Burgo Plagiæ Civitatis Neapolitanæ, ex aeris mutatione sub die 4. Novembris 1644. in febrim incidit, ingravescente exinde morbo Ecclesiæ Sacramentis refectus die 10. ejusdem mensis, ætatis autem suæ an. 37. cum dimidio, non sine maximo omnium mœrore obiit.* V. Ad Ann. 1644. pag. 182.

Ludovicus Marraccius. in Vita V. P. Joannis Baptistæ Cionii *lib. 3. cap. 10. pag. 247.* de eo pariter præclarè loquitur, necnon liber Parochialis nostræ Ecclesiæ S. Mariæ in Campitello sub die 12. Novembris 1644. VI.

NOTÆ.

Ex allatis monumentis constat equidem Vincentium Guinisium *Anno* 1644. Mense Novembris obiisse; sed dies ejus emortualis assignari certò non potest; quandoquidem mei Archivii Codex in diem decimam, Liber verò Parochialis in duodecimam, Marraccius in decimam tertiam diem Novembris producit. Nos ejusdem Parochialis Libri fidem secuti, quam accuratiorem putavimus, Vincentii Guinisii obitum sub die duodecima Novembris ejusdem anni consignavimus.

ART.

ART. XV.

De Thoma Ceccarellio.

I. Vita ex Diar. Franc. Leonard. ad An. 1644. num. 70.

THomas Ceccarellius Romanus VII. Idus Martii 1603. mortalem vitam inchoavit. In nostram Congregationem adscriptus, VIII. Kal. Aprilis An. 1622. Romæ in nostra Domo S. Mariæ in Porticu solemnem Professionem emisit. Fuit Vir in Philosophicis, Theologicisque Disciplinis excellens, quas magno nostrorum Juvenum bono haud paucis annis docuit. Singulari etiam prudentia, morumque probitate clarus, præcipua Congregationis nostræ munera, summa cum laude obivit. Dum autem Neapoli Collegio S. Birgittæ præerat, ad nostra comitia Romam profectus, ibidem in gravem febrim incidit, qua jam ad extrema redactus, gravibus, ad servi sui meritum augendum, Deo ità permittente, contra fidem tentationibus exagitari cœpit, quibus fortiter obluctatus, potissimùm Apostolici symboli ac salutationis Angelicæ pia recitatione, sacramentorum item præsidio adjutus, pristinam animi quietem recepit, atque Creatori suo tranquillè animam reddidit XIV. Kal Decembris *An.* 1644.

II. Scripta.

Institutiones Philosophicas satis doctas & eruditas Nostris Mss. reliquit, dignæ quæ tandem in lucem prodeant, uti nobis per litteras P. Alexander de Podio, Vir æterna memoria dignus, significavit: eas tamen videre non licuit.

III. Laudes, Lib. 4. cap. 10. pag. 566. edit. 1.

Noster Guillelmus Burlamacchius in Vita S. Birgittæ, hæc in ejusdem Scriptoris laudem scripsit: *Il P. Tomaso Ceccarelli Romano, Sacerdote infaticabile nel servizio di Dio, il quale aveva congiunto con una scienza non ordinaria, una singolare pietà.*

IV. Pag. 33. num. 273.

Ex Libro Parœciæ S. Mariæ in Campitello hæc pariter describimus: *Die* 18. *Novembris* 1644. *P. Thomas Ceccarellius Romanus nostræ Congregationis Sacerdos Professus ætatis suæ anno circiter* * 41. *Rector Domus nostræ Neapolitanæ dictæ*, di S. Brigida, *cum Romam ad Congregationem Generalem accessisset, in morbum incidens, die* 14. *suæ ægritudinis, hora noctis dici Veneris quasi sexta post multa ædificationis, & devotionis edita signa, magnum sui & præsentibus & absentibus desiderium reliquit; quippè qui Religione, observantia regulari ac insignibus virtutum exemplis, & erga omnes benignitate omnibus carus & amabilis semper fuerat. Ejus corpus die sequenti, quæ fuit Sabbati, in hac nostra Ecclesia sepultum est.*

* L. 42.

V. Ad An. 1644. pag. 182.

Meus Codex Ms. hoc itidem elogio Ceccarellium prosequitur: *Die*

Die 4. Novembris 1644. P. Thomas Ceccarellius Romanus, vir doctrina, pietate, ac prudentia singularis, cum ad nostra generalia comitia hìc Romæ celebranda Neapoli discessisset, utpotè Rector nostræ Domus S. Birgittæ in Civitate Neapolitana, gravi febri correptus, & in dies magis ac magis laborans, Ecclesiasticis munitus sacramentis, tandem die 18. ejusdem mensis & anni, ætatis verò suæ circiter 42. cum egregiè virtutes omnes in eo eluxerint atque enituerint, ad vivorum Regionem, ut credere par est, maximum sui relinquens desiderium, evolavit.

ART.

A R T. XVI.

De Sebastiano Tofanellio.

I. Vita ex Diar. Franc. Leonard. ad An. 1648.

SEbastianus Tofanellius Lucensis, nostræ Congregationis Matris Dei Sacerdos, vir exteris Nostrisque ob ipsius humanitatem doctrinamque carus. Inter Nostros An. 1616. cooptatus, tyrocinium ritè explevit, atque simplicia vota emisit. An. verò 1622. Idibus Maii, tribus solemnibus votis obstrictus, ad perfectiora semper contendit. Lucæ grassante pestilentia An. 1631. pro illius Civitatis bono, suæ vitæ contemptor plurimùm adlaboravit. Collegii nostri Neapolitani S. Birgittæ eum uti Fundatorem, monumenta quæ habemus, produnt. In ejusdem Sanctæ honorem ibidem magnifici Templi fundamenta jecit; quod ingens Opus ab eo susceptum inchoatumque, tandem Nostrorum cura An. 1726. feliciter absolutum est. In comitiis generalibus An. 1648. Prid. Kal. Majas ejusdem Collegii Birgittani Rector renunciatus, paucis mensibus munus id, morte interceptus, obivit; quandoquidem IV. Idus Augusti ejusdem anni 1648. ibidem supremum diem religiosissimè clausit. Ipsius funus Piorum in eum amore, solemni pompa decoratum est.

II. Opera.

Il Primo Ritratto del Santissimo Crocifisso, overo Istoria del Volto Santo di Lucca colla Vita del Principe S. Nicodemo. In Napoli per Francesco Savio Stampator Arcivescovile 1644. in 8.

III. Laudes. Lib. 4. cap. 10. pag. 566. 1. edit.

Guillelmus Burlamacchius in Vita S. Birgittæ hisce verbis ejusdem Sebastiani Tofanellii memoriam Posteritati commendavit: *Il P. Sebastiano Tofanelli dopo esser vissuto molti anni in ottimo concetto per la perfezione de i costumi, e per il zelo della salute dell' Anime morì al servizio di S. Brigida il 1648 alli 10. d'Agosto.*

IV. Pag. 15.

Codex nostræ Bibliothecæ Lucensis hæc itidem de eo habet: *Die 10. Octobris 1616. admissus fuit in nostram Congregationem in numero Clericorum Sebastianus Reguli Tofanelli Lucensis . . . Die 10. Augusti 1648. Neapoli in Domo S. Brigittæ Rector obiit cum omnium tùm Nostrorum, tùm externorum collacrymatione: fuit enim novæ illius Ecclesiæ Fundator, & in animarum ministerio apprimè versatus.*

ART. XVII.

De Vincentio Ursellio.

VIncentius Ursellius natus est Lucæ X. Kal. Septembris 1598. In nostra Romana Domo S. Mariæ in Porticu expleto tyrocinio XI. Kal. Augusti 1622. tria solemnia vota professus est. Lucam deinde missus, in nostro Collegio S. Mariæ Curtis Orlandingorum III. Kal. Septembris An. 1648. maligna correptus febri ex hac vita decessit. Fuit vir probatissimis moribus excultus ingenio perspicax, in suis concionibus commendatus, in confessionibus excipiendis singularis, atque primus omnium e Nostris, qui Pœnitentiarii munus in Ecclesia S. Petri Majoris Lucæ exercuerint, ab Episcopo Raynoldo Mediolanensi, tali honore ob illius in Moralibus Quæstionibus solertiam indefessumque laborem decoratus; quod munus deinde alii Lucenses Antistites Nostris demandarunt. I. Vita ex Cod. S. Mariæ Curtis Orlanding. pag. 25.

Neapoli An. 1641. typis Ruberti Molli edidit librum *in* 4. sua laude dignum, prænotatum: *Il Regno de' Beati. Inno raccolto da i detti di S. Agostino, dal B. Pietro Damiano, e tradotto dal P. Vincenzo Orselli Lucchese Chierico Regolare della Congregazione della Madre di Dio*, quem Ducissæ Mariæ Ursinæ, Congregationis nostræ, munificentissimæ Patronæ nuncupavit. Verba primi versus ejusdem Hymni incipientis: *Ad perennis vitæ fontem Mens sitivit arida*, sic reddit: II. Opera.

Qual Cervo al chiaro fonte,
Che da sete cacciato il corso affretta,
E la ramosa fronte
Nel fondo immerge, ove più l'onda alletta,
Tal' è l'Alma rapita
A bever l'acque tue, Fonte di Vita.

In nostro Codice Lucano, non semel supra laudato, insequentia verba legimus: *Die* 30. *Augusti* 1648. *die Dominica hora post occasum tertia cum tribus quadrantibus P. Vincentius Ursellius mortuus est, omnibus Ecclesiæ Sacramentis ritè munitus. Fuit Religiosus bonæ indolis, Concionator non vulgaris, & Confessarius ità addictus sacro ministerio, ut meritò fuerit ab Illmo & Rmo Raynoldo deputatus Pœnitentiarius in Ecclesia S. Petri Majoris hujus civitatis Lucensis, quod munus post Nostri exercuerunt: & quia hoc tempore in hac nostra Domo Procuratoris fungebatur officio, cum pro bono communi nulli parceret labori, dum nostras villas inviseret, æstivo calore læsus, in febrim incidit, & maligna ægritudine correptus, spatio decem dierum occubuit Anno suæ ætatis* 49. III. Laudes. Pag. 25.

A R T. XVIII.

De Dominico Tuccio.

I. Vita ex Mss. Francisci Guinisii, & Prosperi de Prosperis in Tuccii vita.

DOminicus Tuccius, vir ad perfectam sanctitatis normam efformatus, optimis Disciplinis excultus, atque Congregationis nostræ Rector Generalis IV. Lucæ natus est Parentibus clara nobilitate spectatis VII. Idus Julii An. 1575. aut 1574. ut habent alii Codices. Sed nos Francisci Guinisii Ms. qui Tuccio in Generalatus officio suffectus est, utpote antiquiori adhærere tutius judicavimus. A pueritia qualis futurus erat, non obscurè prodidit; quandoquidem quidquid temporis a scientiis addiscendis, in quibus non vulgarem laudem sibi comparavit, illi supererat, totum in Divinis meditationibus, sacrarum Ædium visitationibus, Sacramentorum frequentia, aliisque piis operibus impendebat. Duos & viginti annos natus Clericali militiæ adscriptus, vitam sua professione undequaque dignam, aliis quoque imitandam instituit. Deinde ad Sacerdotalem gradum promotus An. 1600. ætatis suæ 25. primum Sacrum fecit.

II. Eodem Anno, perfectioris vitæ studio incensus, ut Deo propiùs se jungeret, Congregationem nostram amplexus est, Lucæque sub sanctissimo viro V. P. Joanne Baptista Cionio, cujus supra meminimus, religiosæ consummatæque virtutis fundamenta posuit. Romam a V. P. Joanne Leonardio Congregationis nostræ Parente Anno 1603. vocatus, tyronum curam ei demandavit. Jam tunc spectata sua virtute Leonardio tale sui specimen Tuccius dederat, ut vix quidquam magni momenti ille aggrederetur, quod cum Tuccio, quem prudentissimum noverat, non communicaret.

III. An. 1609. Leonardius morti proximus Tuccium delegit, ut hunc Rectorem Domus S. Mariæ in Porticu institueret; quanti virtutem Tuccii faceret, non obscurè ostendens. Eo in munere, juxtà V. Leonardii expectationem, præclarè se gessit. Mox ad Rectoratum Lucensem & Vicarii Generalis officium, gradum fecit, in eoque totus fuit; ut regularis Disciplina nulla ex parte sublaberetur.

IV. Josepho Matrario Rectore Generali III. An. 1623. immatura morte prærepto, in illius locum, Tuccium, invitum licèt, Electores suffecere XVI. Kal. Augusti ejusdem Anni 1623. Cardinali Bandino, qui uti Congregationis nostræ Protector huic intererat electioni, in Tuccium jure merito collata suffragia comprobante.

V. Optimum Congregationis sibi commissæ regimen statim exorsus est. Absolutam regularum observantiam impensius promovit.

movit: cumque ipse aliis perfecta vivendi ratione, exempla imitanda præberet, efficaci hoc stimulo cæteros permovebat. Religiosam Disciplinam facilè destrui, nisi studia seriò excolantur, quibus illa fulcitur, non falsò arbitratus, omnes in id suas contulit curas; ut studia ipsa vigerent. Neapoli duo Collegia erexit: qua in re Ducissæ Felicis Mariæ Ursinæ pia liberalitas omnia ad sumptus necessaria suppeditavit. Nostrorum Collegiorum familias censusque sua vigilantia auxit. Congregationem, nonnullorum invidorum machinamentis impetitam, iniquis hominum ausis se intrepidè opponens rexit, atque a calumniis in eam instructis vindicavit.

VI. Deiparam ut Filius impensè colebat, ejusdemque pervigilia ac Festos dies sanctè traducebat. Speciali etiam pietate S. Josephum B. Virginis Sponsum coluit. In se severissimus Judex, in alios amantissimus Pater. Nulla majoris momenti negotia, nisi prævia ad Deum precatione tractabat; idque studiosius agebat cum de constituendis Rectoribus deliberabat. Animi demissione insignis, de aliis præclarè, de se verò suisque rebus humiliter semper sentiebat. Vel solo aspectu illius sanctitas effulgebat, ob quam contra ejusdem votum apud viros etiam magni nominis Tuccius noster multo in pretio fuit.

VII. Hujus viri præclara merita miraculis etiam comprobata fuisse, qui res ab illo gestas posteritati commendarunt, luculenter testantur. Alia inter, sequens prodigium, certè non est prætereundum quod litteris traditum legimus. Hiemali tempore, quando rosarum ramusculi non virescunt; sed præ frigore horrent incompti, Tuccius, dum unam e nostris villis invisebat, ad socium suum conversus, cujus nomen Paulus: *En*, inquit, *Rosetum: perge illuc, rosamque delige, ut eam Deiparæ offeramus*. Subridens Paulus, tamen obedientia pressus, ad rosetum incultum ipsisque etiam foliis ea tempestate destitutum pergit; ibique, totus in admirationem actus, pulcherrimam rosam videt, eamque decerptam Tuccio offert, qui illi præcepit ne rem evulgaret, eo planè consilio ne sua inde sanctitas detegeretur.

VIII. Diutina ægritudine, quam viginti quinque annorum spatio, nullis parcens laboribus, ineluctabili animi fortitudine pertulit, consumptus, placidissimo obitu Romæ decessit III. Idus Novembris An. 1651. ætatis suæ 77. cum Congregationem feliciter gubernasset annis 28. Funus populi Romani frequentia, piaque erga mortuum Corpus veneratione insequenti die celebratum est, atque prodigia, quæ subsecuta sunt, Tuccii sanctitatem luculentiùs comprobarunt. In nostro Romano Archivio extat Oratio Ms. in funere ejusdem Dominici Tuccii ab Anonymo elucubrata, cujus initium: *Se la Virtù, com' ella è nel Mondo tanto giovevole, così potesse*

essere eterna &c. Ipsius cadaver arca conditum in sacra S. Mariæ in Campitello Æde tumulatum est. Sub ejus icone ære incisa verba hæc leguntur:

P. DOMINICUS TUCCIUS LUCENSIS
CONGREGAT. CLER. REG. MATRIS DEI
RECTOR GENERALIS IV.
OBIIT ROMÆ AN. SAL. MDCLI. DIE XI. NOVEMB.
ÆT. AN. LXXVII.

IX. Tuccii Vita a Prospero de Prosperis Italicè conscripta, quam laudat Deza in Vita Cæsaris Franciotti, in nostro Romano Archivio adservatur, quæ utinam tandem in lucem prodeat. Franciscus Guinisius præcipuas ab eodem Tuccio res gestas summatim collegit. Denique Hippolytus Marraccius in suo Opere inscripto: *Religiosi Mariani* &c. nondum prælo donato, de eximia nostri Dominici Tuccii in Deiparam pietate multa habet.

Lib. 3. cap. 11. pag. 170.

§. I.

De Dominici Tuccii Operibus Mss.

I. Hippolytus Marraccius in sua Bibliotheca Mariana refert Tuccium nostrum ad efformandos mores, & profectum spiritus assequendum scripsisse valde utiles *de Præcipuis Beatæ Virginis Mariæ festivitatibus, ex Sanctis Patribus, præsertim ex S. Bonaventura, Meditationes*.

Part. 1. pag. 352.

II. *Brevem*, item, *devotumque modum fructuosè recitandi Coronam duodecim Stellarum in honorem Matris Dei Mariæ*.

III. Vitam V. P. Joannis Leonardii vernacula lingua diligenter conscripsit, quam Ludovico Marraccio, eidem Historiæ adornandæ materiem suppeditasse, ipse, utpote ingenuus Scriptor hisce testatur verbis: *Il P. Domenico Tucci, quarto Rettor Generale della nostra Congregazione, che visse, e morì con opinione di santità, e dal quale noi abbiamo presa la maggior parte della nostra Istoria, lasciò in autentica scrittura un' illustre testimonio di quasi tutta la santa vita, e virtù eroiche del nostro beato Padre*.

Lib. 4. cap. 7. pag. 531.

IV. Præterea extant in meo Archivio sequentes Tractatus *Dell' Orazione mentale: De Fide: De Superbia, & ejus remediis: De Vitiis & Peccatis secundum se: Delle Virtù in commune: Del Progresso che si deve fare nel servizio di Dio: Della Purità: Sermoni varj Vol. 3. Discorsi in occasione di Congregazioni Generali, e visite delle*

delle Case Tom. 1. in 4. Discorsi della rinovazione de' Voti Tom. 1. in 4. Trattato della Virtù dell' Ubbidienza Tom. 2. in 4.

Regulæ Præfecti studiorum, & pro nostris Studentibus. Has regulas Tuccius digessit, easque approbavit Congregatio Generalis An. 1629. & 1632. atque inter alias Regulas apponendas, & a Nostris observandas decrevit. V.

§. II.

Testimonia Virorum Illustrium de Dominico Tuccio.

I. Tom. 2 Thesaur. Parochor. lib. 2. cap. 2. pag. 174. num. 38.

JOannes Marangonius: *Dominicus Tuccius*, ait, *Lucensis, Religionis Clericorum Matris Dei, Vir doctrina ac pietate eximius, ex Curato Ecclesiæ S. Mariæ in Campitellis de Urbe, electus est Generalis suæ Congregationis totius.*

II. Part. 1. Biblioth. Marian. pag. 335.

Marraccius, *Dominicus Tuccius*, inquit, *nostræ Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Rector Generalis IV. natione Italus, Patria Lucensis, nobili familia natus; Vir ad pietatem, & religiosæ disciplinæ normam comparatus; de cujus sinceritate, mansuetudine, prudentia, modestia, constantia animi, morum suavitate, devotione in B. Virginem, cæterisque virtutum ornamentis, plura post mortem consumationemque* &c.

III. P. Alexander Trenta in Vita Bartholomæi Beverini a se concinnata: *Dominicus Tuccius*, inquit, *e Patriciis Lucensibus IV. ab Institutore Rector Generalis; Vir prudentia æquè, ac sanctimonia clarus; qui triginta ferè annorum spatio, vigili cura, consilio, assiduis ad Deum precibus, ita egit, ut Congregationem nostram, paulo ante Gregorii XV. Pont. Max. beneficio ad amplissimum religionis gradum evectam, litterarum ac sanctitatis incremento semper in majus attulerit.*

IV. Liber Mortuorum nostræ Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ in Campitello ad annum 1651. Dominicum Tuccium his prosequitur laudibus: „ Die XI. Novembris 1651. Ad. R. P. Noster Dominicus „ Tuccius Lucensis, nostræ Congregationis Matris Dei Rector Ge- „ neralis IV. qui sub Disciplina Venerabilis Patris Joannis Leonar- „ dii nostræ Congregationis Fundatoris religiosæ vitæ fundamenta „ posuit, ab eoque in primum Rectorem Domus nostræ S. Mariæ „ in Porticu de Urbe specialiter fuit electus, & demum a Congre- „ gatione Generali ad Rectoris Generalis Congregationis munus „ anno 1623. die 17. Julii fuit evectus; post quinquaginta annos in

„ hac

„ hac Congregatione piissimè & perfectissimè exactos ; de ipsa
„ Congregatione summè benemeritus, & religiosæ perfectionis verum speculum, singularis constantiæ vir, & mirificæ puritatis,
„ tandem nocte Sabbati quæ sequebatur ad diem XI. prædicti mensis Novembris & anni, hora quinta noctis Deiparæ Patronæ Nostræ verus cultor, Sanctorum Martini Episcopi, & Martini Papæ gloriosus imitator, languore molestissimo & diuturno summa patientia tolerato, omnibus sacrosanctis Ecclesiæ sacramentis munitus, cæremoniis & precibus secundum Ecclesiasticum ritum religiosumque morem habitis, placidissimè animam Deo reddidit, anno ætatis suæ 77. circiter; cujus Corpus mane in Ecclesia expositum, populorum venerationem promeruit, & in sepulchro nostro fuit tumulatum in lignea arca.

V. Pag. 7. In Codice Lucano S. Mariæ Curtis Orlandingorum verba hæc legimus: „ Dominicus Tuccius . . . . Die 17. Julii 1623. præsente „ Illustrissimo Domino Octavio Cardinali Bandino Protectore electus est in Rectorem Generalem nostræ Religionis Matris Dei „ Romæ in Domo S. Mariæ in Porticu. Religionem spiritu, & prudentia singulari gubernavit: illam multis persecutionibus & insidiis agitatam tutatus est; duabus Domibus in Civitate Neapoli fundatis amplificavit, pluribus quàm antea religiosis viris numerosam auxit; litterarum studiis, regulari obseservantia, pietatisque cultu excitatis, instauravit; exterorum erga ipsam existimationem & fidem plurimùm conciliavit. Tandem quod morum integritate, quod vitæ candore, quod caritate, & mansuetudine erga omnes ac suos fuerit carissimus, in morte quam anno 1651. die * 10. Novembris Romæ subiit, omnium lachrymæ, & post mortem edita a Deo miracula comprobarunt.

* L. 11.

VI. Pag. 183. Ex altero Codice nostri Romani Archivii hæc pariter in ejusdem Tuccii laudem deprompsimus: „ Ad. R. P. Noster Dominicus Tuccius Lucensis, e Vice-Rectore hujus Domus S. Mariæ in Campitello anno 1623. die 17. Julii in IV. Rectorem Generalem totius nostræ Congregationis Matris Dei evectus, perfunctis antea summa fide & pietate præcipuis ejusdem nostræ Congregationis muneribus & Rectoris, & Assistentis, & Vicarii Generalis, post vitam quinquaginta annorum circiter religiosissimè peractam in hac eadem Congregatione, a Venerabilibus Patribus Nostris Jo. Leonardio Fundatore, & Jo. Baptista Cionio ejus primo Socio, singularis sanctitatis viris, initiis religiosæ vitæ susceptis, tandem anno 1651. die XI. Novembris in Sabbato hora noctis quinta animam Deo placidissimè reddidit. De cujus humilitate, patientia, puritate, insigni constantia, in Deum confidentia, & charitate, oratione continua, cæterisque aliis Christia-

„ næ

„ næ perfectionis virtutibus, melius est tacere, quàm pauca loqui;
„ cum fuerit vitæ religiosæ clarissimum lumen: cujus præclara fama
„ sanctimoniæ etiam nunc post mortem apud quamplures fideles mi-
„ rificè viget, & in dies augetur. Obiit ætatis suæ anno 77. men-
„ sibus 4. & diebus 4. vitæ religiosæ anno 50. circiter, sui Gene-
„ ralatus 28. mensibus tribus, & diebus 24.

Eadem ferè habent de eo laude digna Florentinius in Vita Cionii *lib.* 2. *cap.* 9. *pag.* 125., Ludovicus Marraccius Junior in ejusdem Cionii Vita *lib.* 2. *cap.* 10. *pag.* 139. Deza in Franciotti vita *lib.* 3. *cap.* XI. *pag.* 170., necnon Acta nostra Generalia V. Diætæ habita Romæ *An.* 1652. VII.

NOTÆ.

IN Tuccii Vitæ Synopsi *num.* v. diximus illum Neapoli duo Collegia fundasse unum nempe in honorem S. Mariæ in Porticu, alterum verò S. Birgittæ memoriæ æternæ sacrasse, Felicis Mariæ Ursinæ munificentia suffultum. P. Caroccius S. J. in Opere edito Romæ An. 1729. inscripto: *Il Pellegrino guidato alla visita delle Imagini più insigni della B. Vergine Maria in Roma Tom.* 1. *pag.* 83. loquens de hac sacra nostra B. Virginis Mariæ Imagine S. Mariæ in Porticu, ab eadem Ducissa Felice Maria Ursina, summa veneratione culta, inquit: *Tornata a Napoli*, prædicta nempe Ducissa Ursina, *per non istar lontana dalla sua cara Avvocata, la Madonna del Portico, fabbricolle anch' ella una Chiesa e Monastero per i Padri Domenicani che dovevano officiarla*: Dubio procul Felix Maria Ursina Neapoli in proprio fundo in honorem ejusdem Sacræ Imaginis Templum Collegiumque excitavit, amplisque redditibus locupletavit: at nunquam pro Patribus Dominicanis, sed pro Clericis Regularibus Congregationis Matris Dei, qui Romæ in propria Ecclesia S. Mariæ in Porticu pervetustum exemplar ipsius S. M. in Porticu possident. Res adeo est explorata, ut pluribus non indigeat probari. Caroccius certè id ignoravit. Si enim legisset Josephum Matrarium in Historia hujusce S. Imaginis edita Romæ An. 1627. cujus supra meminimus in Josepho Matrario, nec non Opusculum Ludovici Marraccii inscriptum: *Memorie di S. Maria in Portico di Roma* impressum Romæ An. 1667. & 1675. a veritate haudquaquam excidisset. Sed ut magis magisque veritas elucescat, recensenda sunt ejusdem D. Felicis Mariæ Ursinæ verba ex ejus Testamento edito Romæ typis Monetæ A. 1656. deprompta: *Io D. Felice Maria Orsini Duchessa di S. Marco, Gravina, e Sermone-*

P. Caroccii opus emendatur.

moneta, Conteſſa di Matera Vidua .... Con la mia propria bocca per la perpetua devozione, (notanda hæc verba) *che tengo verſo la gran Madre di Dio, ed antica intenzione di propagare, e perpetuare la ſua Religione de' RR. PP. Chierici Regolari primo loco fondata in Lucca, della quale fù Fondatore il P. Giovanni Leonardi, ed appreſſo fù fatta Religione dalla fel. mem. di Gregorio XV. ſotto il Generalato del P. Gioſeffo Matraja di detta Religione primo mio Confeſſore, inſtituiſco, nomino e fò miei Eredi univerſali e particolari la detta Caſa, e Ven. Chieſa della Natività della Madre di Dio, detta S. Maria in Portico di Chiaja, e ſuoi RR. Padri di detta Religione ſopra tutti, e qualſivoglia miei beni mobili ſtabili* &c. *E voglio, che quando a ſua Divina Maeſtà piacerà chiamarmi da queſta preſente a miglior vita il mio corpo ſia ſeppellito nella Ven. Chieſa da me fondata nel Borgo di Chiaja di queſta Città di Napoli ſotto il Titolo della Natività della Madre di Dio, detta S. Maria in Portico di contro, o nel Presbiterio avanti la Sacratiſſima Imagine di S. Maria in Portico di detta Chieſa* &c. Si ergo prælaudata Duciſſa prædictam Eccleſiam Domumque fundavit *Per l' antica intenzione di propagare, e perpetuare la Religione*, Matris Dei, *della quale fù Fondatore il P. Giovanni Leonardi*, nunquam ipſa cogitavit de propagando ampliſſimo Fratrum Prædicatorum Ordine, jam antea in Neapolitano Regno mirè diffuſo, ſicuti cogitavit Caroccius.

ART.

A R T. XIX.

De Dario Castilioncellio.

PAuca quæ de Dario Castilioncellio suppetunt Hippolytus Marraccius in sua Bibliotheca Mariana litteris mandavit hisce verbis: *Darius Castilioncellius nostræ Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Sacerdos, natione Italus, Patria Lucensis, Domus S. Mariæ in Porticu in Burgo Plagæ Neapolis (quam Excellentissima Domina Felix Maria Vrsina, clarissimæ pietatis, atque incomparabilis virtutis Princeps, a fundamentis rara munificentia erexit) quondam Rector; Vir religiosus, & prudens, clarisque animi dotibus conspicuus; cum Congregationi Juvenum, sub Titulo Beatissimæ Virginis ad Nives, diu in Vrbe laudabiliter præfuisset, scripsit:* I. Vita: Part.1.pag.315.

Regulas pro eadem Congregatione Beatissimæ Virginis ad Nives Libris III. & alia quæ me fugiunt. Vivit usque hodie Neapoli, curæ & saluti proximorum totus intentus, anno quo hæc scribimus 1647. Hactenus Marraccius. II. Scripta.

Obiit Neapoli omnibus Ecclesiæ Sacramentis refectus xv. Kal. Julii *1656.*, quo anno pestifera lues dirè in civitatem illam sæviebat. Agebat ætatis suæ *An.* 54., Vitæ religiosæ *36.*, cum solemnem professionem, exacta cum laude biennali probatione, Lucæ emisisset Idibus Maii *An. 1622.* III.

Franciscus Leonardius in suo Diario *ad An. 1656. num. 66.* Darium Castilioncellium, virum probum, optimæque indolis appellat. Codex etiam Ms. nostri Romani Archivii prænotatus: *Memorie de Nostri passati al Signore num.* 7. de ipso cum laude meminit. IV. Laudes.

ART. XX.

De Antonio Silvestrio.

I. Vita ex Cod Ms. nostri Rom. Archi vii cui Titulus: *Memorie de' nostri &c.* num. 10.

ANtonius Silvestrius parentibus Lucæ oriundis, Lugduni in Gallia natus est xv. Kal. Novembris *An.* 1614. Primùm sub Rege Christianissimo duobus annis meruit. Deinde religiosæ vitæ desiderio adlectus Congregationi nostræ nomen dedit, peractoque Lucæ tyrocinio, *An.* 1637. xi. Kalendas Julias tria solemnia vota nuncupavit. Philosophiæ ac Theologiæ magna cum laude Romæ operam navavit. In concionibus facundia, in sacris Fidelium confessionibus excipiendis prudentia, in proximos caritas ejus semper effulsit. Ea incensus anno 1656., quo Neapoli sævissima grassante lue, multi e Nostris, ut opem contagioso morbo correptis ultrò præstarent suam, absumpti sunt, libens volensque tantum christianæ pietatis ministerium amplexus est, atque in eo contagii labe perculsus, ardentissimo in Deum amore flagrans, animam Creatori suo reddidit iv. Kal. Julii 1656.

II. Scripta.

Edidit *De Festo Beatissimæ Virginis Mariæ ad Nives Elogia* 7. a Marraccio laudata *Part.* 1. *Bibliothec. Marian. pag.* 135.

III. Item, teste eodem Marraccio, ex Gallico sermone in Italicum vertit Pugetii de la Serre *Virginem morientem*.

IV. Laudes.

Idem Marraccius loco mox notato: *Antonius Silvestrius*, inquit, *nostræ Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei natione Italus, Patria Lucensis, sed Lugduni in Gallia natus; Vir placidis moribus, & præter exactam Philosophiæ, ac Theologiæ peritiam, non vulgari melioris Litteraturæ, atque elegantiæ cognitione imbutus; edidit* &c. uti supra. *Vivit usque hodie Romæ anno, quo ista exaramus* 1646. *a cujus calamo plura etiam majoris operæ, ac momenti, non defutura confidimus.*

V. Franciscus Leonardius in Diario, ab ipso summa diligentia fideque conscripto, ad *An.* 1656. *num.* 85. Silvestrium nostrum Congregationis legum observantia, Philosophiæ & Theologiæ cùm Moralis, tum Speculativæ cognitione, necnon concionandi laude clarum fuisse scribit.

ART.

A R T. XXI.

De Jacobo Biancalana.

Sub idem ferè tempus quo memoratus Antonius Silvestrius contagiosa lue extinctus est, eodem morbo obiit item Neapoli IX. Kal. Augusti Jacobus Biancalana Lucensis, Congregationis nostræ Professor ætatis suæ 26. atque a suo in Congregationem ingressu, undecimo. Romæ peracto laudabiliter in Domo S. Mariæ in Porticu suæ probationis curriculo XIII. Kalendas Martii 1647. vota solemnia emisit. Neapolim deinde missus, Philosophicis æque ac Theologicis facultatibus instituendus, ibidem studiis absolutis supremum diem piè clausit. Vir fuit studiis addictissimus, in Philosophia, Theologiaque doctus, atque Concionator eximius. Licèt admodum Juvenis, bis Conciones Quadragesimales omnium commendatione exceptas habuit. Animi demissione; obedientia, aliisque virtutibus claruit. Haud pauca ad Congregationis nomen augendum a tanto viro Nostri omnes præstolabantur; at præpropera illius mors, spem quam de illo conceperant, sibi ereptam indoluere. I. Vita ex laud. Codice num. 19.

De ipsius scriptis incendio absumptis extat unica Oratio Italicè concinnata, habita Neapoli VII. Kal. Augusti An. 1654. in Festo Apparitionis S. Mariæ in Porticu, quam Maximilianus Deza publica luce dignam judicavit, atque ad calcem II. Partis suarum Orationum *pag.* 261. I. *edit. An.* 1675. *in* 12. adjecit, quæ tamen in Veneta editione An. 1686. non legitur. II. Scripta.

Item de eo habemus Italicam Ode nostro Beverino scriptam, ab eodem Beverino in suo Libro *Delle Poesie* recuso Romæ A. 1666. *pag.* 145. editam, necnon insequenti nota illustratam: *La seguente composizione è parto nobilissimo del P. Jacopo Biancalana, scritta da lui all'Autore, e quivi inserita, non per ambizione, ma per testificazione di stima, e di amore, acciò insieme col corpo estinto nel più bel fiore degl' anni, non resti del tutto sepolta la fama di quell' ingegno felice*. III.

Franciscus Leonardius in *Diario Anni* 1656. *num.* 103. Jacobum Biancalanam, Oratorem omnibus numeris absolutum dicit. Deza in sua ad Lectorem Epistola, laudatæ mox Orationi præfixa, nonnulla in ejusdem ingenii pietatisque laudem habet. Beverinus denique in paulo ante memorato Opere *Delle Poesie pag.* 24. Biancalanæ memoriam commendavit hisce carminibus: IV. Laudes.

Da la lingua faconda ampi torrenti
Versi con ricca, e preziosa vena;
E lusingando altrui, dolce Sirena,
Fai de' malvagi cor, stragi innocenti.
Son le parole tue dolci, e pungenti,
Che in un porgono altrui, diletto, e pena;
E di fiele, e di mel tua bocca è piena.
Sei fecondo di gioje, e di tormenti.
Di salubre velen, di latte inondi;
Hor severo spaventi, hor pio consigli;
E nel mezzo de' fior le piaghe ascondi.
Il gran Padre del Ciel, certo somigli,
Che, come quel, sù labri tuoi facondi,
Porti congiunti in uno, e spade, e gigli.

A R T. XXII.

De Nicolao Roncaglia.

IDibus Januarii A. 1618. Lucæ nobili stirpe ortus est Nicolaus Roncaglia. Deo se in Congregatione nostra devovit; expletoque tyrocinio, XI. Kal. Julias An. 1637. ad solemnem professionem admissus est. Romæ Philosophiæ ac Theologiæ cursum absolvit; ibique An. 1644. publicè Theologicas Theses propugnavit. In concionibus eloquentia pollebat, quas Romæ plures habuit, in eo totus ut Auditorum vitam ac mores ad Evangelicæ legis rationes omninò componeret. Proprii Instituti observantia, oratione, aliisque sanctis operibus animæ suæ profectum impensius promovit. Suæ in proximos caritatis non obscura argumenta dedit, tum præcipuè cum a superioribus, ut operam suam contagio laborantibus præstaret, facultatem petiit. At eodem morbo præreptus, quæ piè meditatus fuerat, explere non potuit. Obiit Romæ religiosa morte VIII. Idus Novembris An. 1656. ætatis suæ 38. Ejus cadaver lignea arca inclusum, in agro prope Basilicam S. Pauli extra muros, quò tunc peste infecta corpora deferebantur, tumulatum est. I. Vita ex Diar. Franc. Leonard. ad an. 1656. & Codice nostri Rom. Archivii num. 30.

Vita della Serenissima Infanta Margarita della Croce Monaca Scalza nel Convento Regio di Madrid composta in Spagnuolo dal P. F. Gio: de Palma, e tradotta in Italiano dal P. Roncaglia Lucchese Chierico Regolare della Congregazione della Madre di Dio. Romæ typis Lazzari 1680. *in* 4. Opus posthumum. II. Opera.

Præterea ex Ispanica lingua in Italicam transtulit *Compendio della Vita del Venerabile e prodigioso Servo di Dio il P. Frat' Alfonso d' Orosco Religioso dell' Ordine di S. Agostino e Predicatore delle Cattoliche Maestà Carlo V. e Filippo Secondo, composta in lingua Spagnuola dal M. R. P. Fra Giovanni Marquez della medesima Religione*. Extat Ms. in nostro Romano Archivio. III.

Liber Mortuorum Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ in Campitello *ad An. 1656. pag.* 51. nostrum Nicolaum Roncaglia *indefessum verbi Dei Concionatorem, in audiendis confessionibus assiduum, & regularis observantiæ vigilantissimum vocat*. IV. Laudes.

Franciscus Leonardius in suo Diario ejusdem anni 1656. *num.* 132. *& sequenti* de eodem sic scribit: *A dì 4. Novembre 1656. si scoperse il mal pestilenziale in questa nostra Casa di S. Maria in Campitelli di Roma al P. Nicolao Roncaglia, Padre di gran merito, e rare doti per il governo delle anime nel predicare, e confessare....* V.

Passò

Passò all' altra vita il buon Padre Nicolao di mal contagioso con santissimi sentimenti sino all' ultimo, domandando perdono a tutti, e pigliando quanto pativa dalla mano di Dio &c.

V. Codex nostri Romani Archivii ad annum *1656. pag.* 184. hæc itidem in ejusdem Nicolai Roncaglia commendationem habet: *Cum hoc anno 1656. pestifera lues totam pervagaret Urbem, hoc ipso morbo in audiendis confessionibus correptus est P. Nicolaus Roncaglia Lucensis. Vir animi virtutibus clarus; comitate, jocisque inter Nostros innoxiis perjucundus, ac gratus; caritate erga infirmos præcipuè, in quorum cura ex officio tunc eminebat, insignis; summa ad dicendum promptitudine, facilique facundia; nostræ Domui utilis, ac percommodus* &c.

ART.

A R T. XXIII.

De Joanne Benadu.

I. Vita ex Cod. nostri Rom. Archivii num. 31.

ANno post Christum natum 1614. IV. Non. Januarii nostrum Joannem Benadu Lucæ ortum Tabularia nostra produnt. Adolescens XIX. annos natus, Clericali militiæ in Congregatione nostra adscriptus est; cumque ingenio, & Judicio plurimùm valeret, brevi grandem sibi doctrinæ suppellectilem comparavit; quandoquidem erat Rhetor, & Poeta excultus, Mathematicus, Philosophus, ac Theologus insignis, in moralibus quæstionibus, necnon in sacris Canonibus versatissimus. Romæ, ubi Scholasticas scientias didicit, nostris etiam juvenibus eas tradidit. Tanti Magistri Auditores fuere Maximilianus Deza, Bartholomæus Beverinus, & Jacobus Biancalana Congregationis nostræ clarissima lumina, uti scribit Alexander Trenta in Vita ejusdem Beverini. S. Mariæ in Campitello Paræcia cum non semel illi demandata esset, quàm attentissimè eam administravit. Principes viri, Doctique tanti illum faciebant, ut sæpe in rebus dubiis eum ut oraculum consulerent; cumque magno apud omnes in pretio esset; de se tamen, suisque rebus demisissimè sentiebat. Inter alias, quibus ornabatur, virtutes, hanc Nostri potissimùm suspexerunt; nunquam ex illius ore verbum, quod animi elationem tantisper saperet, excidisse. Corpus suum catenis flagrisque cruentabat. Haud pauca post illius obitum id genus instrumenta sanguine inspersa reperta sunt. Quamlibet feriam sextam pane tantùm & aqua transigebat. Orationis studium illi familiare, Deiparam, & S. Nicolaum Myræ Antistitem speciali honore colebat, quorum deprecatione & ope certum mortis suæ diem præscivit. In ipso Sacramentalis confessionis munere obeundo, peste correptus, sanctè obiit Romæ die vicesima quarta Februarii 1657. ætatis suæ An. 43. Congregationis 24.

II. Opera.

Edidit Romæ, suppresso nomine, dum Theologicas Institutiones Nostros docebat, ***Summam Theologiæ Tripartitæ***. Prima Pars prodiit Anno 1651. Altera Anno 1652. *in* 24. typis Francisci Caballi, M. Antonio Cardinali Franciotto nuncupatæ. Tertia Pars inedita est. Harum Auctorem laudatum Joannem Benadu esse Index nostræ Romanæ Bibliothecæ ***in Joanne Benadu***, luculenter ostendit; cui pariter idem opus jure merito adscribant Alexander Trenta in vita Beverini inedita, & Marangonius in suo Thesauro Parochorum, cujus verba, ne repetantur, paulo infra recensebimus. *Num.* 4.

Præ-

III. Præterea teste Marraccio in Appendice secundæ Parti Bibliothecæ Marianæ adjecta *pag.* 468. idem Joannes Benadu cecinit latino carmine *Lacrymas Peccatoris ad Deiparam, seu VII. Psalmos Pœnitentiales ad Deiparam Virginem per varia Epigrammata relatos.*

IV. Laudes. Tom. 2. pag. 283. num. 90. lib. 3. cap. XI. Cl. Vir æquè ac piissimus Joannes Marangonius in suo Opere inscripto: *Thesaurus Parochorum* edito Romæ typis Mainardi 1730. *Joannes Benadù Lucensis*, ait, *Congreg. Cleric. Regularium Matris Dei, Vir in Theologia maximè versatus, per plures annos Curatus Ecclesiæ S. Mariæ in Campitello de Urbe vigilantissimus usque ad annum* 1657. *edidit Theologiam Tripartitam Tom.* 4. *in* 8. *distinctam.* Ita Marangonius; at noster Benadu, uti supra *num.* 2. vidimus, suam evulgavit Theologiam non *in* 8. sed *in* 24. inque duos Tomos dumtaxat distributam. De hoc enim Opere unica solum extat editio.

V. Ad Ann. 1657. pag. 54. Liber Mortuorum nostræ Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ in Campitello, alia inter multa, hæc de eodem Joanne Benadu, laude digna exhibet: *Vir erat multis virtutibus insigniter præditus, Rethor, Poeta, Mathematicus, Philosophus, in Theologia Scholastica & Morali, ac in Sacrorum Canonum eruditione non infimè doctus, & religiosis moribus singulariter decoratus. Suæ mortis, suæque fælicitatis æternæ accepisse divinitus revelationem omnibus nobis in hac Domo degentibus aperta fuere indicia* &c.

VI. Mei Archivii Codex *pag.* 185. ità pariter de eo honorificè loquitur: *P. Joannes Benadu hujus Ecclesiæ Parochus; Vir pietate, ac caritate suo in munere exercendo præclarus, Philosophicis, Theologicis, necnon Mathematicis scientiis eximius, velox atque ad omnia cujuslibet generis negocia expedienda aptissimus. Hic ante obitum, jejuniis, flagellationibus, virtutibusque sedulò incumbens, trium dierum spatio ægrotans, mortem sibi futuram, haud obscuris signis prædixit* &c.

VII. Franciscus Leonardius in Diario *An.* 1657. *num.* 204. de eodem, ut reliqua missa faciamus, sic scribit: *Il P. Giovanni Benadu è stato sempre un buon religioso, come io lo sò, avendo praticato seco per lo spazio di* 20. *anni, e in questi ultimi tempi si era dato a maggiori esercizj d'Orazione, e mortificazione. Si disciplinava frequentemente sino a spargere il sangue in gran copia; portava cilici, e catene; digiunava spesso in pane ed acqua; era devotissimo della Madonna; ogni giorno recitava tutto il suo Rosario intero; e faceva altre devozioni. Era dotato di talenti singolari, era Teologo, Filosofo, Matematico, Confessore buono e Predicatore, insomma un buon Figlio della nostra Congregazione* &c.

Laudatur item ab Alexandro Trenta in Vita Bartholomæi Beverini Ms.

ART.

A R T. XXIV.

De Alexandro Colio.

ALexander Colius Lucensis cum XIV. Annos in amplissima doctissimaque Societate Jesu religiosam vitam egisset, sub Annum 1620. Congregationi nostræ nomen dedit. Exacto Lucæ tyrocinio, necnon IV. Kal. Augusti 1623. solemni Professione emissa, statim Theologiæ Moralis Lectioni Superiorum jussu operam dedit, quo in munere ad annum usque 1639. adlaboravit. Diutina fractus ægritudine, quam constantissimè pertulit, pridie Nonas Aprilis An. 1657. obiit Romæ in hac nostra Domo S. Mariæ in Campitello, omnibus Ecclesiæ sacramentis piè receptis. Agebat ætatis suæ annum sexagesimum octavum, multis ingenii sui monumentis nobis relictis. I. Vita ex Cod. nostri Romani Archivii num. 33.

Scripsit Italicè *De Lacrymis B. Virginis Mariæ lib.* 1. Neapoli *typis Savianis* 1635. *in* 4. cum ejus Opere prænotato: *Sacer Fons Lacrymarum*. II. Opera edita.

Sertum Virgineum, seu sermones de laudibus B. Virginis in ejus Festivitatibus. Lucæ apud Peregrinum Bidellium 1638. III.

Hujusmodi Opera a Marraccio in sua Bibliotheca Mariana in *Alexandro Colio* recensentur; ea tamen videre non est nobis datum. Part. I. pag. 36.

Præterea in Libro Ms., cui Titulus: *Liber Actorum Congregat. Majoris Adm. R. P. Generalis & Assistentium ab Anno* 1623. *ad An.* 1644. *pag.* 94. *&* 107. eidem Colio conceditur facultas typis mandandi insequentia Opera a nostris Theologis jam discussa & approbata, nempe Opus inscriptum: *Gemma Bullarum Pars Prima, quæ continet Bullas sex*; nec non aliud opus prænotatum: *Commentarius in Bullam Clementis VIII. de Duello*; sed hæc pariter nec impressa, nec Mss. invenire potuimus, immò intercidisse, & nunquam prælo donata fuisse putamus. Insequentia verò Opera adservantur adhuc Mss. in nostro Romano Archivio, videlicet: IV.

Acta Jesu Christi Redemptoris Tom. 1. *in fol.* V. Opera Mss.

Commentaria in B. Joannis Evangelium Tom. 4. *in fol.* VI.

Commentaria in Cantica Canticorum Tom. 1. *in fol.* VII.

De optimo Statu S. R. E. Cardinalium Tom. 1. *in fol.* Hoc in Opere Cardinalitiæ Dignitatis exordia, munera, privilegiaque accuratè describit. VIII.

Osservazioni politiche sopra le Istorie de' Regi di Israele Tom. 1. *in* 4. IX.

X. Inſuper idem Colius etruſco elegantique ſermone conſcripſit *Vitam Moyſis* in 4. libros diſtributam; *Hiſtoriam Macchabæorum*, quam in tres libros dividit, nec non *Hiſtoriam Judithæ*; quæ omnia *Tom.* 1. in folio comprehenſa unà cum obſervationibus, in eodem Archivio adhuc extant.

XI. Demum noſtræ Romanæ Bibliothecæ Index Alexandro Colio *Commentaria in Acta Apoſtolorum* adjudicat; ſed ea in noſtris ſcriniis non invenimus.

XII. Laudes. Part. 1. pag. 35. Marraccius in ſua Bibliotheca Mariana: *Alexander Colius*, ait, *Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei, natione Italus, Patria Lucenſis, Philoſophus, Theologus, & Divini verbi Eccleſiaſtes non ignobilis .... Clarebat Lucæ anno ſal.* 1630.

XIII. Liber Mortuorum Parœciæ S. Mariæ in Campitello ad an. 1657. de prædicto Scriptore hæc prodit: *Die* 4. *Aprilis* 1657. *P. Alexander Colius Lucenſis, noſtræ Congregationis Sacerdos, poſt multas ac graves infirmitates per ſpatium decem & ſeptem annorum patientiſſimè, ac omnium noſtrum ædificatione toleratas, omnibus Eccleſiæ Sacramentis receptis, hora nona animam Deo reddidit, ejuſque Corpus veſpere in hac Eccleſia tumulatum fuit.*

XIV. Ex Codice noſtri Archivii ad An. 1657. *pag.* 185. iſta depromſimus. *Hoc eodem anno P. Alexander Colius* 68. *annorum ſenex, poſt longas ægritudines Podagræ, Chiragræ, Calculi, piè obiit omnibus Sacramentis munitus* 4. *Aprilis* 1657. *in Campitello, & in Sepulchro noſtræ Eccleſiæ fuit reconditus.*

ART.

A R T. XXV.

De Joanne Paulo Vincentio a Porta.

JOannes Paulus Vincentius a Porta Lucensis, vir haud mediocriter eruditus cum An. 1634. VIII. Kal. Octobris natus esset, atque An. 1653. Romæ solemnia vota emisisset post tyrocinium, ibique Philosophiæ ac Theologiæ operam strenuè dedisset, An. 1659. lethali morbo correptus ex hac vita migravit VII. Idus Junii, ætatis suæ XXV. I. Vita.

Concinnavit Vitam Angelæ Uladislai Regis Bohemiæ Filiæ, cujus meminit Hippolytus Marraccius in libro inscripto: *Heroides Marianæ cap.* I. §. XIII. ubi agens de eadem piissima Angela Bohemiæ Principe *pag.* 17. hæc habet: *Ejus Vitam verè admirandam a se eleganti stylo conscriptam quam primùm editurus est Pater Joannes Paulus a Porta nostræ Congregationis Matris Dei*; at morte præreptus illam evulgare non potuit; immò, quod maximè dolendum est, ejusdem Vitæ Ms. in nostro Romano Archivio non extat. II. Scripta & Laudes.

N O T Æ.

EOdem Anno 1659. Lucæ typis Hyacinthi Paci prodiit parvus Libellus, cui Titulus: *Devozione alla B. Vergine per prepararsi alla Festa della sua Annunciazione: Stampata per i Giovani e Giovanetti delle Congregazioni della Neve in S. Maria Cortelandini di Lucca da un Religioso della Madre di Dio in* 24. Quia Auctor ignoratur, ideò eo anno quo pius hic Libellus editus est, reponendus videtur.

ART. XXVI.

De Francisco Leonardio.

I. Vita ex Cod. nostri Rom. Archivii num. 40, aliisque ejusdem Arch. monumentis.

FRanciscus Leonardius ex eadem V. P. Joannis Leonardii Congregationis nostræ Parentis Familia Lucæ natus est eodem anno, quo idem Leonardius ex hac vita decessit; nempe 1609. Ab adolescentia non vulgaria pietatis suæ argumenta dedit: jam enim tunc ejus animus a sæculo avulsus videbatur. Kalendis Novembris An. 1623. Romæ Congregationem nostram ingressus, religiosam vitam multa cum laude inchoavit. Tyrocinio optimè expleto, An. 1625. VI. Idus Decembris solemnia vota professus est. Studiis, Præceptore Thoma Ceccarellio, Romæ absolutis, Philosophiam & Theologiam primùm Lucæ, deinde Romæ non sine multa ingenii sui commendatione docuit. Apud eruditos Viros, ac S. R. E. Cardinales amplissimos summo semper in honore fuit. Sacrum Sacramentalis Confessionis excipiendæ munus, magno Proximorum bono, indefesso studio exercuit. Procuratoris Generalis officium præclarè gessit. Huic nostræ Domui S. Mariæ in Campitello sexennio præfuit. Eo Rectore regularis observantia mirè viguit. Sui Instituti amantissimus, Congregationis Nomen pro viribus semper auxit. Nostrorum pia gesta, ne intercīderent, litteris attentissimè consignavit; cujus labores plurimo nobis adjumento fuisse candidè fatemur. Haud pauca quippe ignota essent, nisi Francisci Leonardii Mss. ab oblivione illa vindicassent.

II. Castitatis eximius cultor, ad obitum usque inviolabiliter & ipsum illam servasse apud Nostros constans opinio fuit. Obedientia, animi demissione, atque religiosæ paupertatis studio nulli secundus. Sancti Francisci Borgiæ, quem præcipuè colebat, exemplis permotus, ferreis catenis quotidie corpus suum perdomabat. Ejus in Deiparam pietas singularis. Ad illius gloriam augendam ingens opus, suo loco recensendum, aggressus est; quod opus maximi planè laboris cum absolvisset, in lucem producere non potuit: ipseque, licèt alioquin nulla morbi suspicione, viribus optimè valens, laborare videretur; quæ conscripserat, se non editurum prædixit, cum mortem sibi impendere constanter affirmaret; suamque prædictionem, vix mensibus duobus exactis, non inanem fuisse eventus demonstravit. Obiit Romæ religiosissimus æquè ac doctissimus Pater in pervigilio Visitationis Deiparæ An. 1661. ætatis suæ 52., ab ingressu in Congregationem octavo supra tricesimum.

Typis

Typis Francisci Caballi edidit Romæ An. 1651. *in* 12. Vitam V. P. Joannis Leonardii in Compendium redactam, cui Titulus: *Breve Relazione della vita, e morte del Venerabil Padre Gio: Leonardi Fondatore de' Chierici Regolari della Congregazione della Madre di Dio* &c. III. Opera edita & Mss.

Templum Mysticum Salomonis veri, seu Deipara in Templo Salomonis adumbrata. Hujusmodi Opus tres in Partes distribuit; cumque Templum a Salomone excitatum tres Status habuerit, unum ante sui ædificationem, alterum ipso ædificato, tertium post ipsius eversionem: hinc Leonardius tria in Mariano Templo consideranda sibi proponit: primò quid ipsam Deiparam antecesserit; deinde quæ, ipsa in hoc terrarum Orbe degente, evenerint; ultimò quæ post illius in Cœlos Assumptionem acciderint: quæ omnia Sanctorum Patrum, gravissimorumque Auctorum sententiis ad rectas Theologiæ leges illustrat. Opus XV. Tom. in Fol. comprehensum in nostro Romano Archivio servatur Ms. De eo Marraccius hæc habet: *Franciscus Leonardius . . . . prælo etiam maturat opus ingens, operosumque in laudem Beatissimæ Virginis Genitricis Dei Mariæ prænotatum:* Templum Mysticum Salomonis veri. IV. Part. I. Biblioth. Marian. pag. 418.

De Conceptione Immaculata Deiparæ Virginis, cujus meminit idem Marraccius loco mox allato. Hoc tamen opusculum in nostris pluteis ampliùs non extat. V.

Il Soave impietosito, ravveduto ed emendato. Istoria del Concilio Tridentino. Tom. 1. in fol. Extat Ms. in nostro Romano Archivio. VI.

Congregationis nostræ *Chronicon* ab Anno 1614. ad Annum usque 1638. accuratè produxit. Item Italicè pariter conscripsit *Diarium*, quod incipit ab Anno 1641. & definit in Annum 1658. Mss. VII.

Istoria della Chiesa di S. Maria in Campitelli di Roma. Ms. Ex ea nonnulla decerpsit Ludovicus Marraccius, atque in libro cui Titulus: *Memorie di S. Maria in Portico di Roma* edito An. 1675. conscripsit, ut ipse ingenuè fatetur *pag.* 116. *& seq.* VIII.

Breve descrizione della vita, e costumi di D. Costanza Barberini Cognata di Papa Urbano VIII., e Duchessa di Monte Rotondo, quale poi fatta Monaca si chiamò Maria Costanza della Passione di Gesù. Tom. 1. in fol. Ms. IX.

Breve relazione della vita e costumi del P. Federigo Guinigi della Congregazione della Madre di Dio. Ms. X.

Cento Meditazioni in onore del gloriosissimo Patriarca S. Giuseppe. Mss. XI.

Demum, ut scribit Deza in Vita V. P. Cæsaris Franciotti *lib.* 3. *cap.* XI. *pag.* 173. idem Leonardius ejusdem Franciotti Vitæ com- XII.

compendium elucubravit, quod extat Ms. in prædicto nostro Archivio.

XIII. Laudes. Part.1. pag.417. Marraccius in laudem ejusdem Francisci Leonardii hæc scripsit in sua Bibliotheca Mariana: *Franciscus Leonardius, nostræ Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Sacerdos, nunc autem Domus S. Mariæ in Campitello in Vrbe Rector; natione Italus, Patria Lucensis; Vir in Philosophicis, ac Theologicis disciplinis, quas Lucæ primùm, deinde Romæ cum laude professus est, non infimè eruditus scripsit* &c.

XIV. Pag. 75. Ludovicus Marraccius senior in Opere Ms. *Della Vita della Serva di Dio Anna Moroni* &c. ait: *Il P. Francesco Leonardi Religioso della nostra Congregazione, tanto per la sua singolare bontà, come per la sua incomparabile Dottrina molto ragguardevole.*

XV. Pag. 185. Mei Archivii Codex Ms. plenis laudibus ipsum prosequitur, atque inter alia in eum congesta præconia, pauca hæc seligimus: *P. Franciscus Leonardius Lucensis, ac nostræ Congregationis studiosissimus Filius, charitate in proximos ardens, vehemens in concionibus, in confessionibus audiendis indefessus; Philosophicis etiam ac Theologicis in studiis eximius, cum per mensem ante obitum voluntariæ solitudini, cilicii, catenarumque afflictationibus, jejuniis assiduis, disciplinarum flagellationibus, Orationi, atque omnibus tandem virtutibus sedulò, ac studio ferventiori incumberet, futuram sibi proximamque mortem prævidisse, meritò plerique testati sunt* &c.

ART.

A R T. XXVII.

De Francisco Marraccio.

FRancifcus Marraccius Lucenfis Hippolyti & Ludovici Marraccii Congregationis noftræ clariffimorum Scriptorum germanus Frater, in lucem prodiit die vicefima Februarii An. MDCXVII. ut ex Lib. prænotato: *Regiftro delle Fedi Battefimali de' Noftri*, quem penes me habeo, planè conftat. Quintum fupra decimum annum agens, in Congregationem noftram ingreffus, Romæ in Domo Probationis religiofam vitam ad abfolutas Congregationis ipfius leges inftituit; cumque fanctè tyrocinium expleffet, atque interim haud vulgaria ingenii fui argumenta Noftris dediffet, omnium fuffragiis tria folemnia vota Idibus Martii 1635. nuncupavit. Mox Philofophiæ ac Theologiæ, femper fui fimilis, operam dedit. Cum autem ejus ingenium ad amæniora ftudia excolenda a natura efformatum videretur, ut Lucenfem juventutem noftris in Scholis Eloquentiam doceret anno 1642. ei injunctum eft; idque munus XII. annos maximo ftudiofæ illius juventutis emolumento exercuit non minus eorum animis folidarum virtutum, quàm bonarum artium amorem infigens. I. Vita ex Cod. noftri Romani Archivii num. 42.

Politioribus litteris ac Mufis valere juffis An. 1654. Romam fe contulit; ubi & fructuofis concionibus populum inftruebat, & Sacramentalibus confeffionibus excipiendis, plurimùm in moribus ad Chriftianam normam reformandis Proximos adjuvans. Præterea ut & fibi, & cœteris in vitæ perfectione acquirenda ftimulos adderet, præclara non modò Veterum, verùm etiam Recentiorum in Sanctimonia illuftrium hominum exempla recolens; quorumdam optime gefta qui vel fuo fæculo egregia virtutum laude præftiterant, litteris mandavit, latinoque fermone difertè confcripfit. Ex iis duæ tantùm ad nos pervenerunt, quamvis ex Codice Ms. plures alias elucubraffe videatur. II.

Dum autem Marraccius nofter Romæ morabatur, cum Francifco de Valladolid Limano, qui ut Sanctiffimus Archiepifcopus Turibius Beatorum Faftis adfcriberetur, Romam fe contulerat, neceffitudinem contraxit, opera Hippolyti Marraccii, qui, quemadmodum ipfe fcribit in Epiftola Nuncupatoria libro: *De Antiftitibus Marianis* præfixa, ejufdem Valladolidii *Colloquiis frequenter recreabatur*. Hinc factum ut ad Turibianam Hiftoriam confcribendam, nondum latino fermone donatam, Francifcus Marraccius animum adjecerit: cui operi adornando eundem Valladolidium Marraccio Turibii Acta fup- III.

suppeditasse; Marraccius ipse in sua Præfatione S. Turibii Vitæ affixa apertè testatur.

IV. Cum autem idem Franciscus Marraccius Anno 1657. in nostris Comitiis Generalibus Collegii Neapolitani S. Mariæ in Porticu Consultor renunciatus fuisset, insequenti anno, uti non semel memoratus Codex habet, eò se contulit, Valladolidio Turibianæ Vitæ omnibus numeris jam absolutæ exemplum relinquens, ut typis illud consignaret. Qua autem ratione Valladolidius Operis editionem distulerit, ignoramus. Id unum certum, Fra. Cyprianum de Herrera Limanum ex Augustiniana Familia, doctissimorum Virorum aliàs fœcunda, Romæ degentem, Turibianæ Vitæ a Marraccio nostro conscriptæ exemplum habuisse, illudque interpolasse, ordine nonnihil inverso ac Historia Marraccii perturbata, multis etiam S. Scripturæ, Patrumque locis interjectis; cæterùm ad verbum ferè vitam eamdem excripsisse, suppresso Francisci Marraccii auctoris nomine, suoque adiecto, An. 1670., octavo post ejusdem Marraccii obitum anno, Romæ typis Nicolai Angeli Tinassii evvulgasse. Ob hoc solummodò Opus Nicolaus Antonius in Appendice suæ Bibliothecæ Hispanicæ apposita *Tom. 2. pag. 319.* inter alios claros Scriptores, bona fide Herreram accensuit, nescius plagii ab eodem Herrera patrati.

V. Ab Anno 1670. ad Annum usque 1727. ejusdem S. Turibii Vitæ Herrera ut verus Auctor putatus est. Dum autem nos Scriptorum nostrorum An. 1726. opera colligebamus, invenimus in nostri Romani Archivii S. Mariæ in Campitello forulis ejusdem Turibii Vitam Ms. blattis tineisque non uno in loco corrosam, quæ Titulum hunc præferebat: *Turibii Alphonsi Mogrobesii Archiepiscopi Limensis Vita, & Gesta a Francisco Marraccio Lucensi Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Sacerdote Libris IV. explicata.* Ne autem veritas tenebris obvoluta premeretur, nostrique sodalis studia sua fraudarentur laude, relato inter Sanctos Turibio, edendam curavimus, addita Præfatione, qua ejusdem Vitæ verum Auctorem Marraccium planè ostendimus. Hæc obiter dicta, ut rei veritas omnibus pateat.

VI. Ut verò ad Marraccii Vitæ Synopsim redeamus, Neapolim Anno 1658. profectus, ab incœpto religiosæ perfectionis studio ne latum quidem unguem discedens, loci amœnitate adlectus, scientias ardentiùs excoluit. Ibidem Vetus, Novumque Testamentum hexametro carmine, elegantia sacri argumenti majestate digna, quod opus jam Lucæ aggressus fuerat, feliciter absolvit. Studiis attritus, regularis observantiæ, orationis, silentiique potissimùm amore commendatus, Mense Julii An. 1662. exitiali malignaque febri incensus VI. Idus Augusti ejusdem Anni, Neapoli in Domo S. Mariæ in Porticu piè obiit

obiit, magno sui desiderio Nostris relicto. Agebat an. 45. Mens. 5. die 18. Congregat. 30.

§. I.

De Francisci Marraccii Operibus editis.

Della Devozione alli Santi che nel principio dell' Anno sogliono distribuirsi, potendosi ancora applicare a i Santi presi in particolare Devozione per ciascun mese. In Lucca appresso i Giudici 1651. *in* 24. Opusculum hoc Franciscus Marraccius ex Latina in Italicam linguam transtulit, novisque auxit additamentis. I. Opera edita.

Epigrammatum Libri V. Lucæ *apud Pierium, & Pacium* 1652. *in* 12. II.

Hierosirem, sive Odeum Paraphrasticum in Cantica Prophetarum. Neapoli typis Josephi Passari 1662. *in* 4. III.

S. Turibii Alphonsi Mogrobesii Archiepiscopi Limensis in Peruviæ Regno, IV. Idus Decembris An. 1726. *a Beatissimo Patre Benedicto XIII. P. M. solemniter inter Sanctos relati Vita, & Gesta a P. Francisco Marraccio Lucensi Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Sacerdote Libris IV. explicata. Opus posthumum nunc primùm Auctori suo restitutum, & nonnullis additamentis auctum a Friderico Sarteschi ejusdem Congregationis Professore. Romæ ex Typographia Komarek, MDCCXXVII. in* 4. IV.

Cl. Vir Justus Fontaninius in suo accuratissimo Opere prænotato: *Codex Canonizat.* edito Romæ An. 1729. *in fol.* in suis notis ad *Const.* 108. *pag.* 183. prædictam a nobis editam Turibianam Historiam vindicat hisce verbis: *Denique anno superiori* 1727. *primùm hîc Romæ prodiit Limani Præsulis*, S. Turibii, *Vita, olim a Francisco Marraccio, clarorum Virorum Hippolyti, & Ludovici Fratre: cumque iis Clerico Regulari Matris Dei, concinnata: cujus editor Fridericus Sarteschius animadvertit Herreram ex hoc Marraccii scripto secum in Urbe communicato, potiora suffuratum, quæ centonibus suis, tanquam purpureos pannos assuerit, itaut Herreræ, & Marraccii laciniæ inter se collatæ facilè dignoscantur. Marraccius autem suam Thuribii Vitam ex alia per Antonium Pinellium Hispanicè scriptam, Actisque Beatificationis se decerpsisse testatur.* V.

§. II.

De Francisci Marraccii Operibus Mss.

I. Opera Mss. DE *Vita, & Gestis Joannis Leonardii Lucensis Congregationis Cleric. Regul. Matris Dei Parentis Libri tres. Tom. 1. in* 8. Hujusmodi vita, digna quæ publica luce donetur, in meo Archivio Ms. adservatur. Plura eundem in id argumentum scripsisse supra innuimus, quæ tamen vel interciderunt, vel alicubi condita, ignota latent.

II. Opus non minus labore, quàm ingenio commendatum nobis absolutum reliquit, cui Titulus: ΙΕΡΟΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΩΝ. *Hoc est Sacrarum Transformationum Libri duo & viginti*. Huic Operi Anno 1661. Neapoli finem imposuit. In eo Vetus Novumque Testamentum hexametris carminibus illustratum, quidquid vel ad Latinæ phrasis elegantiam & Poetices venustatem, vel ad sacræ Historiæ veritatem exornandam desideras, reperies. Jam tum fortasse lucem aspexisset, nisi quibusdam scrupulum injecisset argumentum, quod Ovidiano parum absimile, rem sacram non benè decere videatur. Sed huic difficultati solidis argumentis Auctor ipse jam occurrerat. Extat Ms. in nostro Romano Archivio.

III. *Divæ in Porticu Historia & Miracula Libris duobus narrata*. Hanc Historiam Franciscum Marraccium latine scripsisse Hippolytus Marraccius *Par. 1. Biblioth. Marian. pag.* 422. testatur. Præterea stylus ipse Franciscum Marraccium, verum & genuinum esse Auctorem prodit. Extat Ms. in eodem Archivio, cui Auctor adjecit *Vitam Sanctæ Gallæ Patritiæ Romanæ Tom. 1. in 4.*

IV. Teste eodem Hippolyto Marraccio loco mox prænotato idem Franciscus Marraccius carmine heroico concinnavit *Metamorphoseon Marianarum Libros XII.*, e quibus duos tantùm priores se legisse idem Marraccius ibidem asserit; nobis autem eos videre non licuit.

V. *Appendix Epigrammatum addenda jam editis Lucæ*, necnon *Carmina seu parva Poemata XX. diverso metro, varioque argumento, sed sacro, si unum alterumve excipias*. Extant Neapoli Mss. in nostra Bibliotheca S. Mariæ in Porticu Suburb. Plag.

§. III.

ſ. III.

Teſtimonia Virorum Illuſtrium de Franciſco Marraccio.

Juſtus Syncerus a Caſtro Fideli in opere inſcripto: *Stillæ Injuriarum* &c. *contra Petri a Valle-Clauſa libellum*, *excuſo Bulſani An.* 1665. *cap.* 4. hoc Elogio Marraccium noſtrum proſequitur: *Franciſcus Marraccius multiplici virtute illuſtris An.* 1662. *die* 6. *Auguſti vita functus eſt Neapoli, editis in Vita, & poſt mortem relictis editioni paratis non paucis tùm verſu, tùm proſa ſui ingenii monumentis.* I. Laudes.

P. Sebaſtianus a Conceptione Ordinis S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum in Compendio Vitæ S. Raymundi Nonnati edito Romæ 1665. inter Viros illuſtres, qui eundem S. Raymundum ſcriptis ſuis commendarunt, Franciſcum Marraccium reponit, ejuſque Epigramma in ejuſdem S. Raymundi laudem editum, exſcribit. II.

Anonymus in ſuis additamentis Præfationi Operis Ludovici Marraccii prænotati: *l' Ebreo preſo per le buone*, adjectis, de eodem Marraccio hæc habet: *Il P. Franceſco Marracci famoſo per le belle Lettere, e Poeſie Sacre, tra le quali è molto coſpicua l' Opera d' un groſſo volume intitolata*: Metamorfoſi Sacre. III.

In Libro Mortuorum Collegii noſtri Neapolitani S. Mariæ in Porticu ad Ann. 1662. *pag.* 70. de eo, hoc legitur Elogium: *An.* 1662. *die* 8. *Menſis Auguſti P. Franciſcus Marraccius Sacerdos Profeſſus Congregationis Matris Dei, ætatis ſuæ* * 47. *in hac Domo S. Mariæ in Port. Plagiæ in communione S. Matris Eccleſiæ animam Deo reddidit; cujus corpus eodem die ſepultum eſt in Eccleſia S. Mariæ in Porticu Plagiæ, P. Petro Argaglietto ejus Confeſſario confeſſus die* 6., *ſanctiſſimoque Viatico refectus, & ſacri olei unctione roboratus etiam eodem die. Vir planè propter doctrinam, ac pietatem æterna memoria dignus.* IV. * L. 45.

Ex Codice noſtri Romani Archivii non ſemel laudato hæc pariter deſcripſimus: *E' mancato queſt' Anno* 1662. *alli* 5. *d' Agoſto nella Caſa di Chiaja il P. Franceſco Marracci d' anni* 45. *e* 30. *di Congregazione* . . . . *Diede alle ſtampe un Libro di varj Epigrammi, ed Odi ſtimato dagl' Intendenti, molto elegante e ſpiritoſo; ed in oltre ſtampò in diverſo metro tutti li Cantici del Vecchio e nuovo Teſtamento; opera ſtimata per la nobilità del Verſo molto* V.

 ſingo-

singolare. Hà lasciato scritte diverse composizioni in Prosa, ed in verso latino, cioè Orazioni, Elegie, e Poemi, la vita scritta in latino di diversi Servi di Dio morti ne i nostri tempi con opinione di santità, e sopra tutto un' Opera, ove hà faticato molti anni, assai voluminosa, intitolata: Sacre Metamorfosi *in verso latino. Fù Padre naturalmente amico della solitudine, nella quale continuamente si impiegava ò in Orazione, ò in studio, zelante dell' osservanza, di poche parole, e di una verecondia, e modestia tale, che denotava in esso gran purità, e pareva più propria d'un Fanciullo, chè di Uomo dotto, e provetto, com' egli era &c.*

NOTÆ.

HUcusque memoratus Codex Franciscum Marraccium Nonis Augusti obiisse refert. Justus Syncerus a Castro Fideli, VIII. Idus; Liber mei Archivii inscriptus: *Registro de' nostri Morti* VII. Idus; Liber verò Mortuorum S. Mariæ in Porticu Neap. VI. Idus Augusti supremum diem clausisse tradit. Nos Ms. Neapolitano S. Mariæ in Porticu supra relato, adhærere tutius judicavimus: quia ibidem Marraccius ex hac vita decessit, proindeque ejus emortualem diem VI. Idus Augusti ejusdem anni 1662. contigisse in Vitæ Synopsi diximus.

ART.

ART. XXVIII.

De Balthassare Guinisio.

BAlthassarem Guinisium Lucæ illustri prosapia natum An. 1588., piisque monitis nostri Cæsaris Franciotti, ac singulari Deiparæ ope adjutum, a sæculi amore avulsum diffusè scribit Maximilianus Deza in Vita ejusdem Franciotti. An. MDCVI. Deo se in Congregatione nostra devovit, atque Romæ sub ipsius V. P. Joannis Leonardii Disciplina tyrocinium peregit. In Congregatione Annos LX. magna cum doctrinæ pietatisque laude vixit. Guidiccionius Lucanus Antistes omnia penè suæ Diœcesis negotia Guinisii nostri prudentiæ commendaverat. Ea in Civitate Examinator Synodalis, idque munus Neapoli pariter obivit, Diœcesis Visitator atque Monialium moderator constitutus, accuratissimè injuncta sibi munera explevit. Missiones, concionesque Quadragesimales cùm Lucæ, tùm Neapoli maximo animarum bono sæpè habuit. Ter Rectoratum gessit. Jejunium panis & aquæ illi familiare, ætate licèt ingravescente, ad vitæ extremum usque constanter servavit. Annis meritisque cumulatus è mortali hoc carcere exivit XVI. Kal. Martii *1666.* ætatis suæ 78.

I. Vita ex Cod. nostri Rom. Arch. num. 45. Lib. 2. pag. 3. pag. 80.

Marraccius *Par. 1. Biblioth. Marian. pag.* 178. litteris mandavit Balthassarem Guinisium inter alia Italicè scripsisse *De Mancipiis B. Virginis opusculum* 1.

II. Scripta.

Idem Auctor ibidem: *Balthassar Guinisius*, inquit, *nostræ Congregationis Clericorum Matris Dei Sacerdos, natione Italus, Patria Lucensis, illustri familia natus; Aloysii Cajetani Eminentissimi S. R. E. Cardinalis olim Theologus, & in Curia Episcopatus Lucensis, atque Archiepiscopatus Neapolitani Examinator Synodalis. Vir vivido ingenio, & in Philosophicis & Theologicis studiis, quæ etiam cum laude professus est, nobiliter eruditus .... Vivit usque hodie Lucæ, nostræ Domus Lucensis Rector, & totius Congregationis Vicarius Generalis anno, quo hæc scribimus*, 1646.

III. Laudes.

Deza in Franciotti Vita de eo hæc Posterorum memoriæ tradidit. *Fù Baldassare Guinigi fervoroso, & infaticabile operario della Congregazione .... L'abbiamo noi veduto già settuagenario esercitarsi, come Giovane di prima uscita, nelle più laboriose Missioni, frequentare i digiuni di pane, ed acqua, che da primi tempi intraprese; predicare due volte il giorno in luoghi molte miglia distanti; e finalmente dopo sessant' anni di perseveranza nella Religione, ne hà lasciate l'esemplari memorie d'una puntuale osservanza, d'un' affetto*

IV. Lib. 2. cap. 3. pag. 80. & 83.

to sviscerato, e sempre invariabile al publico bene della medesima Congregazione, e d'un zelo ardentissimo contro le offese di Dio, che egli senza rispetto con gran vigore, & autorità riprendeva.

V. Ludovicus Marraccius Senior in suo Ms. *Delle memorie di alcuni Padri della nostra Congregazione*, de eodem pariter cum laude scribit.

NOTÆ.

HOc An. 1666. Æmilius Mansi Lucensis, Congregationis nostræ Professor edidit Lucæ Orationem suam hoc Titulo inscriptam: *Orazione di Emilio Mansi Chierico Regolare della Religione della Madre di Dio, Predicatore della Cattedrale, detta dal medesimo avanti l'Eccellentissimo Magistrato della Republica di Lucca in occasione di dover spiegare il Vangelo del primo Sabbato di Quaresima. In Lucca appresso Giacinto Paci 1666 in 4.*

Huic loco, Scriptori tunc nostro, sedem constituere judicavimus, ut scriptorum nostrorum series sarta tectaque servetur. In tabulariis nostris ejus nomen, post annum 1669. non recensetur ampliùs, quoniam alij Religiosæ Familiæ adscribi voluit.

ART.

A R T. XXIX.

De Marco Grossio.

INter eximios hujus Congregationis nostræ Sæculi I. Concionatores Marcus Grossius jure merito accensendus videtur. Ortus I. Vita ex eod. is Lucę honesto genere 1594. Congregationi nostræ 1612. se adjunxit. Cod. num. 50. In Tyrocinio V. P. Joannem Baptistam Cionium Magistrum habuit; quo Institutore altissima jecit virtutum omnium fundamenta. Philosophicis atque Theologicis disciplinis optimè instructus, Romæ primùm, deinde Lucę pluribus annis laudabiliter Rethoricam docuit. Epileptico morbo dirè vexatus, cum ad sacros Ordines accessum habere non posset, meritis ejusdem V. P. Joannis Baptistæ Cionii adeo liber evasit, ut deinceps per annorum ferè 36. cursum nunquam ab eodem morbo fuerit exagitatus.

Sacerdotio initiatus anno 1632. statim suis apostolicis concionibus, peccato sæculique pompis bellum indixit; quod munus II. Lucę ad extremum usque magna auditorum frequentia exercens, multos a sæculi amore avulsit, vitia compressit, Mundi vanitates a suis civibus eliminavit, omnibus ad Cœlestem Patriam tutum iter aperuit, sibique magnum nomen comparavit. Licèt autem sæpè, etiam quater in die conciones haberet; nihilominus magno populi studio, frequentia, ac fructu audiebatur. In dicendo Sacræ Scripturæ majestatem ob oculos habens, sensui germano & juxtà Sanctorum Patrum Ecclesiæque expositionem unicè adhærebat. A peregrinis atque ut plurimùm ex arbitrio confictis interpretationibus, quæ Sacram Scripturam ipsam commaculant, quæque a nonnullis hac etiam nostra ætate avidè usurpantur, Grossius noster semper abhorruit. Ante concionem mos illi erat corpus suum flagris diverberare; ut quæ auditoribus suis proponebat, eorum animis, Deo adjuvante, imprimerentur.

Sexennio Lucensi Collegio præfuit; quo in munere ejus pru- III. dentia ac mansuetudo plurimùm effulsit. Non levibus persecutionibus impetitus, magna animi constantia semper eas pertulit. Somnus illi vix ad necessitatem. Pauperum Pater &. habebatur, & erat. Adeo humilis, ut consilium vel a novissimis capere haud recusaret. Caritate, obedientia, proprii Instituti observantia, atque Oratione commendatus, non obscurè suæ mortis die prænunciato, sanctissimo fine, Lucę animam efflavit VIII. Idus Augusti 1669. ætatis suæ 76. Ad Defuncti cadaver invisendum tota penè Civitas confluxit. Ipse Reipublicæ Vexillifer, cum interdiu e

pu-

publicis Magistratus ædibus discedere sit legibus vetitum, noctu mortuum Corpus piè invisit. In Ecclesia *Del Suffragio* nuncupata, in qua XX. Ann. singulis secundis feriis conciones habuit, grati animi ergo, ipsius exequias Oratione funebri, nobilique pompa decoratas fuisse, litteris mandatum legimus. A morte statim illius Effigiem undique pii omnes sibi depingi curarunt. Apud Nostros æreis formis excusa conspicitur, sub qua verba hæc leguntur:

P. MARCUS GROSSIUS LUCENSIS
E CONGREG. CLER. REG. MATRIS DEI
OBIIT LUCÆ AN. SALUT. MDCLXIX.
ÆTAT. LXXVIII. DIE VI. AUGUSTI.

IV. Subter aliam pariter ejusdem Venerabilis Patris Iconem, quæ Lucę in nostro Collegio videtur, Beverinius noster hanc apposuit Inscriptionem: „ P. Marcus Grossius Lucensis honesto loco natus „ a prima ætate ad ultimam senectutem vixit in Congregatione „ Matris Dei magna opinione probitatis. Fuit Vir antiquis mori- „ bus, & prisca sinceritate. Orationi, & studiis pertinaciter ad- „ dictus. Semper aliquod eximium aut agens, aut meditans. „ Temporis parcissimus, silentio ac solitudini maximè deditus. „ Laborum patientissimus, & aliis alios intexens, die noctuque „ irrequietus. Multus in agendo, verborum parcissimus, nihil „ de se cogitare, nihil loqui. Pauperum verè Pater, erga quos „ tenerrimè afficiebatur. Patriæ maximus amator, publici boni „ studiosissimus ac insigni erga subjectos mansuetudine. Præcipuè „ autem ejus virtus in concionibus ad populum emicuit, habi- „ tusque est ut nomine sic eloquentia Sacer Tullius. Magna illi „ verborum copia, magna gravitas sententiarum, quibus pietatis „ amorem, & apostolicam libertatem egregiè conjunxit. Sacræ „ Scripturæ peritissimus, eamque non tam scire, quàm memoria „ tenere videbatur. Multitudo concionum, quas habuit, vix nu- „ merari potest. Totos viginti annos singulis feriis secundis in „ Ecclesia suffragii oravit. Vix ullum templum vel in urbe Lu- „ censi, vel extra reperies, in quo pluries non fuerit concio- „ natus. Sæpè una concione gradum alterius fecit, sæpè extem- „ poraneè dixit, sæpè quater eadem die; ut calculo minùs dili- „ genti vel septem circiter concionum millia habuisse credatur: „ & quod in eo fuit admirabile, cum annos triginta tres apud „ eosdem dixerit, semper cum laude auditus est. Obiit senex im- „ mortalitate dignus Lucę calculi morbo VI. Aug. MDCLXIX. æta- „ te LXXVI. lacrymis omnium tanquam publicus parens defletus.

§. I.

§. I.

De Marci Grossii Operibus editis.

Supplemento alli Santi pensieri del Ven. P. Gio: Battista Cioni. In Lucca per Pellegrino Bidelli 1653. *in* 24. Hoc in Opusculo Grossius habet pia meditamenta a Dominica decima post Pentecosten, ubi desinit Cionius, ad Sabbatum usque vicesimæ quartæ Dominicæ post Pentecosten. I. Opera edita.

Lucensium pietas in Jesu Christi Cruci affixi Imaginem, quam vulgò Vultum Sanctum dicunt. Lucæ typis Francisci Marescandoli 1655. *in* 12. II.

Discorso fatto nella Chiesa del Suffragio il giorno dopo la coronazione del Volto Santo l'Anno MDCLV. Iisdem typis 1655. *in* 12. III.

Meditazioni e Soliloquj per prepararsi alla Santissima Communione per i Defonti per i Lunedì di tutto l'Anno. In Lucca per Francesco Marescandoli 1658. *in* 24. IV.

§. II.

De Marci Grossii Operibus Mss.

De Vita & Gestis Joannis Baptistæ Cionii. Hujus Ven. Cionii Vitæ stylo satis exculto conscriptæ Marcum Grossium verum esse Auctorem in notis inferius apponendis aperiemus. I. Opera Mss.

Oratio in funere Octavii S. R. E. Cardinalis Bandini Congregationis nostræ Protectoris. II.

Rethoricæ facultatis Tractatio, tribus Libris comprehensa: III.

Lezioni sopra Giob, Tobia, e Giosuè Tom. VII. Laudantur a Vinciolo in sua Epistola exscripta in Ephemeridibus Venetis An. 1725. *Tom.* 37. *pag.* 275. IV.

Scripsit etiam teste Marraccio *in laudem B. Mariæ Virginis, præsertim pro Festo ejus ad Nives Orationes, Poemata, atque Epigrammata plurima; sed quod dolendum*, subjungit idem Marraccius, *adhuc inedita, brevi tamen, ut speramus, summisque expetimus votis, in Litteratorum ac Marianorum cultorum gratiam publicanda; in quibus magnum ejus elucet ingenium, varia eruditio, stylus elegans, vena dives*. Sed concepta, quam de prædictis editionibus Marraccius habuit, expectatio ipsum fefellit. V. Part. 2. Biblioth. Marian. pag. 82.

Demum ex Codice in margine notato habemus eundem Gros- VI.

Grossium Casuum notabilium, qui sua ætate obvenerunt, quique Divinam Providentiam in hominum gubernatione luculenter patefaciunt nobis accuratam collectionem reliquisse.

§. III.

Testimonia Virorum Illustrium de Marco Grossio.

I. De XII. Doctis. Lucens. Viris Cong. Matris Dei num. II. * L. 1594. Hyacinthus Vinciolus in sua non semel prælaudata Epistola: *Marcus Grossius*, ait, *modo sese offert & ipse dignus Elogio. Natus est anno* * 1584. *honesto quidem genere, & in Religionem ingressus est anno* 1612. *obiit verò anno* 1669. *Hujus Orationes Sacræ in Ecclesia præsertim SS. Suffragii habitæ adeo Auditoribus satisfacere visæ sunt, ut iteratos ex ipso suggestu plausus exegerint. De animi dotibus, quibus vitam peregit omnibus numeris absolutam, plura, & exactè conscripta habentur apud Vannium in funebri Oratione, quam in ejus laudes in eadem SS. Suffragii Ecclesia recitavit. At etiam ex ejus scriptis, typis impressis, habemus quanti hunc virum facere oporteat.* Recenset hic ejus opera edita superiùs descripta, & deinde subjungit: *Hujus etiam inedita extant eruditæ Lectiones super Job, super Tobiam, super Josue, quæ asservantur collectæ in tomis septem*; nosque supra suo loco percensuimus.

II. Ephemerides Venetæ An. MDCCXXV. *Tom.* XXXVII. *pag.* 275. memoratum Vincioli testimonium reportant, quod, ne eadem verba repetamus, ultrò omittimus.

III. Part. 2. pag. 82. Marraccius in sua Bibliotheca Mariana hoc præconio illum prosequitur: *Marcus Grossius nostræ Congregationis Matris Dei Sacerdos, natione Italus, Patria Lucensis; Vir liberaliter eruditus, Græcè & Latinè doctus, soluta, vinctaque oratione promptus; meus olim in humanioribus litteris doctor, atque institutor: qui Lucæ facultatem Oratoriam per multos annos feliciter docuit, Lucensemque Juventutem unà cum pietate, in arte dicendi, cæterisque politioribus instituit, ac perpolivit, magna charitate, magna industria, magno fructu; ejus enim opera, atque institutione factum est, ut permulti ejus discipuli, abjurata mundi vanitate, ex turbulentis hujus sæculi fluctibus, sese in tutissimum sacrarum Religionum portum intulerint; aliique præterea multi vitam Christiano homine dignam in sæculo traduxerint magno Reipublicæ bono .... Vivit adhuc Lucæ; multisque in rebus utilem operam impendens, Divinæ gloriæ servit anno, quo hæc scribimus*, 1646.

Be-

Beverinus *Epigram. XIV. de immortalis memoriæ Viro P. Marco Grossio* sic cecinit: IV. Pag. 142.

Magne Pater, Latio tellus quo sospite Tusca
Invidit prisci non Ciceronis opes.
Aurea facundo cui vena fluebat ab ore,
Et totidem gemmæ verba loquentis erant.
Cui sancti mores, & nunquam expleta laborum,
Cum magis exundans, tunc magis aucta sitis.
Pes claudis, cæcis oculus, solamen egenis,
Consilio miseris utilis, ære, manu.
Quem Patriæ amissum, libertatisque Parentem
Deflevit lacrymis libera Luca suis.
Quàm malè posteritas de te meruisse feretur,
Ora quod extincti nulla tabella gerat!
Cui si vel solido vultus penderet in auro
Vel sic, pro meritis non pretiosus erat.
Sacra tamen tacitis in mentibus hæret imago,
Quam livor, quam non deleat ulla dies.
Quin etiam tabulis, omnique perennius ære,
Hoc simulachrum illi ponit amica manus.
Præbuit eximios virtutibus ipse colores,
Inventrix operis Gratia, pinxit Amor.

Et Epigram. xv. *In ejusdem postea Imaginem*:

Hinè sacri vultus? hæc est venerabilis oris
Canities, quæ vel mortua, numen habet?
Hic ille est Marcus, gentis laus maxima nostræ,
Quo simul extincto gloria nostra jacet.
Agnosco sanctæ veneranda insignia formæ,
Hoc unum excipias, quod sacra lingua tacet.
Sic oculos, sic ille genas, sic ora ferebat,
Dicentem poterit fingere nulla manus.

De eo pariter præclarè scribit *Epigrammat.* xxxiii. & xlviii.

Alexander Trenta in Vita ejusdem Beverini hoc Grossium illustrat Elogio: *P. Marcus Grossius, ut nomine ità eloquentia M. Tullio non absimilis. De eo in picta illius imagine, quæ inter cæteros illustrium nostræ Congregationis Virorum in Aula Collegii Lucensis asservatur, ità Beverinus scripsit: P. Marcus Grossius* &c. cujus verba supra *Art.* xxix. *num.* iv. retulimus. V.

VI. Pag. 13. In Codice Lucano nostri Collegii S. Mariæ Curtis Orlandingorum hæc pariter legimus: *Marcus Grossius receptus fuit inter nostros Clericos die 22. Octobris 1612. . . . . Decessit Lucæ die 6. Augusti 1669., quive post innumeras ferè conciones, & sermones verbi Dei habitos tùm Lucæ, tùm alibi omnium sibi animos devinxerat vivus, mortuus omnium lacrymas promeruit post suæ ætatis tertium supra septuagesimum.*

VII. Demum de eo eximiè scribunt Ludovicus Marraccius Senior in suo Codice Ms. *Delle memorie di alcuni Padri della nostra Congregazione*, Beverinus in suis Carminibus Italicis *pag.* 21. 11. edit. nec non Ludovicus Marraccius Junior in Vita Cionii *lib.* 3. *cap.* 10. *pag.* 244.

NOTÆ.

I. Codex Lucanus supra relatus Marcum Grossium ætatis suæ An. 73. obiisse prodit. Inscriptio ejusdem Iconi adjecta habet 78., sed cum natalem ejus diem e Tabulario Archivii P. Generalis in An. 1594. retulerimus, atque 1669. obierit, compertum habemus extremum diem clausisse ætatis suæ septuagesimo sexto necdum absoluto. Huic supputationi suffragantur Beverinus in Grossii Elogio superius exhibito, Ludovicus Marraccius Junior, qui in Vita Cionii *lib.* 3. *cap.* 10. *pag.* 245. hæc de illius obitu scripsit: *Passò da questa all' altra vita, per ricevere il premio delle sue fatiche, quest' Uomo veramente Apostolico, alli 6. d'Agosto del 1669. in età d' anni 76. come Padre di tutti con lagrime universali compianto*; necnon Codex nostri Romani Archivii *num.* 50. qui pariter hæc habet: *Mancò in quest' Anno 1669. alla vita presente il P. Marco Grossi Lucchese alli 6. d'Agosto in età di 76. anni, e di 57. di Congregazione*. Corrigendus igitur est Codex Lucanus, corrigenda Inscriptio Effigiei Grossii æreis formis incisa, atque loco ... 73. vel 78. substituendus An. 76. Castigandum pariter occurrit Vincioli testimonium supra exscriptum, Grossii ortum in annum 1584. reportans. §. 3. num. 1.

II. Inter ejusdem Grossii opera Mss. illi adjudicavimus Vitam Ven. P. Joannis Baptistæ Cionii latinè conscriptam, & in duos Libros distributam, quam in nostro Romano Archivio Ms., & anonymam invenimus; neque id ex arbitrio, sed gravibus ducti momentis asseruimus: quæ negligenda hic haud sunt. Primum est quòd hujus vitæ scriptor se Cionio supparem, illumque vidisse non uno in loco ibidem testatur: Grossium autem nostrum, Cionium vidisse, eumque in

in tyrocinio Magistrum habuisse supra in ejus vitæ synopsi *num.* 1. notavimus. Secundùm Hippolytus Marraccius Marci Grossii Auditor *Part.* 1. *Biblioth. Marian. in Joanne Baptista Cionio*, hæc litteris mandavit: *Ejus verò vitam*, nempe Cionii, *luculento sermone scripsit P. Marcus Grossius nostræ Congregationis*. Igitur Cionii vita, quam Ms. habemus, cum luculento sermone concinnata sit, nullumque sibi vindicet parentem, Grossio jurè merito adscribenda est. Tertium demum & ineluctabile argumentum ex opere Ms. ejusdem Marraccii prænotato: *Religiosi Mariani, in Joanne Baptista Cionio* desumimus. Eo in libro Marraccius [illegible] Cionii pietatem in Deiparam commendat; a quo ea quæ ibi scribit, acceperit, testatur hac marginali notula: *P. Marcus Grossius in ejus vita Ms.* Deinde percensendo singulares Cionii erga Deiparam Virtutes, excribit ad verbum ab his: *Quoties Angelicæ salutationis* &c. usque ad hæc verba *manum ori admovens osculabatur*: eademmet quæ Grossius in Cionii vita *lib.* 2. *pag.* 69. & 70. habet. Argumento ergo est Grossium hujus Cionii vitæ verum germanumque esse Auctorem. Quapropter ne sua fraudaretur laude, quam ex animi demissione refugit, eidem vitæ Ms. Marci Grossii nomen consultò adjecimus.

ART.

A R T. XXX.

De Prospero de Prosperis.

I. Vita ex Cod. nostri Rom. Arch. num. 54.

PRosper de Prosperis Lucensis, vir sanguine, atque egregia virtutum omnium exercitatione clarus. Natus is est XI. Kal. Januarii Anno sæculari MDC. Absolutis primis Religiosæ vitæ probationis annis, studiisque ritè confectis, Romæ An. 1656. peste infectis, ea qua flagrabat caritate impulsus potissima Christianæ pietatis adjumenta suppeditavit. Sex annis Romæ Rectoratum gessit. Neapoli cum rerum temporalium cura illi demandata esset, præclarè munus illud exercuit; ac semper sui similis, licèt aliis occupationibus distentus, nihilominus toto in Deum corde ac mente ferebatur. Ibidem non obscurè suæ mortis die prænunciato, de repente sublatus obiit III. Kal. Septembris An. 1673. Agebat an. 73. Congregat. 55.

II. Scripta.

Reliquit nobis Ms. vitam venerabilis memoriæ P. Dominici Tuccii Congregat. nostræ Rectoris Generalis IV. summa diligentia ac fide ab ipso Italicè conscriptam, quæ in nostro Romano Archivio servatur, licèt non omninò absolutam. Fortasse ipse eam absolverat; sed autographum intercidit. Hanc verò vitam a Prospero de Prosperis exaratam, ex hac marginali nota *P. Prosper de Prosperis in ejus Vita*, adjecta a Marraccio lib. prænotat. *Religiosi Mariani in Dominico Tuccio pag.* 709. non falsò colligimus. De hoc viro certè sua laude digno, nullum quidem elogium reperire, ut in votis erat, potuimus.

ART.

A R T. XXXI.

De Operibus Mss. & Anonymis quæ in nostra Romana Bibliotheca & Archivio adservantur.

AD calcem Scriptorum, qui primo Congregationis nostræ sæculo inclaruerunt, nonnulla opera Anonyma, sua certè laude digna, quæ in nostris pluteis Mss. jacent, reponere instituti nostri partes esse putamus. Quamvis autem Nostrorum genuinos fœtus, ea esse certò affirmare non possimus, cum nulla, maxima quidem Nostrorum incuria, ad id probandum certa monumenta suppetant; nihilominus quia in nostris scriniis locum habent, quisque conjicere potest a Nostris illa si non omnia, saltem complura elucubrata fuisse; potissimùm cum nonnulla alia Auctorum nostrorum opera, nos suppr o nomine reperisse, suisque Auctoribus restituisse jam supra in notis planè ostenderimus. Hæc in antecessum lectoribus indicare voluimus, ne si fortè aliqua inter Mss. quæ hic anonyma referimus, Nostrorum haud esse fœtus quisque repererit, minus attentos in Nostrorum operibus colligendis nos extitisse traducat. I.

De Mysteriis Catholicæ Fidei contra Hæbreos ex Scripturis & traditionibus; ubi etiam super universam Sacram Scripturam varii sensus ad litteram ex Hæbraico fonte seliguntur, unà cum Rabbinorum intelligentiis, & Thalmudicis traditionibus ad Fidem Catholicam confirmandam, & Hæbreorum duritiem confringendam. Tom. 1. in fol. II. Opera Anonyma Mss.

De Hæresibus Tom. 1. in fol. Hoc in opere Auctor, uti ex Præfatione videre est, primò refutandos sibi proponit Errores Judæorum; II. Græcorum, III. Hæreses quas referunt Augustinus & Isidorus; IV. Eas, quas Germanus Presbyter Massiliensis recitat; V. Demum quas diversis in opusculis invenit. De hoc opere extat tantùm Tomus 1. in quo exploduntur Errores Judæorum, Græcorum, & Armenorum, necnon hæreses omnes, quæ ad Montanum usque in Ecclesiam irrepserunt. Fortasse Auctor in id argumentum alios Tomos elaboraverat, sed eos mihi videre non licuit. III.

Che per la sola Tradizione consta la vera Concessione delle Indulgenze. Tract. 1. in fol. IV.

In qual modo possa conoscersi la vera Religione. Tom. 1. in fol. V.

De S. Petri Primatu Tract. 1. in fol. Ubi Auctor validissimis ra- VI.

rationibus ex Scriptura, Traditioneque petitis propugnat veritatem Catholicam afferentem folum Petrum fuiffe Univerfalis Ecclefiæ Pontificem, ac proinde S. Paulum non extitiffe Petro Con-Pontificem.

Præterea in mei Archivii pluteis extant infequentia opera Mss. & anonyma.

VII. *Dottrine de' Moderni Contemplativi con alcune Note pofte per avvertire gl' Errori, che fe ne poffono apprendere. Tom.* 1. *in fol.* Hoc in Opere Auctor Catholicam de Myftica, feu Oratione mentali tradit doctrinam, contra venenofos Errores, quos etiam folidè explodit, Malævallis in fuo Libello prænotato: *Pratica facile in forma di Dialogo per inalzare l'Anima alla Contemplazione* edito Venetiis An. 1675. Michaelis de Molinos in fua *Guida fpirituale* evulgata Romæ eodem anno 1675., Fr. Joannis Falconii, *Lettera fcritta ad una Figliuola fpirituale* impreffa Romæ anno 1673.; Joannis Antonii Solazzi: *Modo facile per fare acquifto dell' Orazione di quiete, in Roma* 1675.; nec non Fr. Thomæ Menghini *opera della Divina Grazia in Roma* 1680.

VIII. *Fallacie de' moderni contemplativi intorno all' Orazione Tom.* 1. *in fol.* In quo etiam refelluntur errores figmentaque Illuminatorum, & Beguardorum, &c.

IX. *Catalogo delle Criftiane virtù praticate da alcune fante e Beate Matrone, ed altre Serve di Dio mentre viffero in ftato di Matrimonio Tom.* 2. *in fol.* De hoc opere extant tantùm duo magna volumina, nempe III. & V.

Hæc funt quæ de Scriptoribus Congregationis noftræ Sæculi I. cognofcere potuimus. Plura addidiffemus, nifi fæviffima lues, quæ hoc Sæculo per Italiam graffata eft, multos e Noftris, magna certè rei litterariæ jactura, immatura morte abfumpfiffet.

SCRIPTORUM CONGREGATIONIS CLER. REGUL. MATRIS DEI

SÆCULI I.

FINIS.

DE

DE SCRIPTORIBUS
CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM MATRIS DEI
SÆCULI II.

Quod eſt ab Anno Chriſti MDCLXXIV. ad MDCCLXXIV.

NUnc agere aggredimur de nostris Scriptoribus, qui supra recensitos subsequuntur, & ad nostram usque ætatem pertinent. Isti sanè non minus uberem, quàm prælaudati, scribendi materiem nobis suppeditant; cum nonnulli ex recentioribus (sive Opera quæ exararunt, sive doctrinam, ac eruditionem quam præseferunt, perpendamus) superiores nisi antecellere alicujus judicio sint dicendi, æquare profectò videantur.

DE

DE SCRIPTORIBUS *CONGREGATIONIS* CLERICORUM REGULARIUM MATRIS DEI,

Qui

SÆCULO II.

Quod eſt ab Anno Chriſti MDCLXXIV. Ad MDCCLXXIV. floruerunt.

CAP. II.

DE Hippolyto Marraccio, Jacobo Capriolo, Joanne Baptiſta Tinellio, Hieronymo Florentinio, Joſepho Jobbio, Franciſco Guiniſio, Vincentio Dinellio, Frigidiano Elici, Bartholomæo Beverino, Fulgentio Marraccio, Coſma Bellinzanio, Guillelmo Burlamacchio, Didaco Minutulo, Hieronymo Balbanio, Ludovico Marraccio, Davino Guiniſio, Peregrino Pellegrini, Maximiliano Deza, Franciſco Lena, Franciſco Maria Campioni, Ber-

nardino Pierotti, Friderico Orſucci, Hieronymo Conti, Matthæo Giannini, Joanne Bernardinio, Joanne Baptiſta Cola, Franciſco Maria Grammatica, Joanne Thoma Baciocco, Conſtantino Manfredi, Joſepho Sardi, Dominico Perroni, Alexandro Trenta, Vincentio Juliانio, Ludovico Marraccio juniori, Alexandro de Podio, Antonio Tomaſio, Cæſare Trenta, Conſtantino Roncaglia, Vincentio Maria De Nobilibus, Antonio Sbarra, Angelo Benedicto Brignole, Henrico Burlamacchio, Petro Simone Schiava, Quintino Roncaglia, Carolo Roncaglia, Aſcanio Arnulfinio, Sebaſtiano Paulio, Gabriele Crammatica, Alexandro Pompejo Berti, Hieronymo a Porticu, Franciſco Franchio, Petro Maria Puccetti, Dominico Maria De Nobilibus, Septimio Bruni, Jo: Dominico Manſio, Thoma Maria Arrigonio, Laurentio Maria Zignaigo, Carolo Antonio Erra, Joſepho Maria Priani, Joſepho Franciſco Fontana, Benedicto Verrini, Fabio Marchini, Clemente Nencetti, Curtio Reginaldo Boni, & Dominico Monti.

ART.

ART. I.

De Hippolyto Marraccio.

Hippolytus Marraccius Lucenſis, ex honeſtis piiſque parentibus natus eſt xv. Kal. Februarii An. MDCIV. A noſtro Marco Groſſio in liberalibus Diſciplinis Lucæ optimè inſtructus, pietatem cum litteris impenſiùs excoluit. Illius conſcientiam moderabatur P. Sanctes Gallicanus, vir omnium virtutum ornamento clarus. Hic, Hippolyti non tam ingenio, quàm pietate innocentiaque allectus, optabat ad religioſam ſui Inſtituti vitam eum perducere; cumque rem ſedulò BB. Virgini commendaſſet, factum eſt, ut Hippolytus, licèt ad cœnobiticam vitam animum minus propenſum haberet, mutata extemplò ſententia Congregationi noſtræ ſeipſum adjecerit. Igitur VIII. Idus Januarii anno milleſimo ſexcenteſimo viceſimo primo Lucæ religioſa veſte a V. P. Joanne Baptiſta Cionio indutus, ſequenti die Romam ad tyrocinium peragendum miſſus eſt; eoque magna cum laude expleto, XVIII. Kal. Majas An. 1623. ſolemnia vota ritè nuncupavit. Lucam deinde reverſus, ibidem ſecundæ probationis tempus, quod ad Sacerdotium uſque protenditur, peregit; atque Philoſophicis, Theologicisque ſtudiis incumbens, haud vulgarem doctrinæ laudem ſibi comparavit. I. Vita ex Ms. Ludovici Marraccii Fratris.

Sacris Ordinibus initiatus, Superiorum juſſu Romam iterum ſe contulit, ubi in hac noſtra Domo S. Mariæ in Campitello primò, ob ſpectatam ejus prudentiam, Conſultoris, & Parochi officio egregiè functus, tandem Rector & primus Aſſiſtens, ſummo Patrum Capitularium conſenſu electus fuit, cum triceſimum quartum ætatis annum vix expleviſſet. Eo in munere omnibus virtutibus, quæ maximè religioſum virum, aliiſque præfectum commendare poſſent, enituit. Expleto Rectoratus ſexennio, ultra quod ſpatium in Præfectura manere nefas, Vicerector, ſeu Vicarius fuit renunciatus, quod munus non minori cum laude adminiſtravit. Pluries deinde, invitus licèt, rectoratum geſſit. Eo tempore, quo Superior cæteris præfuit, in regulari diſciplina cuſtodienda maximè ſollicitus fuit. Si quis in ea, vel minimum deliquiſſet, quamvis in Congregatione veteranus, & præcipuis officiis functus eſſet, liberè ipſum commonebat, corripiebat, &, ſi opus fuiſſet, puniebat: ne ſeniorum licentia impunita, in juniorum exemplum tranſiret. Quamobrem ſub eo mirum in modum obſervantia florebat. Quamvis autem in his eſſet ſeverior, in ſubditorum tamen cura, tam quod ad victum, quàm quod ad reliqua religioſis uſibus neceſſaria, aut convenientia, liberalis ac benignus ſemper fuit. II.

Di-

III. Divinarum atque asceticarum rerum erat studiosissimus. Sacrum singulari cum pietate quotidie celebrabat. Consuetas Communitatis preces sive vocales, sive mentales nunquam, nisi adversa valetudine impeditus, prætermisit; quin etiam illis privatas non paucas addere, consueverat. Cubiculi item erat amantissimus, ex quo, ob solam proximi adjuvandi necessitatem, pedem efferebat. Rari Domo exitus, & plerumque vel ad ægrotos, vel ad Ecclesias, præsertim B. Virginis, vel ad celebriores Bibliothecas, unde ad eandem Deiparam laudandam, suppellectilem sibi compararet. Hinc inter omnes Hippolyti virtutes nulla magis emicuit, quàm in BB. Virginem pietas. Quoties in Ecclesia sibi concionandum foret, de B. Virgine argumenta tractabat. Quoties per rubricas liceret, in ejus honorem, deque ipsa D. O. M. sacrum faciebat. Ejusdem omnes dies festos præcedenti jejunio panis & aquæ, aliisque piis obsequiis recolebat. Inter cæteras autem Deiparæ Festivitates, Immaculatam illius Conceptionem præcipuo semper honore prosecutus est; ejusdemque se acerrimum propugnatorem palàm profitebatur, pro qua tam multa scripsit, ut stuporem pariant.

IV. Porrò ut de Operibus, quæ in illius honorem quadraginta annorum spatio elucubravit, pauca in antecessum loquamur, non semel, ipsemet asserebat, obstupescere se, quòd tam gracili corpore, ac tam imbecilla valetudine, tam multa scribere potuisset; idque se pro miraculo ac intercessione BB. Virginis Dominæ suæ manifestò cognoscere. Extat Indiculus ejusdem Operum sub titulo *Partus Marianus*, Viennæ Austriæ impressus A. 1667. *in* 8. Typis Matthæi Cosmerovii S. C. M. Aulæ Typographi a P. Mariophilo Teresiano collectus, atque evulgatus, in quo Opera ipsius edita septem ac viginti: Manuscripta verò & jam prælo parata, duo supra triginta enumerantur. Verùm multò plura ab eo concinnata fuisse Ludovicus Marraccius ejus Frater in ejusdem vita Ms. ex qua multa hic retulimus, asserit: *Nam*, inquit, *quæ in Bibliotheca S. Mariæ in Campitello tum impressa, tum Manuscripta adservantur, ad centum supra quindecim perveniunt*.

V. Nec B. Virgo scriptoris sui tam pios pro suo honore susceptos labores, parvi pendere visa est; immò eos valdè decoravit, tàm in vita, quàm post mortem illius, celebrem illum apud omnes ferè christianas nationes reddendo, & magnorum Principum illi benevolentiam conciliando; quorum honorificentissimæ ad eum litteræ complures post ejus obitum repertæ sunt. Adhuc eo vivente, publicè in concionibus illius opera plures summis laudibus prosequebantur; nullusque propè reperitur Auctor, qui de BB. Virgine post eum scripserit, quin de illo honorificam mentionem faciat.

VI. Viribus destitutus, meritisque cumulatus, Ecclesiæ sacramentis ma-

magna cum pietate perceptis, XIV. Kal. Junias Sæcularis An. MDCLXXV. Romæ placidè obdormivit in Domino. Compleverat tunc annum ſeptuageſimum primum, & præterea quatuor Menſes, & quindecim dies. Inſequenti die in Eccleſia S. Mariæ in Campitello expoſitus eſt, & poſt conſueta officia ac funebres cœremonias, in loco, a communi ſepulchro, ſegregato, intra ligneam arcam depoſitus eſt. Non enim cenſuerunt Patres illum communi in tumulo poſt mortem collocandum, qui in vita, ſingulari virtute inclaruerat. Ejus vitam & virtutes latino ſermone fuſiùs conſcripſit Ludovicus Marraccius ejuſdem Hippolyti germanus Frater, cujus Ms. in noſtro Romano Archivio adſervatur.

Ipſius effigiem ære inciſam immortalitati Noſtri commendarunt, cui ſubjecta hæc verba leguntur: VII.

P. HIPPOLYTUS MARRACCIUS LUCENSIS
E CONGREGAT. CLERIC. REGUL. MATRIS DEI,
CELEBERRIMUS EJUSDEM MATRIS DEI ENCOMIASTES
ET IMMACULATÆ ILLIUS CONCEPTIONIS
ACERRIMUS PROPUGNATOR
OBIIT ROMÆ DIE XIX. MAII ANNO MDCLXXV.
ÆTATIS SUÆ ANNO LXXII.

§. I.

De Hippolyti Marraccii Operibus editis.

Pontifices Maximi Mariani, ſeu de Romanorum Pontificum erga Mariam Deiparam Virginem ardenti ſtudio, ac pietate. Romæ typis Franciſci Caballi 1642. *in* 8. I. Opera edita.

De Marianæ Coronæ calculis Romæ in Eccleſia S. Mariæ in Campitello aſſervatis Diſſertatio. Ibidem typis Caballi anno 1642. *in* 8. II.

Apoſtoli Mariani, ſeu de ſingulari Sanctorum Apoſtolorum in Mariam Deiparam Virginem pietate. Romæ apud Franciſcum Monetam 1643. *in* 8. Marangonius *Tom.* 2. *Theſauri Parochor. lib.*3. *cap.*8. *num.* LX. falsò ſcribit hujuſmodi opus prodiiſſe Romæ typis Dom. Manelphi An. 1648. III.

Fundatores Mariani, ſeu de ſacrarum Religionum, Congregationumque Fundatoribus Mariæ Deiparæ Virgini ſingulariter addictis, ac dilectis. Romæ ex Typographia Franciſci Caballi 1643. *in* 8. IV.

Bibliotheca Mariana alphabetico ordine digeſta, & in duas Partes diviſa. Qua Auctores, qui de Maria Deiparente Virgine ſcripſere, V.

psere, cum recensione Operum continentur. Ibidem, ejusdemque typis 1648. *in* 8. Marangonius loco mox laudato editionem hanc sub annum 1642. mendosè reponit.

VI. *S. Germani Patriarchæ Constantinopolitani Mariale; quo ejusdem S. Germani de Maria Deipara Virgine Opera omnia, quæ reperiri potuerunt, ex nobilioribus christiani Orbis Bibliothecis collecta, latinè expressa, notisque illustrata continentur. Romæ typis ejusdem* 1650. *in* 8.

VII. *Leonis Imperatoris cognomento Philosophi, seu sapientis Mariale; quo ejusdem Leonis de Maria Deipara Virgine verè aurea ac disertissima monumenta ex Græcis Mss. Codicibus eruta, latinè reddita, notisque illustrata publici juris fiunt. Romæ apud Dominicum Manelphium* 1651 *in* 8.

VIII. *Mariale Isidori Archiepiscopi Thessalonicensis; quo ejusdem Isidori de Maria Deipara Virgine præclara monumenta ex Græco Ms. Codice Bibliothecæ Vaticanæ notisque illustrata legentium oculis exhibentur*. Ibidem apud eundem 1651. *in* 8.

IX. *Lilia Mariana, seu de candidissimis sacrarum Virginum in Mariam Deiparam Virginem & Virginitatis Principem studiis*. Ibidem apud eundem 1651. *in* 8.

X. *Adæ Abbatis Persciniæ, sacri Ordinis Cisterciensis alumni, natione Galli, viri doctissimi, ac disertissimi Mariale; quo ejusdem Adæ de Mariæ Deiparæ Virginis laudibus sermones aurei, ac fragmenta pretiosa ad posteritatis notitiam transmittuntur. Opus hactenus ineditum, perantiquo Codice Pergameno Ms. olim Bibliothecæ Monasterii Casamarii erutum, notisque illustratum. Romæ typis Ignatii de Lazzaris* 1652. *in* 8.

XI. *Reges Mariani, seu de Christianis Regibus in Mariam Deiparam Virginem, Cœli, Terræque Reginam, cultu ac devotione illustribus. Ibidem typis Angeli Bernabò* 1654. *in* 8.

XII. *Purpura Mariana, seu de Purpuratis Patribus Eminentissimis S. R. E. Cardinalibus pietate in Mariam Deiparam Virginem eminentibus*. Ibidem typis ejusdem 1654. *in* 8.

XIII. *Breve Compendio della Vita di S. Raimondo Nonnato dell' Ordine della Madonna della Mercede Redenzione de' Schiavi Cardinale della S. Romana Chiesa, Diacono di S. Eustachio, cavato dalle Chroniche della sua Religione, e da molti altri Autori. In Roma per Ignazio Lazzari* 1655. *in* 8., necnon Mediolani apud Ludovicum Monzam 1656. *in* 8. Hanc verò S. Raymundi a Marraccio nostro conscriptam narrationem, haud multis post editionem annis apertissimo plagio interpolatam fuisse, in notis inferius apponendis, aperiemus.

XIV. *Fides Cajetana in controversia Conceptionis B. Virginis Mariæ ad libram veritatis appensa & nulla inventa*. Opus hoc Florentiæ pri-

primùm editum An. 1655. in 8. deinde Panormi, Lugduni, Bruxellis, Messanæ, Viennæ Austriæ, Cordubæ, Avenioni, Valentiæ atque alibi sæpe recusum. De eo eximia cum Auctoris laude alios inter loquitur Auctor *Pietatis Lugdunensis erga Deiparam Virginem immaculatè conceptam.*

Cæsares Mariani, seu de Christianis Imperatoribus in Deiparam Virginem Mariam singulari pietatis ac venerationis cultu præcellentibus. Romæ typis Angeli Bernabò 1656. in 8. XV.

De Diva Virgine Copacavana in Peruano novi Mundi Regno celeberrima. Ibidem apud Hæredes Colinii 1656. in 8., neutiquam An. 1696. ut scribit Marangonius loco supra prænotato. XVI.

Antistites Mariani seu de Catholicæ Ecclesiæ Episcopis, Archiepiscopis, ac Patriarchis præcipuo in Mariam Deiparam Virginem amore præcellentibus. Ibidem typis Angeli Bernabò 1656. in 8. XVII.

Heroides Marianæ, seu de illustrium Fœminarum Principum in Mariam Deiparam Virginem pietate. Ibidem typis Ignatii de Lazzaris 1659. in 8. Marangonius errore captus asserit A. 1654. Opus hoc primùm evulgatum fuisse. XVIII. Loc. cit.

Principes Mariani, seu de præcipuis Christianorum Principum, infra Cæsares Regesque, in Mariam Deiparam Virginem obsequiis. Ibidem apud eundem 1660. in 8. XIX.

Trutina Mariana, qua auctoritates Sanctorum Patrum, ac Beatorum Virorum, contra Immaculatam Conceptionem Beatiss. Mariæ Virginis ab Adversariis adductæ, benè expensæ, ac ponderatæ, fictæ prorsus, & somniatæ inveniuntur. Plasentiæ Hispaniarum apud Bernardinum Noguès 1660. in 8. XX.

Opus hoc Ludovicus Crespi a Borgia Episcopus Plasentinus Philippi IV. Catholici Hispaniarum Regis apud Alexandrum VII. Pont. Max. in Causa Immaculatæ Conceptionis Orator, Plasentiæ primùm An. 1660. typis evulgari curavit, mutato justis de causis *Hippolyti Marraccii* nomine in nomen *Cryptophili Mariani*. Recusus fuit Bruxellis An. 1662.; & sub nomine Hippolyti Marraccii Viennæ Austriæ An. 1663. in 12. cum tribus ejusdem Auctoris opusculis de Immaculata Conceptione B. Virginis, quorum primum inscribitur

Magister a Discipulo edoctus in causa Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ, seu Adm. R. P. Fr. Thomas Consolius S. Theologiæ Magister, circa quædam quæ de ejusdem B. Virginis conceptu, contra Trutinam Marianam, & Fidem Cajetanam Hippolyti Marraccii, seu Cryptophili Mariani non benè scripsit. ab NN. qui tanti Magistri se minimum profitetur esse Discipulum per epistolam eruditus. XXI.

Secundum: *Excusatio pro libello prænotato: Fides Cajetana;* XXII.

ac pro Opere inscripto : Cajetanus Triumphatus , ac Triumphator in controversia Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ .

XXIII. Tertium vero hunc Titulum præfert : *Meditamenta circa Bullam Alexandrinam , seu Alexandri VII. in favorem Deiparæ Virginis ab originali peccato præservatæ editam .*

Hæc opuscula unà cum Opere inscripto : *Fides Cajetana* in unum collecta Viennæ Austriæ Anno supra memorato 1663. typis Joannis Jacobi Kürner prodierunt .

XXIV. *S. Josephi Hymnographi Siculi Syracusani , Ord. D. Basilii Monachi Mariale ; quo ejusdem S. Josephi de Augustissima Cæli Terræque Regina Deipara Virgine Maria Opera omnia quæ reperiri potuerunt , ex Græcis Mss. Codicibus collecta , Latinè reddita notisque illustrata nunc primò publicantur . Romæ typis Ignatii de Lazzaris 1661. in 8.*

XXV. *Vindicatio S. Catharinæ Senensis a commentitia revelatione eidem S. Catharinæ Senensi adscripta contra Immaculatam Conceptionem Beatissimæ Virginis Mariæ . Puteoli ex Typographia Hæredum Caballi 1663. in 4.*

Hæc S. Catharinæ vindicatio statim post hanc Puteolanam editionem recusa est Lovanii in Belgio ab Antonio Dave, atque hujusmodi encomio Archiepiscopi Mechliniensis decorata : „ Hæc „ vindicatio S. Catharinæ Senensis Auctore Reverendo Admo- „ dum piissimo , sapientissimoque Patre Hippolyto Marrac- „ cio &c. Cum jam Solem Cisalpinum viderit , nec ullus veritatis „ amans ei inviderit , par est, ut etiam hunc Transalpinum videat, „ cum non nisi ad nebulas maculasque dissipandas conducat : nam „ & S. Catharinam Senensem puram a macula cujusdam commenti- „ tiæ revelationis ei imposita , novem benè firmis argumentis „ ostendit , & simul Deiparæ Virginis puritatem , quæ in primo „ Conceptionis momento divinitùs est illi concessa , piè juxtà ac „ nervosè defendit , ac vindicat . Datum Lovanii die 6. Octo- „ bris 1663. „ Idem opus Panormi pariter impressum est An. 1664. *in* 8. & anno insequenti ab Ambrosio Maja in Italicam linguam translatum , ibidem recusum est *in* 12. typis Bossii .

XXVI. *Vindicatio Chrysostomica , seu de S. Joanne Chrysostomo in Controversia Conceptionis B. Virginis Mariæ ab Adversariorum imputationibus vindicato Opusculum ; in quo ipsemet Chrysostomus Immaculatæ Conceptioni B. Virginis nunquam contrarius , sed semper propitius , ac mirè favens fuisse demonstratur . Romæ typis Ignatii de Lazzaris 1664. in 8.*

XXVII. *Alloquutiones pacificæ pro Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione habitæ cum Admod. R. P. Francisco Jansens Elinga Ordinis Prædicatorum Lovanii Philosophiæ Lectore , occasione Operis ab ipso edi-*

editi, de Auctoritate S. Thomæ Aquinatis, in quo eadem Immaculata Conceptio contra Bullam Alexandrinam in favorem Marianæ Præservationis ab originali editam factis protestationi contrariis impugnatur. Bulsani 1664. *in* 12.

Hic autem prætereundum haud est, occasione prædictorum Operum, nempe *Fides Cajetana: Trutina Mariana: Vindicatio S. Catharinæ: Allocutiones pacificæ* &c. insequentia opuscula prodiisse in defensionem propugnationemque nostri Hippolyti Marraccii, quorum primum inscribitur: *Furor Diaboli ob ejus mendacia detecta circa Immaculatam Conceptionem B. Virginis Mariæ* &c. alterum verò prænotatur: *Stillæ injuriarum erutæ ex injuriarum Mari magno* &c. excusis Bulsani *An.* 1665. *in* 8. *apud Antonium Krenier*. Præterea sub nomine Mariani Bonæ Spei S. Theologiæ & J. V. Doctoris legitur Opusculum inscriptum: *Reus innocens in causa Immaculatæ Conceptionis B. Virginis Mariæ, seu Conceptio Immaculatæ B. Virginis Mariæ in P. Hippolyto Marraccio sine crimine criminalis*. Extat in nostra Bibliotheca S. Mariæ in Campitello; & recensetur etiam unà cum aliis supra memoratis Operibus in Catalogo Operum editorum & Mss. ejusdem Marraccii impresso Viennæ Austriæ 1667.

Conceptio Immaculatæ Deiparæ Virginis Mariæ celebrata MCXV. Anagrammatibus prorsùs puris, ex hoc salutationis Angelicæ Programmate deductis: Ave Maria gratia plena Dominus tecum, *a Joanne Baptista Agnensi Cymeo Calvensi, Eminentissimi Principis S. R. E. Cardinalis Julii Rospigliosi Aulico Cæco. Romæ. typis Ignatii de Lazzaris* 1665. *in* 8. Licèt enim Opus hoc non sit nostri Hippolyti Marraccii, illud tamen ipse edendum curavit, narrationemque historicam de iisdem Anagrammatibus, ipsorumque Auctore huic Operi præfixit. XXVIII.

Polyanthea Mariana in Libros XVIII. *distributa, in qua Deiparæ Virginis Mariæ Nomina, & selectiora Encomia ex SS. Patrum, Sacrorum Scriptorum, præsertim Veterum monumentis collecta, juxta Alphabeti seriem, & temporis, quo iidem vixerunt, ordinem disposita, Lectorum oculis exhibeutur. Opus posthumum. Coloniæ Agrippinæ sumptibus Petri Ketteler* 1683. *in fol.*, nec non Romæ ex Typographia Hæredum Corbelletti 1694. Romana hæc editio Opus in XX. Libros distribuit, sed priori non est auctior; immò in hac non legitur Appendix ad Bibliothecam Marianam primæ editioni adjecta. Idem Opus recusum est Coloniæ An. 1727. *in* 4. XXIX.

Appendix ad Bibliothecam Marianam, in qua supra mille Auctores, qui de Ss. Deiparente Maria Virgine scripsere, in prima ejusdem Marianæ Bibliothecæ editione, vel quia tunc nondum scripse- XXX.

 rant,

rant, vel quia tunc nondum inventi fuerant, prætermissi, cum recensione Operum continentur, & nonnulli jam ibi signati, accuratius consignantur. Opus posthumum. Coloniæ Agrippinæ apud Petrum Ketteler 1683. *in fol.* Hanc verò Appendicem, Typographum Polyantheæ Marianæ adjecisse paulo ante diximus. Marangonius in suo *Thesauro Parochorum Tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* LX. eamdem Appendicem inter Marraccii Opera Mss. falsò rejecit.

XXXI. Epistola Nostris data., cujus initium: *Attendamus ad petram unde excisi sumus*, qua ad V. Joannis Leonardii Congregationis nostræ Parentis imitationem, ut Nostri Deiparam impensiùs colant, piè hortatur, eamque Romæ edidit *in* 4., quo anno incertum.

§. II.

De Hyppoliti Marraccii Operibus Mss.

I. *Prophetæ Mariani, seu de Prophetis Mariæ Deiparæ Virginis præcultoribus. Tom.* 1. *in fol.*

II. *Palma Mariana, sive de Sanctis, pro Catholica Fide ac Pietate, Martyrii palma inclytis, qui Mariam Deiparam Virginem singularis venerationis cultu prosecuti sunt. Tom.* 1. *in fol.*

III. *Religiosi Mariani, seu de Religiosorum Ordinum illustribus Viris eximio in Mariam Deiparam Virginem cultu praeminentibus. Tom.* 1. *in fol.*

IV. *Bullarium Marianum, seu collectio Bullarum, Constitutionum, Diplomatum, Breviumque Apostolicorum in honorem, cultumque Mariæ Virginis a summis Pontificibus, seu Sede Apostolica emanatorum. Tom.* 2. *in fol.*

V. *Cœlum Marianum, seu Mariæ Deiparæ cum Cœlis materialibus in nomine, natura, virtutibus, proprietatibus adsimilatio. Tom.* 1. *in fol.*

VI. *Sacerdotium mysticum Marianum, seu Sacerdotis Evangelici dignitas, munus, & officium Mariæ Deiparæ spiritualiter adaptata. Tom.* 1. *in fol.*

VII. *Idea Bibliothecæ magnæ Marianæ historica methodo per singula secula, quibus Scriptores quique vixerunt, digestæ, ac in Tomos* XVI. *juxtà totidem, quæ a Christo nato fluxerunt secula distributæ qua Sanctorum Patrum, aliorumque Scriptorum Ecclesiasticorum præsertim Veterum, de Maria Virgine, ac Dei Genitrice Sacrosancta Opera omnia, quæ reperiri potuerunt, partim ex ipsorum Patrum Scriptorumque Operibus jam editis excerpta, partim verò ex insignium Bi-*

Bibliothecarum antiquis tùm Græcis, tùm Latinis Mss. Codicibus nunquam antea evulgatis fideliter exscripta concluduntur.

Bibliotheca Purpurea Mariana chronologicè digesta, atque in duos Tomos partita, qua Purpuratorum Patrum Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium de Maria Deipara Virgine Opera omnia quæ reperiri potuerunt, partim ex ipsorum Purpuratorum Patrum monumentis jam editis deprompta, partim verò ex insignium Bibliothecarum Mss. Codicibus nunquam antea productis eruta, continentur. VIII.

Mariale S. Joannis Chrysostomi Archiepiscopi Constantinopolitani, quo ejusdem de Maria Virgine Opera omnia quæ reperiri potuerunt partim ex ipsius Chrysostomi Operibus jam editis excerpta, partim vero ex Græcis Mss. Codicibus nunquam antea evulgatis fideliter exscripta, latine reddita, notisque illustrata publicam proferuntur in lucem. Tom. 1. in fol. IX.

Mariale S. Joannis Damasceni Doctoris Ecclesiæ Græcæ sanctissimi, ac disertissimi; quo ejusdem Damasceni de Maria Deipara Virgine Opera omnia quæ reperiri potuerunt magna ex parte ex Græcis Mss. Codicibus adhuc ineditis, atque ex Ecclesiæ Græcæ voluminibus nunquam in latinum traductis deprompta, latinè reddita, notisque illustrata publicam producuntur in lucem. Tom. 1. in fol. X.

Mariale Jacobi Monachi Ordinis S. Basilii, natione Græci; quo ejusdem Jacobi de Maria Deipara Virgine Opera omnia quæ reperiri potuerunt ex Græcis Mss. Codicibus eruta, latinè reddita, notisque illustrata continentur. Tom. 1. in 4. XI.

Mariale S. Andreæ Archiepiscopi Cretensis, cognomento Hierosolymitani; quo ejusdem S. Andreæ de Maria Virgine Deipara, omnia quæ adhuc extare noscuntur ingenii, pietatisque monumenta, partim ex ipsius Operibus jam editis, partim verò ex Græcis Mss. Codicibus nunquam antea evulgatis in unum collecta, latinè reddita, notisque illustrata ad Marianorum cultorum commodum, publicam proferuntur in lucem. Tom. 1. in 4. XII.

Mariale Georgii Nicomediensis Metropolitæ; quo ejusdem Georgii de Maria Deiparente Virgine præclara monumenta e Græcis Mss. eruta, latinè reddita, notisque illustrata, legentium oculis repræsentantur. Tom. 1. in 4. XIII.

Catalogus Immaculatus Marianus quingentorum & amplius Auctorum pietate, & doctrina maximè illustrium, inter quos multi Dominicanorum, qui de Conceptione Immaculata Deiparæ Virginis, vel speciales Tractatus ediderunt, vel eidem Conceptioni Titulum Immaculatæ in suis Operibus addiderunt, servato temporum ordine digestus. Tom. 1. in fol. XIV.

Sancti atque illustres Doctores antiqui pro Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione objecti cuidam Pseudo-Cajetano, falsò omnino in suo ad Leonem X. Opusculò asserenti, nullum Sanctum, nullumque illu- XV.

illustrem Doctorem antiquum pro parte Immaculatæ Conceptionis afferri, nisi a falsariis. Tom. 1. in 4.

XVI. *De Ecclesiastica Marianæ Conceptionis celebritate Opusculum, in quo manifestè ostenditur, Ecclesiam in Festo Conceptionis celebrasse, & celebrare Mariæ Deiparæ Virginis Conceptionem Immaculatam* Tom. 1. in 4.

XVII. *De legitimo Fidelium sensu in Ecclesiastica Marianæ Conceptionis celebritate Opusculum.*

XVIII. *Speculum Opinionis Deiparam Virginem in conceptu labe originaria maculantis; in quo status præsens ejusdem opinionis, ac præjudicia ipsi a Sede Apostolica hactenus illata conspiciuntur.* Tom. 1. in fol.

XIX. *Onomasticon Conceptionis Immaculatæ, in quo ex variis B. Virginis nominibus alphabetico ordine digestis, eadem B. Virgo sine originalis peccati macula concepta comprobatur.* Tom. 1. in fol.

XX. *Tiara Pontificia Mariana Immaculata, seu de summorum Pontificum erga Mariam Deiparam Virginem immaculatè conceptam ardenti studio, & pietate.* Tom. 1. in 4.

XXI. *Vindicatio Tiaræ Pontificiæ ab imputationibus Adversariorum in controversia Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ, seu Romanæ ac Catholicæ Ecclesiæ Pontifices summi ab iis, quæ iidem Adversarii, illis contra Immaculatam Conceptionem B. Virginis imputarunt, manifestè vindicati.* Tom. 1. in 4.

XXII. *Galerus Purpureus Marianus Immaculatus, seu de Purpuratis Patribus Eminentissimis S. R. E. Cardinalibus, pietate in Mariam Deiparam Virginem sine Originalis peccati macula conceptam eminentibus.* Tom. 1. in 4.

XXIII. *Vindicatio Galeri Purpurei ab imputationibus Adversariorum in Controversia Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ; seu Purpurati Patres Eminentissimi S. R. E Cardinales ab iis, quæ iidem Adversarii illis contra Immaculatam Conceptionem B. Virginis imputarunt, manifestè vindicati.* Tom. 1. in 4.

XXIV. *Infula Mariana Immaculata, seu de Catholicæ Ecclesiæ Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis præcipuo in Mariam Deiparam immaculatè conceptam amore præcellentibus.* Tom. 1. in 4.

XXV. *Vindicatio Infulæ sacræ ab imputationibus Adversariorum in controversia Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ, seu Ecclesiæ Catholicæ Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchæ, ab iis, quæ iidem Adversarii illis contra Immaculatam Conceptionem B. Virginis imputaverunt, manifestè vindicati.* Tom. 1. in 4.

XXVI. *Diadema Cæsareo-Marianum Immaculatum, seu de Orthodoxis Imperatoribus in Mariam Deiparam Virginem immaculatè conceptam singulari pietatis, ac venerationis cultu insignibus liber unus.*

XXVII. *Sceptrum Regium Marianum Immaculatum, seu de Christianis Re-*

Regibus in Mariam Deiparam Virginem immaculatè conceptam cultu ac devotione illustribus. Liber unus.

Corona Mariana Immaculata, seu de Christianorum Principum XXVIII.
infra Cæsares Regesque erga Mariam Deiparam Virginem immaculatè conceptam obsequiis. Liber unus.

Vindicatio sacri Ordinis Prædicatorum a vulgi calumniis in con- XXIX.
troversia Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ in duos Libros divisa; in quorum primo Angelicum Doctorem S. Thomam Aquinatem; in secundo verò reliqua præclarissima Dominicanæ Religionis Luminaria, non, ut falsò vulgus putat, immaculatum Deiparæ conceptum oppugnasse, sed eundem, ut evincit veritas, strenuè ac gloriosè propugnasse demonstratur. Tom. 1. in fol.

Vindicatio Cajetana, seu Thomas de Vio S. R. E. Cardinalis Caje- XXX.
tanus in controversia Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ a calumniis vindicatus, adversus Pseudo-Cajetanum quendam, qui ut Cajetani famam inficeret; vel ut suo de Conceptione B. Virginis ad Leonem X. Opusculo auctoritatem conciliaret, sub clarissimo ejusdem Cajetani nomine illud scripsit, atque evulgavit. Tom. 1. in fol.

Cajetanus a veritate triumphatus, ac sui ipsius per suorum XXXI.
errorum retractationem, nobilissimus Triumphator in controversia Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ. Tom. 1. in fol.

Vindicatio S. Bernardini Senensis ab imputationibus Adversariorum XXXII.
in controversia Conceptionis Beatissimæ Virgis Mariæ, seu opusculum in quo idem S. Bernardinus Immaculatæ Conceptioni nunquam adversus, sed semper faventissimus fuisse demonstratur.

Vindicatio S. Joannis Damasceni ab imputationibus Adversario- XXXIII.
rum in Controversia Conceptionis B. Virginis Mariæ; qua idem S. Joannes Damascenus Immaculatæ Conceptionis nunquam oppugnator, sed semper propugnator fuisse ostenditur. Tom. 1. in.4.

Defensio Conceptionis Immaculatæ Deiparæ Virginis Mariæ contra XXXIV.
Constitutiones Pontificias graviter offensæ in quibusdam operibus nuper editis Admodum R. Patris Vincentii Baronii Ordinis Prædicatorum, ex Familia S. Thomæ Tolosana, in qua ipsius Baronii eidem Immaculatæ Conceptioni adversa refelluntur. Tom. 1. in fol.

Calamus Purpureus Marianus seu de Purpuratis Patribus Eminen- XXXV.
tissimis S. R. E. Cardinalibus, qui Mariam Deiparam Virginem scriptis celebrarunt, vel in ejus laudibus calamum exercuerunt, Opusculum chronologicè digestum.

Pentagium Marianum, seu de quinque sanctis nuper a Sanctissimo XXXVI.
D. N. Clemente X. Canonizatis, scilicet S. Cajetano Thienæo, S. Fracisco Borgia, S. Philippo Benitio, S. Ludovico Bertrando, & S. Rosa Peruana, prout hi fuerunt Mariæ Deiparæ Virgini eximia pietate

ad-

addicti, atque ab ipsa Deipara Virgine singulari benevolentia dilecti. Opusculum in quinque capita divisum.

XXXVII. *Dissipatio nubium, idest assertionum a veritate deviantium, quæ contra Immaculatam Conceptionem Mariæ Deiparæ Virginis insurrexerunt ex opere nuper edito sub nomine Reverendissimi P. Philippi a Sanctissima Trinitate Carmelitarum Discalceatorum Præpositi Generalis, prænotato: Maria sicut Aurora consurgens. Tom. 1. in fol.*

XXXVIII. *Nummus Clementinus Mariæ Deiparæ Virginis in suo conceptu Immaculatæ, seu de Nummis aureis, atque argenteis, quos Sanctissimus D. N. Clemens X. cudi ac publicari voluit cum suo nomine, ac Gentilitiis suæ Domus insignibus, nempe senis stellis ex una parte, ex altera verò cum Imagine Conceptionis Immaculatæ; addito circum lemmate desumpto ex capite 38. libri Job,* Cum me laudarent simul Astra Matutina; *Opusculum in sex Capita divisum juxtà senas ejusdem Pontificis stellas Gentilitias. Tom. 1. in fol.*

XXXIX. *Instructio falsa circa definitionem mysterii Conceptionis Immaculatæ Deiparæ Virginis Mariæ, vera instructione confutata; seu Opusculum, in quo contra instructionem D. Petri Van-Buschum sacræ Theologiæ Licentiati, & Ecclesiæ Cathedralis Sancti Bavonis Gandavi Canonici, & Pænitentiarii in suo Libello prænotato:* Instructio ad Tyronem Theologum de Methodo Theologica octo Regulis restricta. Gandavi 1672. *falsò Tyronem suum docentis, Mysterium Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis, ex defectu Scripturæ, & Traditionis non posse ab Ecclesia definiri de Fide, vera Instructione ostenditur hujusmodi Mysterium ex his capitibus posse definiri.*

XL. *Censura Sermonis de Conceptione B. Virginis scripti, atque habiti ab Ad. R. P. Josepho de Velasco Ordinis Carmelitarum in Ecclesia Cathedrali Civitatis Hispalensis sub die* XI. *Decembris anni* 1663.

XLI. *Vindicatio Mariana in controversia Conceptionis B. Virginis Mariæ; seu Reverendissimus P. F. Joannes Baptista de Marinis Sacri Ordinis Prædicatorum Generalis Magister a calumnia vindicatus, contra imposturam cujusdam nebulonis Anonymi falsò criminantis dictum Patrem pro decisione controversiæ de Conceptione B. Virginis Mariæ Sedi Apostolicæ humiliter supplicantem postulasse definitionem non Immaculatæ sed maculatæ Conceptioni favorabilem. Tom. 1. in 4.*

XLII. *Admonitiones Fraternæ pro Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione factæ Ad. R. P. Gabrieli a Sancto Vincentio Carmelitæ excalceato Laudensi, eo quod hic in duobus suis Operibus nuper Romæ editis, Immaculatam Conceptionem contra veritatem, & contra Constitutiones Pontificias graviter offenderit. Tom. 1. in fol.*

XLIII. *Expostulatio ad Clementem X. Pont. Max. de abolito mancipatu Augustissimæ Virginis Deiparæ Reginæ Cælorum & hominum, eoque iterum instaurando. Tom. 1. in fol.*

Quæ

Quæ hucusque Marraccii Opera Mss. percensuimus, in nostro Romano Archivio vidimus. Nonnulla alia, data opera omisimus, pauca licèt, ne alicujus nomen obscurari quodammodò videretur. Plura autem nobis reliquisse, Ludovicus Marraccius in ejus Vita Ms., cujus supra meminimus, testatur, sed ea vel interciderunt, vel alicubi condita, ignota jacent.

§. III.

Testimonia Virorum Illustrium de Hippolyto Marraccio.

CLar. Vir Joannes Cardinalis Bona in sua Harmonia Psallentis Ecclesiæ edita Parisiis unà cum aliis ejusdem Bonæ Operibus *An.* 1678. *in* 8. *cap.* 12. *pag.* 307. hæc de Marraccio scribit: „ In „ colenda Virgine nemini cedit hoc sæculo Vir religiosissimus Hip- „ polytus Marraccius Lucensis; nam præter varia Latinorum, „ Græcorumque Opuscula de ipsa Dei Genitrice, quæ in lucem „ emisit, & Notis illustravit, præter Bibliothecam Marianam, in „ qua recenset summa diligentia omnes qui de B. Virgine aliquid „ scripserunt: edidit etiam * Prophetas Marianos, Apostolos, Pon- „ tifices &c. & alia multa, quibus benè mereri de cultoribus Vir- „ ginis non cessat. Istos consulat Lector qui eximias Mariæ laudes „ noscere cupit, non eum pigebit legisse. „ Et in notitia Auctorum qui in eodem Opere citantur: „ Hippolytus Marraccius Lu- „ censis, inquit, Vir eruditus, & multæ pietatis erga Beatam „ Virginem. I.

* Liber inscriptus Prophetæ Mariani, adhuc ineditus.

Joannes Caramuel Episcopus Campanensis in sua Metametrica edita Romæ 1663. *pag.* 183. „ Reverendus Pater Hippolytus Mar- „ raccius, ait, Vir hodie celeber, & ob Marianos Libros omni- „ bus notus, carusque. II.

Petrus Franciscus Passerinus in suo Schedario Liberali cuso Placentiæ 1659. *Part.* 5. *pag.* 139. hæc de eodem, alia inter, habet: „ Hippolytus Marraccius Marianorum ævi nostri Scriptorum Cori- „ phæus, Vir ut ingenio, & eruditione, ita pietate, & ingenui- „ tate mirè amabilis, cui nihil in terris dulcius, quàm Maria, ac „ Mariæ cultus: quod non modò Apostoli, Pontifices, & Funda- „ tores Mariani; nec non Bibliotheca ipsa Mariana mirandum in „ modum Mariano melle manantes satis apertè hucusque indica- „ runt; sed Cæsares ipsi Mariani, quos avidè in dies expecta- „ mus, atque alia propemodum innumera ejusdem Opera jam III.

„ prælo præparata, quæ Marianum sibi nomen omnia præseferunt, „ magis ac magis comprobabunt.

IV. Franciscus Combefis Gallus, Ordinis Prædicatorum in sua Recensione Auctorum Bibliothecæ Patrum Concionatorum Tom. 1. præfixa, agens de Isidoro Archiepiscopo Thessalonicensi, in hunc modum scribit: „ Isidori Thessalonicensis Orationes IV. in ejus „ Mariali vulgavit Vir Mariæ devotissimus Hippolytus Marrac- „ cius &c.

V. Franciscus Bordonus Parmensis Tertii Ordinis S. Francisci Generalis in sua Historia Tertii Ordinis edita Romæ 1658. *pag.* 548. hæc pariter habet: „ Hippolytus Marraccius Lucensis, Cler. Re- „ gularis Matris Dei . . . laudum Virginis Virginum diligentissi- „ mus Inquisitor.

VI. Joannes Antonius Velazquez S. J. in Opere de Maria immaculatè concepta evulgato Lugduni 1653. *lib.* 4. *Differt.* 6. *Annotat.* 1. *pag.* 345. hisce laudibus Marraccium nostrum prosequitur: „ P. Hippolytus Marrachius e Sacra Religione Clericorum Lucen- „ sium, Vir eximia doctrina, & pietate in Deiparam inter omnes „ excellens, quem Romæ humanissimum expertus sum &c. Et Differt. 9. *Annot.* 3. *pag.* 370. P. Hippolytus Marrachius, inquit, „ a nobis semper, & nunquam pro dignitate, & studio in Dei- „ param satis laudatus.

VII. Joannes Marangonius *Tom.* 2. *Thesaur.* Parochor. *lib.* 3. *cap.* 8. *pag.* 262. *num.* LX. hæc in ejus laudem scripsit: „ Hippolytus „ Marraccius Congregat. Clericor. Regular. Matris Dei, Pa- „ tria Lucensis . . . . doctrina non minus, quàm pietate in Deum, „ ac eximia erga Deiparam devotione excelluit . . . . Ab anno „ 1648. ad 1651. Parochialem curam Ecclesiæ S. Mariæ in Cam- „ pitello de Urbe singulari diligentia administravit. Nunquam a „ scribendo B. Virginis obsequia abstinuit: meritis tandem clarus „ diem clausit An. 1675. 19. Maii, & in sua Ecclesia S. Mariæ in „ Porticu in Campitello tumulatus est.

VIII. In Libro Mortuorum Paræciæ S. Mariæ in Porticu in Campitello hæc de eodem legi: „ Anno 1675. die 19. Maii R. P. Hip- „ polytus Marraccius nostræ Congregationis Sacerdos Professus, „ Lucensis, & de eadem Congregatione optimè meritus, & „ B. Matris Dei Mariæ eximius cultor in communione Sanctæ Ma- „ tris Ecclesiæ animam Deo reddidit.

IX. Joannes Baptista Lezana Ordinis Carmelitarum in Opere inscripto: *Maria Patrona cap.* 11. Marraccium nostrum vocat *Scriptorem perdoctum*. Ambrosius Landuccius Ordinis Eremitarum S. Augustini, Sacrarii Apostolici Præfectus, necnon Episcopus Porphyriensis in sua Sylva Ilicetana, & in Historia S. Mariæ de Popu-

lo,

lo; eundem Marraccium nuncupat *Sollicitum Scrutatorem*, & *Scriptorem indefessum excellentiarum Mariæ Sanctissimæ*, necnon *Congregationis Cleric. Regularium Matris Dei splendorem*; Paulus Belli S. J. in sua Gloria Messanensium *lib. 1. cap. 17.* eundem appellat *Religione, ac eruditione conspicuum*; Joannes Baptista Cancellottus ejusdem inclitæ Societatis in Annalibus Marianis *Part. 1.* ingenuè fatetur, in distribuenda per annos singulos sua Historia, Marianisque rebus in bono lumine collocandis profecisse se multum laboribus Hippolyti Marraccii; Carolus de Visch Ordinis Cisterciensis in Bibliotheca Scriptorum sui Ordinis non semel Marraccium *Doctissimum Virum* nominat; Petrus Spinel Ord. Prædicatorum in suo Memoriali ad Philippum IV. Regem Catholicum pro Immaculata Conceptione B. Virginis, *Gravissimum* nuncupat *Auctorem*; Franciscus Maria Florentinius de origine Hetruscæ Pietatis cap. x. *Eruditissimum Virum*; Abbas Michael Justinianus, de Origine D. Virginis Constantinopolitanæ, *Religiosum devotissimum*; Ludovicus Jacobellus in Summario B. Virginis cap. *16. Devotum*, & *doctissimum Religiosum*. Eodem titulo ipsum condecorat Joannes Sendin Calderon Ord. Minorum in sua Explicatione Bullæ Alexandrinæ in favorem Immaculatæ Conceptionis edita Madriti *1663*.

Demum, ut plures alios Auctores pietatis doctrinæque famâ celebres missos faciamus brevitatis causa, ejusdem Hippolyti Marraccii Operumque ipsius cum laude meminerunt *Ludovicus Jacobus a S. Carolo* Ord. Carmelitarum in Bibliotheca Pontificia; *Thomas Auriemma* S. J. in Opere prænotato, Affectus mutui inter Virginem Sanctissimam ejusque Devotos; *Joannes Eusebius Nierembergius* ejusdem Societatis in Operibus Parthenicis de eximia, & omnimoda Puritate Matris Dei; *Augustinus de Angelis* e Congregatione Somascha in Tractatu Theologico de Immaculata Conceptione; *Hugo Sifilinus* in suo Opusculo de Immaculata Conceptione B. Virginis; *Franciscus Marchesius* Congregationis Oratorii Romani S. Philippi Nerii in suo Diario Sacro pro Devotis BB. Virginis; *Petrus de Alva & Astorga* Ord. Minorum in Bibliotheca Virginali; *Christophorus de la Vega* S. J. in Theologia Mariana; *Joannes Salazar* in Martyrologio Hispano; *Ferdinandus Ughellus* in Italia Sacra; *Joannes Nadasi* S. J. in Annalibus Marianis ejusdem Societatis, & *Paulus de Barry* in Anno Mariano; *Franciscus Haroldus* Ord. Minorum in Epitome Annalium ejusdem Ordinis; *Gravesonus* Ord. Prædicatorum in sua Historia Ecclesiastica; *Vinciolus*, necnon Ephemerides Venetæ *An. 1725. Tom. 37. pag. 277.* aliique quam plures exteri Scriptores. E Nostris verò eundem Marraccium suis cumularunt laudibus *Bartholomæus Beverinus* Epi- X.

 gram-

grammate XXIII.; *Ludovicus Marraccius* in Præfatione Operis inscripti: Paracletica in Sanctissimam Deiparam Virginem Auctore S. Joanne Damasceno; *Maximilianus Deza* in Vita V. P. Cæsaris Franciotti, *Ludovicus Marraccius Junior* in Vita Ven. P. Joannis Baptistæ Cionii; *Vincentius Maria de Nobilibus* Tom. 2. Lect. pag. 141. *&c.*

NOTÆ.

I. **Cur Marrac. Isidoro Archiepisc. Thessal. *Sancti* nomen addiderit.**

FRancifcus Combefis Gallus Cl. O. Prædicatorum, Vir Græcè & Latinè doctus, in sua Recensione Auctorum Bibliothecæ Concionatoriæ Tom. 1. præfixa *pag.* 25. agens de Isidoro Archiepiscopo Thessalonicensi (cujus Mariale, seu de Maria Deipara præclara monumenta primò in lucem produxit Hippolytus Marraccius) quamvis de eodem Marraccio, uti supra §. 3. *num.* 4. exscripsimus, cum laude loquatur; attamen eum notat quòd eidem Isidoro nomen *Sancti* addiderit: ait enim ibidem, *Ut S. prænotaret plurimùm improbo*. At Cl. Vir si Marraccii Præfationem legisset, utique ab hac Nota se temperasset. En Marraccii verba: „ Quamvis Vaticani Codicis auctoritate subnixus, ejus (Isidori) nomini, sanctissimi titulum præfixerim: attamen cum nec ex mæneis Græcorum, nec ex veterum Scriptorum monumentis ejus sanctitatem probatam hactenus invenerim, Sanctum ipsum in rigore appellare non audeo, sed sanctitatis appellationem in latiori significatione usurpans, Sanctum eundem nuncupare intendo more Græcorum, qui non solum Ecclesiæ fastis adscriptos, sed omnes ferè Episcopalis dignitatis culmine conspicuos, Sanctorum, immò Sanctissimorum nomine appellare consueverunt. Ità Marraccius.

II. **Vitæ S. Raymundi Nonnati Compendium a Marraccio editum, atque ab aliis suffuratum interpolatumque, Auctori suo integrè restituitur.**

In percensendis Operibus editis ejusdem Hippolyti Marraccii, diximus illum Italicè concinnasse Compendium Vitæ S. Raymundi Nonnati, quod primùm Romæ An. 1655. typis Ignatii de Lazaris prodiit, & anno insequenti Mediolani ex Typographia Ludovici Monzæ *in* 8. Utraque editio nostri Hippolyti Marraccii nomen præfert. Octavo a prima ejusdem S. Raymundi vitæ editione anno, seu 1663. nescio quis Ordinis S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Religiosus Anonymus, ejusdem S. Raymundi brevem narratiunculam Neapoli edidit typis Ludovici Caballi *in* 8. cui Titulum hunc indidit: „ La luce di Spagna. Breve narrazione „ del stupendo nascimento, penitente, ed exemplare vita, e gloriosa morte del miracoloso Padre S. Raymondo Nonnato dell' „ Or-

„ Ordine della Madonna della Mercè Redenzione de' Schiavi „ christiani, Cardinale di S. Chiesa, Diacono di Santo Eustachio .... „ Raccolta d' un devoto Religioso Reformato dell' istesso Ordi-„ ne. „ Huic editioni hujusmodi pius Religiosus *propter humilitatem*, ut sui Ordinis Theologorum *Approbatio* exhibet, nomen suum apponere renuit; at revera illud reticuit ne apertissimi plagiarii notam incurreret: quandoquidem in prædicta S. Raymundi Nonnati rerum gestarum compendiosa expositione, sex paginis exceptis, quas de suo adjecit, ad verbum exscripsit vitæ ejusdem S. Raymundi Nonnati Compendium a Marraccio nostro elucubratum, atque ab eodem Marraccio Romæ editum An. 1655. Quæ verò de suo contulit, nullius pretii videntur. Ex hoc exemplo cætera disce. *Pag.* 25. post medium, postquam cum Hippolyto Marraccio locum, quo idem S. Raymundus in lucem editus est, recensuit, verba hæc è proprio fundo addidit: „ Non senza „ Divina permissione nacque in cotal luogo di Portello, poichè „ volse dimostrare in questo Iddio al Mondo il suo occulto, e „ impenetrabile secreto, quale fù mandar quaggiù fra noi mor-„ tali il suo humile Servo, vero imitator Evangelico, dispregiator „ del Mondo, ed in Portello per manifestarci che doveva essere „ un' altro Portello del Cielo Raimondo, per lo quale havevano „ da entrare nella Celeste Patria tutti quelli Infedeli, e pecca-„ tori, che s' havevano da convertire con la sua predicazione, „ esempio, e vita; quali secondo la presente giustizia tenevano „ da Iddio chiuse le Porte della Grazia, e della loro salvatio-„ ne &c. „ Accipe etiam aliam rem lepidissimam. Marraccius suo S. Raymundi Nonnati Compendio prefixit Elogium in laudem ejusdem Sancti, cujus initium: „ Uomo nella nascita, e nella „ vita maraviglioso &c. „ laboresque suos eidem S. Raymundo consecrans ità prosequitur; „ Questo piccol testimonio di riverente „ affetto, con tutto se medesimo, Ippolito Marracci, Servo mi-„ nimo e indegno umilmente dediça, e consacra. „ Interpolator autem ut hoc quoque Elogium suum faceret, expunctis illis verbis: „ Ippolito Marracci, ista suffecit; questo devoto Religioso, Ser-„ vo minimo, e indegno, umilmente dedica, e consacra.

Fr. Sebastianus a Conceptione itidem notatur.

Idem de S. Raymundo Nonnato Marraccii nostri Compendium P. Fr. Sebastianus a Conceptione ejusdem e S. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Professor a se auctum An. 1665. Romæ recudit *in* 8. typis Monetæ, cui Titulus: „ Breve Compendio „ della Vita di S. Raimondo Nonnato dell' Ordine della Madonna „ della Mercede Redenzione de' Schiavi &c. Data in luce dal P. Fr.

„ P. Fr. Sebastiano della Concezzione Spagnolo scalzo di detto „ Ordine ; „ & licèt in Præfatione candidè fateatur se tantùm prædictum Compendium auctum publici juris facere, nihilominus quia Marraccii verba laciniosis additionibus interpolavit, nec non a Libri Titulo Hippolyti Marraccii nomen erasit, a censura omninò immunem non putamus.

III.

Nonnulla Marraccii Opera quæ ut edita notantur in editione A. 1663. adhuc M.s. in nostris pluteis jacent.

Viennæ Austriæ nonnulla Hippolyti Marraccii Opera in unum collecta Joannes Jacobus Kurner Anno 1663. evulgavit *in* 12., atque ad calcem Fidei Cajetanæ eidem collectioni insertæ Typographus hanc notulam adjecit : *Alia quædam ejusdem Auctoris præclara Opuscula ad rem corroborandam noviter edita, meritò huc referenda forent, nisi Opus hoc plus æquo excrescere videretur. Ponuntur saltem eorundem Tituli :* Vindicatio Tiaræ „ Pontificiæ ab imputationibus Bandellianis in Controversia Conceptionis B. V. M. &c. Vindicatio Galeri Purpurei ab imputationibus Bandellianis in Controversia Conceptionis BB. Virginis „ Mariæ &c. Vindicatio infulæ Sacræ ab imputationibus Bandellianis in Controversia Conceptionis BB. Virginis Mariæ &c.; Cajetanus a veritate trimphatus, ac sui ipsius per suorum errorum „ retractationem nobilissimus triumphator in Controversia Conceptionis BB. Virginis Mariæ &c. „ Hucusque Typographus. Laudata autem Opera quæ ut impressa hìc recensentur, nunquam typis donata fuere ; eaque nos supra in Operum Hippolyti Marraccii Mss. censum retulimus. Idem Judicium esto de altero opusculo, cui Titulus : „ Sancti atque illustres Doctores antiqui pro Immaculata Conceptione BB. Virginis Mariæ objecti cuidam Pseudo-„ Cajetano &c. „ ibidem ad calcem *Trutinæ Marianæ*, alia inter Marraccii Opera typis consignata, recensito, quod tamen nondum lucem publicam aspexit. Marangonius *Tom. 2. Thesauri Parochor. lib. 3. cap.* 8. *num.* LX. Prophetas Marianos inter Marraccii Opera edita falsò rejecit.

IV.

Fr. Pius Thomas Milante Episc. Castrimar. Ord. Prædicat. in mendum incidisse ostenditur.

In Opere inscripto : „ Fr. Sixti Senensis Ordinis Prædicatorum Bibliotheca Sancta adaucta & inlustrata a Fr. Pio-Thoma „ Milante ejusdem Ordinis, „ edit. Neapoli 1742. ex Typographia Mutiana *Tom.* 1. *in fol. pag.* 546. hæc legi : „ Ludovicus „ Marraccius Italus, Lucensis, Congregationis Matris Dei Sacerdos, piæ conversationis, præcipuè erga Deiparam singularis „ devotionis . . . . cum plura de eadem scripserit, Bibliothecam „ quoque Marianam edidit, vertit novum Testamentum Arabicè, & universa Biblia Arabica recognovit, vir doctus, in eadem lingua „ peritissimus, ejusque Professor. In vivis erat Anno MDCLII. „

Ità

Ità doctissimus Vir in suo Auctario Bibliothecæ Sanctæ clar. Viri Sixti Senensis adjecto ; at in prædicto Elogio Ludovicum cum Hippolyto Marraccio ejus Fratre confundit. Hippolytus equidem multa de Deipara scripsit, uti supra vidimus, Bibliothecamque ipsam Marianam edidit, neutiquam Ludovicus ; qui revera Universa Biblia Arabica recognovit, atque in eadem lingua peritissimus fuit, ut infra suo loco notum faciemus.

ART.

ART. II.

De Jacobo Capriolo.

I. Vita ex Cod. nostri Romani Archivii num. 63.

JAcobus Capriolus Romanus natus pridie Kal. Novembris Ann.° 1601., religiosa morte supremum diem obiit in hac nostra Domo S. Mariæ in Campitello IV. Kal. Junias 1675. postquam in Congregatione LX. annos cum laude vixerat. Vir fuit variis disciplinis excultus, potissimùm verò in Mathesi, & Architectura tàm civili, quàm militari. Quadraginta annis in celeberrimis Italiæ Civitatibus Conciones Quadragesimales magna cum Auditorum frequentia habuit. Lucæ An. 1630. nec non Romæ An. 1656. lue grassante, se totum ægrotis piè adjuvandis addixit, nullo periculo, quamvis manifesto perterrefactus. Romæ Pro-Rectoris munus in nostro Collegio S. Mariæ in Porticu laudab liter obivit.

II. Scripta.

Præter Conciones Quadragesimales, quarum magna pars typis donata, reliquis ex ejus morte deperditis, aut interceptis, reliquit Orationem Panegyricam in laudem S. Antonii Patavini, editam Patavii, Venetiis, & Romæ MDCLXVIII. *in* 4. typis Jacobi Dragondelli, quam Auctor Patavii primùm habuit An. MDCLXIII.

III. Extat etiam ejusdem Auctoris opus Mss. prænotatum: *Affetti di un' Anima al Crocifisso divisi in quindici Centurie.*

IV. Laudes.

Prosper Mandosius in sua Bibliotheca Romana edita Romæ 1692. typis Francisci de Lazaris *Volum.* 2. *Centuria* 8. *num.* 35. hæc in ejusdem laudem scripsit: „ Jacobus Capriolus e Congre-„ gatione Clericorum Regularium Matris Dei, humana, ac divina „ litteratura illustris, Concionatorque famosus. Scripsit Concionum „ volumina ad omnem materiam. Ejusdem oppidò commendantur „ Panegyrici Sermones, quorum unum impressum legi, inscriptum: „ *Il Piccol Mondo Perfezionato. Panegirico in onore di S. Antonio* „ *di Padova l'Anno* 1663. quo claruit.

V. Liber mortuorum nostræ Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ in Campitello ad *An.* 1675. *num.* 155. *pag.* 26. eundem Jacobum Capriolum *Verbi Dei eximium Concionatorem* appellat.

ART.

ART. III.

De Joanne Baptista Tinellio.

PAucis a morte prælaudati Jacobi Caprioli mensibus Romæ pariter in hac nostra Campitellana Domo ex hac vita decessit Idibus Octobris ejusdem anni 1675. Joannes Baptista Tinellius Lucensis, ætatis suæ octavo supra septuagesimum anno jam exacto. In Congregatione LX. annos eximia cum laude vitam egit. Vitæ Christianæ Magister multos in Sacro Pœnitentiæ Tribunali ad perfectiorem vitam capessendam incendit, suisque piis doctisque institutionibus, ab erroribus, qui facilè ob Confessariorum inertiam, vel oscitantiam, in animos nonnullorum irrepunt, ejuratis, veriora sentire, & amplecti docuit. Duo supra triginta annos natus, ob ejus spectatam prudentiam, Romæ in nostro Collegio S. Mariæ in Porticu Rectoratum gessit, aliaque Congregationis nostræ præcipua munia non semel peregit. I. Vita ex prænot. Codice num. 64.

Scripsit, inquit Hippolytus Marraccius *Part. 1. Biblioth. Marianæ pag. 687.* idem Tinellius *De Doloribus B. Virginis Carmine Etrusco*, *& plura alia digna luce*, quæ tamen interciderunt. II. Scripta.

Idem Maraccius loco mox prænotato in Tinellii nostri laudem hæc habet: *Joannes Baptista Tinellius nostræ Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei*, *Natione Italus*, *Patria Lucensis*; *Domus S. Mariæ in Porticu de Urbe aliquando Rector*, *Vir gravis & doctus*, *atque in Spiritualis Vitæ Magisterio accuratus & diligens . . . Vivit hodie Romæ*, *pietatis studiis ac animarum saluti intentus*, *anno quo hæc scribimus 1647.* III. Laudes.

In Libro Mortuorum Paræciæ S. Mariæ in Campitello ad annum 1675. *Num.* 158. *Pag.* 26. de eo pariter fit honorifica mentio, atque *in procuranda animarum Salute Operarius indefessus* vocatur. IV.

A R T. IV.

De Hieronymo Florentinio.

I. Vita ex eod. Codice num. 70., nec non ex Diario Francisci Leonardii. ad An. 1649.

Hieronymus Florentinius Lucensis, Francisci Mariæ Florentinii Viri clarissimi Germanus Frater, atque Congregationis nostræ Scriptor celebris, & illustris. Ortus est Kal. Octobris 1602. Sæculo nuncium remittens VIII. Idus Januarii 1621. se se Nostris adjunxit; exactoque Romæ cum laude tyrocinio XVIII. Kal. Majas 1623. solemnem professionem emisit, uti *ex Libro Professionum Pag.* 25. ab eodem propria manu obsignato exploratum habemus. Ab ipso Religiosæ vitæ exordio in eo totus fuit ut christianas solidasque virtutes cum scientiis, quæ virtutes ipsas mirifice fulciunt, conjungeret; quo assecutus est ut pietate, atque doctrina, æqua laude se commendatum ostenderit. Romæ confectis studiis Philosophiam docuit, Lucæ Theologiam Moralem, Sacrasque Litteras multa cum eruditionis fama explicuit. Magnam sibi comparavit vel apud primæ conditionis homines opinionem doctrinæ, virtutis, & prudentiæ. Guidiccionio, Rainoldo, & Rotæ, nec non Hieronymo Cardinali Bonvisio (cui Florentinius a sacris fuit Confessionibus) Lucensibus Episcopis in primis carus fuit. Ab Alexandro VII. & Innocentio XI. Pont. Max. in pretio habitus est. Apud omnes fere eruditos viros, celebresque Europæ Academias Florentinii nostri Nomen clarum. A Philippo IV. Hispaniarum Rege ad Episcopatum Stabiensem, vulgo *Castell' a Mare*, a Regia Neapoli Urbe octodecim milliaribus dissitum, nominatus, eam dignitatem constanter recusavit, religiosæ quietis, & humilitatis, quàm honoris amantior.

II. Congregationem nostram tenerrimo semper affectu dilexit; eamque a malevolorum machinamentis *An.* 1629., *&* 1633. dirè oppugnatam constanti fortitudine tutatus est, solusque fere eam rexit, atque a calumniis in eam instructis vindicavit. Rectoratum Lucensem, & Neapolitanum S. Birgittæ præclare gessit. Ingenio perspicax, Poësis, Oratoriæ, Mathesis, Astronomiæ, Philosophiæ, Medicinæ, Theologiæ cùm Speculativæ, tum Moralis, Sacrorumque Canonum non vulgarem peritiam habuit. Mentiri nescius, ac sinceræ fidei Vir, morti proximus, *Gratias*, inquit, *Deo ago, nunquam ex ore meo verbum a mente alienum excidisse.* Obiit Religiosus Pater novem mensium ægritudine absumptus Lucæ anno post Christum natum 1678. in pervigilio Ascensionis D.N.J.C. quod eo Anno incidit in diem XVIII. Mensis Maji. Agebat *An.* 76. Congregat. 58.

S. I. *De*

§. I.

De Hieronymi Florentinii Operibus editis.

Comœdiocrisis, in qua ex communi Auctorum calculo, quæ sit illicita comœdiarum inspectio discernitur. Viterbii, typis Bernardini Diotallevii 1637. *in* 24. Opusculum hoc Aloysio Cardinali Cajetano dicatum, ab Auctore auctum locupletatumque, recusum est Lugduni 1675. *in* 12. hoc titulo: *Comœdiocrisis sive Theatri contra Theatrum Censura* &c. Benedicto Cardinali Odescalco, postea Innocentio XI., nuncupatum. Noster Constantinus Roncaglia in suis eruditis Notis *In Hist. Ecclesiasticam Natalis Alexandri Sæcul.* 4. *Cap.* 6. *Pag.* 100. *P. Hieronymus Florentinius*, inquit, *nostræ Congregationis non ignoti nominis Theologus edidit Opusculum cui Titulus gomœdio-crisis*. Videatur etiam Lacroix *lib.* 2. *Num.* 237. *& sequent.* De eodem Opere cum laude scribit P. Daniel Concina O.P. in Libro prænotato: *De spectaculis Theatralibus Dissert.I. Pag.*44. 66. 131. 148. *& pag.* 132. ubi: *& ne sim longus*, ait, *rescribam*, *quæ docet P. Hieronymus Florentinus*; sed immerito *Dissert. I. cap.* 17. *pag.* 131. Virum, sanæ probatæque doctrinæ, inter Theologos benignos reponit. I. Opera edita.

Predica in Onore del glorioso Martire S. Vincenzo detta nella translazione che si fece del suo sacro Corpo dalle M. R. Monache Carmelitane di S. Teresa nel Monastero di Camajore Diocesi di Lucca. In Lucca per Pellegrino Bidelli 1645. *in* 4. suppresso Auctoris Nomine. II.

Vita del V. P. Gio. Battista Cioni Chierico Regolare della Congregazione della Madre di Dio. In Lucca per Jacinto Paci 1657. *in* 4. In sex Libros hæc Vita distribuitur. III.

Disputatio de ministrando Baptismo humanis fœtibus Abortivorum, nunc primum his novissimis temporibus, nec antea a Theologis, tam Scholasticis, quàm Moralibus discussa, Parochis, Medicis, omnibusque apprime necessaria. Lugduni apud Claudium Chancey 1658. *in* 12. Hieronymo Cardinali Bonvisio dicata. IV.

In hac sua doctissima Disputatione ostendit Florentinius Fœtus Abortivos, in quibus apparent lineamenta humani fœtus propria, quocumque tempore ab utero Matris excussos, etiam primis diebus a conceptione, cum dubium sit illos vivere anima rationali, baptizandos esse sub conditione. Hujusmodi autem singulare Opus omnigena eruditione refertum, statimac in lucem prodiit, omnium plausu exceptum est. Illud suo calculo comprobarunt, at-

que honorificentissimis titulis cohonestarunt doctissimæ Universitates, Viennensis, Pragensis, Sorbonensis, Remensis, & Salmanticensis, necnon sex & triginta Theologi eximii, ut videre est in Syllabo Censurarum pro Baptismo Abortivorum suffragantium affixo eidemmet Operi aucto recusoque Lucæ typis Hyacinthi Pacii *A. 1666. in* 4. Alexandro VII. Pont. Max. dicato. Idem etiam celeberrimum Opus Romæ ab Eminentissimis Patribus S. Indicis Congregationis magna cum laude receptum est; solumque Auctori ab iis demandatum, ut in præsenti controversia nihil definiendo diceret, nec novum ritum in Ecclesiam induceret; sed uti rem probabilem, sententiam suam proponeret, atque neminem quod ad praxim sub mortali ut suam in sententiam iret, obstringeret, suæque hujusce mentis in Libri fronte declarationem apponeret, quod & Auctor in memorata Lucensi editione accurate præstitit. Hinc eadem S. Congregatio sub die 1. Aprilis 1666. insequens edidit Decretum *Disputatio de hominibus dubiis &c. non permittitur, nisi correcta juxta impressionem Lucæ ex Typographia Hyacinthi Pacii*. Sexto a prædicta Lucensi editione anno, seu 1672. Florentinius idem argumentum nova Disputatione, quam Romæ evulgavit typis Michaëlis Herculei *in* 12. illustravit confirmavitque; in qua IX. objectis Adversariorum solide & erudite fit satis. Demum idem Opus jam omnibus numeris absolutum Lugduni recusum est *A. 1674. in* 4. typis Anissonii, hoc Titulo: *Pia Prothesis de hominibus dubiis baptizandis &c.* Christinæ Alexandræ Svecorum Reginæ dicatum.

Franciscus Emmanuel Cangiamila in Opere inscripto: *Embriologia Sacra*, edito Panormi typis Francisci Valenza 1745. *in* 4. *lib.* 1. *cap.* 8. *Pag.* 55. *&* sequentibus, eximiis laudibus prædictam Florentinii Disputationem exornat, atque alia inter multa, verba hæc habet „ Ma più di ogni altro si è avvanzato Girolamo Fiorentini „ Prete Regolare della Madre di Dio di Lucca, Uomo dotto, e „ zelante.... Nessuno fin' allora aveva scritto ex professo di que- „ sta materia, nessuno avvanzatosi a tanto: pure il libro fù ri- „ cevuto da parecchie università tanto di Teologi, quanto di Medi- „ ci, e da insigni Professori, e Dottori privati con sommo ap- „ plauso &c. „ Auctor iste Florentinii sententiam de ministrando Baptismo humanis foetibus Abortivorum acerrime propugnat, sed ultimam Florentinii editionem ejusdem Operis *A.* 1674. non vidit, Lucensemque *A. 1666.* tantùm præ manibus habuit, atque secutus est.

V. *Avvertimento ed Instruzione alli Curati, e Confessori della Diocesi di Lucca, ad effetto di emendare il gravissimo peccato della maledizione contro li proprj Figli. In Lucca per Giacinto Paci 1659. in* 12.

Ex-

Exſtant etiam de eodem Florentinio nonulla edita Carmina a noſtro Franciſco Maraccio *Lib. 5. Epigrammat. Pag.109. & ſequent.* inter Collectanea relata. VI.

§. II.

De Hieronymi Florentinii Operibus Mss.

I. Opera Mss.

DE ejuſdem Florentinii Operibus Mss. magna ex parte fortaſſe deperditis, in Bibliotheca noſtra Lucenſi ſervatur ſingularis Tractatus *De Eſu Lacticiniorum tempore Jejunii Quadrageſimalis interdicto*. Ibidem etiam videre eſt illius Mss. Theologica, in quibus quamplures Theologicæ Quæſtiones in examen docte vocantur ac enucleantur.

II. Teſte Hippolyto Marraccio *Part. I. Biblioth. Marian. Pag.582.* idem Florentinius concinnavit *De B. Virgine apud Crucem ſtante, Sermones VII. prælo dignos*.

§. III.

Teſtimonia Virorum Illuſtrium de Hieronymo Florentinio.

I. GRaveſonus *Tom. IX. Hiſt. Eccleſiaſt. Pag.* 590. Prim. Edit. hiſce verbis, Florentinii in Rempublicam Litterariam merita exornat. *Hieronymus Florentinius Patria Lucenſis, Congregationis Clericorum Matris Dei clariſſimus Scriptor, ſingularem edidit Librum, cui Titulus eſt: Diſputatio de adminiſtrando Baptiſmo humanis foetibus Abortivorum.*

II. Joannes Marcianus in ſua Hiſtoria Oratorii *Tom. 2. lib. 5. cap.1. Pag.* 312, Congregationis noſtræ exordia memorans, hæc habet:
„ Di sì felici principj ne regiſtrò le memorie la penna erudita
„ del P. Girolamo Fiorentini nella Vita da lui compoſta del Ven.
„ Padre Gio: Battiſta Cioni.

III. De XII. Doctiſ. Lucen. Viris Cong. Matris Dei Pag.15. num.3.

Vinciolus in ſua Epiſtola non ſemel laudata hæc inter alia multa de eo ſcribit: *Hieronymus Florentinius adeſt Vir omnium virtutum genere laudatiſſimus .... Si minus aliis, certe doctioribus adeſt mirandus in libro, quem publica luce donavit inſcriptum:* Homo dubius, de Baptiſmo Abortivorum, ſive de hominibus dubiis baptizandis; *quod non immerito opera Caput nonnulli arbitrantur* &c.

Hujuſ-

Hujusmodi Vincioli Epistola legitur etiam Italice reddita in Ephemeridibus Venetis *An.* 1725. *Tom.* 37. *Pag.* 276.

IV. Marraccius *Part. I. Biblioth. Marian. Pag.* 582. insequenti Elogio illius memoriam Posteritati commendavit : „ Hieronymus Florentinius nostræ Congregationis Clericorum Regularium Matris „ Dei, quam ætatis suæ anno 18. unà mecum ingressus est anno „ Salutis 1621. die 6. Januarii , natione Italus , Patria Lucensis , „ Francisci Mariæ Florentinii , cujus suo loco meminimus , germanus Frater ; Vir non minus re , quàm cognomine florens , „ atque ad omnium fere disciplinarum genus natus. Est enim Poëta , Orator , Musicus , Mathematicus , Astronomus , Philosophus, Canonista , atque Theologus non vulgaris . . . . Vivit hodie Neapoli Rector Domus S. Birgittæ prope viam Toletanam , „ anno quo hæc scribimus 1646.

V. Ludovicus Maraccius in suo *Diario Ms. ad annum* 1678. hæc itidem in ejusdem laudem scripta reliquit : „ Alli 8. di Maggio „ Vigilia dell' Ascensione passò in Lucca a miglior Vita il P. Girolamo Fiorentini , Soggetto primario della nostra Congregazione . . . Fù sempre ottimo religioso, affezionatissimo alla Congregazione , dottissimo , ed adoprato nel Vescovado di Lucca „ nelle prime cariche.

VI. Ludovicus Marraccius Junior in Procemio Vitæ Cionii præfixo : „ Il P. Girolamo Fiorentini , „ inquit , „ tra le doti di „ sapere , d' integrità , di zelo , ed altre che l' adornavano , una „ non ve n' ebbe , che più in lui campeggiasse , di un' ingenua „ religiosa schiettezza , da ogni simulazione , o rettorico ingrandimento lontana.

VII. Maximilianus Deza in suo Opusculo , *de administrando Sacramento Baptismatis humanis foetibus abortivis* , edito unà cum Tractatu *de Foetus animationis tempore* Francisci Verde , cusò Lugduni anno 1664. *in* 4. in Præfatione hæc habet : *Etiamsi video R. P. Hieronymum Florentinium Congregationis nostræ Theologum , tum inveniendæ quæstioni , tum pertractandæ primas , eundemque supremas lineas pro sua sapientia duxisse &c.*

VIII. Constantinus Roncaglia *Tom.* 2. suæ Theologiæ Moralis *Tract. XVII. cap.* 4. *pag.* 17. agens de Sacramento Baptismi , commendat Florentinii sententiam , Foetum nempe ab initio Conceptionis anima rationali informari , in ejusque comprobationem hæc subjungit : *Videatur P. Hieronymus Florentinius nostræ Congregationis non exiguum decus , in suo percelebri opere , cui Titulus : De Baptismo Abortivorum &c.*

IX. Demum ne plus æquo immorer , suas in Florentinium , ejusque singulare Opus de Baptismo hucusque commendatum , laudes con-

congesserunt quamplurimæ Universitates, necnon XXXVI. Theologi magni nominis, ut videre est in fronte ejusdemmet operis editi Lucæ 1666., & Lugduni 1674. ut taceam de Gregorio Leti qui in sua *Italia Regnante Part. 4. Lib. 4. Pag. 459.* eum vocat doctissimum virum. Noster Josephus Franciscus Fontana de eodem Florentinio cum laude loquitur in opere prænotato: *Istoria degl' Ordini Monastici Religiosi, e Militari. Tom. 4. pag. 293.*

NOTÆ.

ADversus doctissimam Florentinii Disputationem de Baptismo Abortivorum, uti supra percensuimus, ab eruditissimis Viris celeberrimisque Universitatibus commendatam, stylum acuit Vigilantius ab Arce, nomen fortasse fictitium, at illius scriptionem difflat Responsio Apologetica, quam vidi nomine *Martini Ab Holubervesо*, edita Pistorii *An. 1662. in fol.* typis Petri Antonii Fortunati. Hanc verò Apologeticam Responsionem elucubratam esse a nostro Bartholomæo Beverino latitante, Anagrammate puro, sub illis verbis *Martini Ab Holubervesо*, Alexander Trenta in ejus Vita Ms. palam facit.

ART.

ART. V.

De Josepho Jobbio.

I. Vita ex Cod. nostri Rom. Arch. num. 73.

Josephus Jobbius Romanus natus est XIV. Kal. Aprilis 1611. Adolescens humanioribus litteris sedulò operam dedit, pietatemque non minori diligentia coluit. Innocentiæ laude commendatus, ad mortem usque, fartam tectamque illam servasse haud falsò Nostri putarunt. Virtutibus clarus facilè inter Nostros cooptatus est An. 1626. Paucis, postquam Congregationis nostræ nomen dederat, mensibus ob mortem Fratris, ejus Pater, utpote opulentus, proleque destitutus. Ut Josephum ejurata vita coenobitica, ad sæculum rediret, non semel tentavit: at Josephus nec minas timens, nec commodorum oblatione illectus, a proposito se deduci passus est. Igitur emissa Romæ in Domo Tyrocinii S. Mariæ in Porticu VII. Kal. Junias 1628. religiosa solemnique Professione, hoc vinculo se cum Deo, nunquam solvendum, conjunxit.

II. Philosophicis atque Theologicis disciplinis deinde a nostro Thoma Ceccarellio Romæ optimè excultus, Confessarii, atque Concionatoris gravissima munera mox obivit, non sine magno animarum emolumento. Rectoratum Neapoli in Collegio S. Mariæ in Porticu bis gessit, atque regularem observantiam mirè provexit. Vitæ communis severissimus custos, aliis erat exemplo, quod imitarentur. Tyronum Magister renuntiatus, multis annis munus hoc haud exiguo Congregationis bono exercuit. Triennio ante obitum gravissimis morbis tentatus, quàm patientissimè dolores cruciatusque pertulit. Sanctis operibus cumulatus, necnon Ecclesiæ Sacramentis ritè munitus, animam, dum Nostros ut ad vitæ sanctitatem se componerent ardenti studio hortabatur, Deo reddidit Neapoli XVII. Kal. Januarii 1679. Ætatis suæ 68. Congregationis 53.

III. Scripta. *Vita della Serva di Dio Angela Amati Romana Zittella Alunna del Venerabil Monastero di S. Caterina della Rosa di Roma, divisa in Due Parti Tom. I. in* 4. Extat Ms. in nostra Bibliotheca Neapolitana S. Mariæ in Porticu.

IV. Part. 1. Biblioth. Marian. pag. 822. Præterea teste Marraccio *cum Congregationis Beatissimæ Virginis ad Nives, in Domo Nostra S. Mariæ in Campitello, per aliquot annos haud sine fructu laudabiliter præfuisset; in litteras retulit* Historiam ejusdem Congregationis Beatissimæ Virginis ad Nives. Ita Marraccius. Adservatur Ms. in nostro Romano Archivio S. Mariæ in Campitello. Incipit ab Anno 1613. desinit in an. 1641.

Mar-

Marraccius loco mox prænotato ait: „ Josephus Jobbius no- V.
„ stræ Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei, natione Laudes.
„ Italus, Patria Romanus; Vir placidis moribus, ac religiosæ vir-
„ tutis prærogativa conspicuus .... Vivit utilis in Vinea Domini
„ Operarius, anno quo hæc scribimus 1646.

Ludovicus Marraccius in Diario Ms. An. 1679. hoc de Jobbio VI.
nobis monumentum reliquit: „ Alli 16. Decembre morì in Napoli
„ in Chiaja verso le 16. ore il P. Giuseppe Giobbi di anni sopra li
„ 70., vissuto sempre da ottimo Religioso, di vita, e di costumi L. 61.
„ innocentissimi; grand' Operario, ed affezionatissimo della Con-
„ gregazione .... La morte fu simile alla Vita, esemplarissima, e
„ con grandissima quiete. „ Et altero in Libello Ms. cui Titulus: *Al-
cune memorie de Nostri &c.* eundem Josephum Jobbium Virum
Sanctum appellat, atque alia inter multa, verba hæc subjungit;
" Sebbene non fece cose straordinarie, ne apparvero in Lui miraco-
„ li, estasi, e simili cose pellegrine, ad ogni modo io lo tengo per
„ un gran Santo, e come tale veramente visse, e morì nella nostra
„ Congregazione per lo spazio di sopra a 50. anni &c.

N O T Æ.

Nicolaus Bartolini Bargensis Græcè & Latinè doctus, atque Lucæ in nostris Scholis Oratoriæ Artis Professor, hoc Anno 1679. edidit Lugduni *Ugolini Verini Poetæ Florentini Poemata ex Mss. Cl. Viri Antonii Magliabechii*; Et Anno 1681. Lucensibus typis *B. Ambrosii Abb. Generalis Camaldulensis Hodeporicon*, nec non nonnulla alia Carmina dum Congregationi nostræ legibus parebat: sed animi mobilitate ab instituto jam suscepto abductus, alteri Religiosæ Familiæ se mancipavit Anno circiter 1684. Vixit in Congregatione nostra An. XX.

ART. VI.

De Francisco Guinisio.

I. *Vita ex Anonymo aliisque excerpta.*

FRancifcus Guinifius Congregationis noftræ Rector Generalis V. nobilitate generis, omnigena litteratura, morum vitæque innocentia fummis viris par. Natus eft is Lucæ illuftri vetuftaque Familia IV. Nonas Martii MDCVI. Exacta magna cum laude pueritia, religiofiffimi Viri P. Sanctes Gallicani, qui ejufdem Guinifii confcientiam moderabatur, pia confuetudine illectus, fanctiffimifque V. Patris Joannis Baptiftæ Cionii exemplis commotus, Congregationis noftræ nomen dedit, atque Romæ 1623. Kal. Novembris religiofam veftem induit. Tyrocinium abfoluta regularum omnium obfervantia explevit, folemniaque Vota VI. Idus Decembris 1625. fanctè emifit. Mox Philofophiam atque Theologiam a Thoma Ceccarellio, cujus fupra meminimus, Romæ didicit, quibus in ftudiis potiffimùm verò in Theologia morali & Canonica adeò excelluit, ut doctiffimi æquè ac fapientiffimi Viri nomen jure merito obtinuerit. Romæ in quæftionibus Canonicis non femel a fummis Viris confultus, ut oracula illius refponfa habebantur. Confuetudine virorum doctiffimorum delectabatur, eorum maxime qui fanctitate vitæ etiam inclarefcebant. Quamvis autem tanta doctrinæ fuppellectili ornatus videretur, nihilominus ftudia ad extremum ufque feriò excoluit. A Principum aulis frequentandis quàm maximè abhorrebat, & licèt in Romana Curia illius nomen celebre effet, maximè apud Clementem X., & Innocentium XI. Pont. Max., facileque juxtà opinionem plurimorum, ad præcipuas Ecclefiæ dignitates fibi fternere viam poffet: nihilominus vitæ folitariæ, humilitatifque amantiffimus, non nifi gravi preffus neceffitate, Principes Viros adibat. Rector Collegii Lucenfis & Vicarius Generalis renunciatus maxima prudentia cæteras fuas laudes cumulavit.

II. E vivis erepto III. Idus Novembris 1651. immortalis memoriæ Dominico Tuccio Congregationis noftræ Rectore Generali IV. in ejus locum Francifcum Guinifium Patres ingenti totius Congregationis lætitia fuffecere XVIII. Kal. Decembris 1652. quam duedetriginta annis prudentiffime rexit, haud levibus licèt tempeftatibus jactatam. Extat inter Epigrammata Francifci Marraccii ad eundem Guinifium Gratulatio, quæ certè hic prætereunda non eft. *Lib. 1. pag. 56.*

Gloria, quam Patriæ claris cum fafcibus olim
Sprevifti, ut propius confequerere Deum,

En

En meritis cumulata tuis, Francisce, revertit,
Consequiturque magis, quò magis ipse fugis.
Gratulor ergo tibi communis munera Patris,
Et precor incolumis sis in honore diu.

In supremo Congregationis regimine nihil sibi tribuit quod cum aliis commune non esset. Matutinæ Orationi, & communi Mensæ semper intererat. Nihil in vultu supercilii præferebat. Faciem tam in rebus secundis, quàm in adversis perpetuus ingenuæ hilaritatis tenor ornabat. Christianæ mansuetudini in Congregationem moderando primas partes attribuit, severitate nunquam usus, nisi necessitate adactus. Ab omnibus mundanis rebus illius animus avulsus erat. Dum Rectoris Generalis officio fungebatur, cum Pauper enixis precibus ab eo eleemosynam posceret, illique non esset quo illius necessitati prospiceret, argenteum nummum a Procuratore petiit, quo indigenti opem ferret, suæque simul in pauperes caritati obsequeretur. Nunquam ex illius ore verbum, quod in suæ clarissimæ familiæ commendationem cederet Nostri audierunt. Castitatem, ut Confessarius ipsius testatus est, ad mortem usque illibatam servavit. Hanc pulcherrimam virtutem suis in subditis mirè effulgere exoptabat, defectusque omnes ei adversos gravissimè puniebat, auream hanc sententiam frequenter in ore habens: *Indecens esse Filios Beatæ Virginis hac turpissima nota vel leviter fœdari*. Eos qui studiorum amore neglecto, otio se traderent, ut religiosarum familiarum eversores detestabatur, dicebatque in hos a Superioribus acriter animadvertendum. Suam in Deiparam Virginem pietatem, dies ante illius Festivitates pane, & aqua contentus, severo jejunio transigens ostendebat. Orationis studium maxime illi familiare. Vultum ejus cœlesti luce radiantem P. Antonius Guasparius, vir omnium virtutum genere commendatus conspexit. Eo Rectore Generali Collegium Januense Matris Dei fundatum est; nec non P. Cosmas Billinzanus, de quo infra, Congregationem Convictricium SS. Infantis Jesu instituit; cumque eidem Congregationi Guinisius opem suam naviter semper tulisset, idcircò eædem Convictrices tanti beneficii memores, ejus effigiem alios inter Benefactores conservandam duxerunt. Igitur religiosissimus Pater tot tantisque meritis clarus Missæ sacrificio peracto apoplexia correptus Romæ, sanctissima morte in hac nostra Domo vitam clausit Nonis Novembris 1680. Agebat ætatis suæ An. 74. Menses octo. Ejus Vitam Italicè conscriptam paucis perstrinxit Anonymus, quæ Ms. in nostro Archivio adservatur. De eo pariter nonnulla scribit laude digna Ludovicus Marraccius in suo Codice prænotato: *Alcune Memorie de' nostri Padri* III.

dri &c. De tanto viro nihil typis consignatum habemus, sed haud pauca laude digna nobis Mss. reliquit, videlicet

IV. Scripta. *Memorie de i nostri passati al Signore dall' anno 1651. fino al 1680. .... Successi Della Congregazione dal 1651. fino al 1675.* Hujus autem labores in conscribendis Auctorum nostrorum gestis, nobis adjumento fuisse, ultrò fatemur.

V. *Scrittura presentata a Papa Alessandro VII. Som. Pont. in cui si prova il dritto che hanno i Padri della Congregazione della Madre di Dio sovra la sacra Immagine di S. Maria in Portico di Roma, e qual dritto vi abbiano li Signori Guardiani della Consolazione.*

VI. In jure Canonico versatissimus, doctissimum concinnavit Opus, quod tamen maxima rei litterariæ jactura amisimus; de quo Joannes Bernardinius Congregationis nostræ Rector Generalis hæc memoriæ prodidit: „ Fece uno studio particolare sopra i Sacri Ca-„ noni, componendo intorno ad essi un' Opera, la quale se si „ fusse conservata, sarebbe conoscere la profondità del suo sapere, „ ma questa sua fatica andò a male per la trascuraggine di uno „ de Nostri, il quale non conoscendo la qualità di quel Tratta-„ to lo diede alle fiamme.

VII. Demum Franciscus Guinisius, uti supra in Vitæ Dominici Tuccii Synopsi percensuimus, singulares ab eodem Tuccio res gestas summatim collegit.

VIII. Laudes. Hieronymus Florentinius in Vita Cionii *lib.* 4. *cap.* 17. *pag.* 361. hæc scribit: *Francesco Guinigi nel primo giorno di Novembre di quest' anno 1623. prese l' Abito, ed ha perseverato, e vive tuttavia con molto spirito, dottrina, ed esempj; e per i suoi meriti nell' Anno 1652. essendo vacato il Generalato per la morte del Reverendissimo P. Domenico Tucci fù eletto egli Generale con allegrezza ed applauso di tutta la Religione, quale tuttavia governa.*

IX. Ludovicus Marraccius in Diario An. 1680. hæc pariter de eodem Guinisio nobis scripta reliquit: *Alli cinque Novembre ad ore due di notte passò alla celeste Gloria in Roma il nostro molto R. P. Generale il Padre Francesco Guinigi d' anni 75. in circa, il quale fù sempre uno specchio di tutte le virtù religiose, e particolarmente dell' osservanza regolare, della povertà, dell' umiltà, della modestia, senza ammettere trattamento alcuno particolare. Fù sempre naturalmente serio, e lontano da ogni leggerezza ancora da Giovane; fù di maniere piacevoli, ed ammirabili* &c.

X. Ludovicus Marraccius Junior in Vita Cionii *lib.* 3. *cap.* 10. *pag.* 248. insequenti elogio illum exornat: *Il P. Francesco Guinigi per le sue doti e talenti nell' Anno 1652. per la morte del P. Domenico Tucci, fù con pieno consenso di voti, e con universale applauso giudicato degno di succedergli nell' uffizio di Rettore Generale*

rale della Congregazione .... La qualità del Governo, continuato per anni 28. per commune opinione de' Savj riuscì corrispondente all' espettazione, e alle prerogative, che adornavano sì grande Uomo; che erano illibata integrità di vita, gran capacità di mente, sommo sapere, rara prudenza, affabilità di tratto dalla religiosa gravità non punto disgiunta, e una mirabile discretezza. Queste gran doti così difficili ad accoppiarsi, unite alla nobiltà della nascita, alla maestà della presenza, e sopra tutto alla stima di lui avvuta in Roma da non pochi de' più qualificati Prelati, e Cardinali, e particolarmente dal Sommo, e Santo Pontefice Innocenzo XI. per opinione costante di Uomini Savj sarebbero state atte a facilmente portarlo ad alcuna delle maggiori dignità della Chiesa, se egli per la sua singolare modestia nemico di comparire, non se ne fusse vissuto quasi di continuo nell' angustie della sua Cella, applicato all' esercizio dell' orazione, ed alla lettura de' sacri Libri. &c.

De eo pariter cum laude scribunt Benedictus Falconcinius Episcopus Aretinus in *Vita del Servo di Dio il P. D. Luigi Maffei Monaco Eremita recluso dal sacro Eremo di Camaldoli* edita Florentiæ typis Michaelis Nestenùs 1728. *in* 4. variis in locis; noster Beverinius in suis Carminibus Italicis *Pag.* 124. *edit.* 1., *&* *pag.* 16. *II. Edit.*, nec non Acta Congregationis nostræ Generalis XX. habitæ Romæ Anno 1681. post obitum ejusdem Francisci Guinisii. XI.

ART.

A R T. VII.

De Vincentio Dinellio.

I. Vita.

QUÆ de Vincentio Dinellio, ut in medium proferantur, habemus, Hippolytus Marraccius in Appendice suæ Bibliothecæ Marianæ adjecta *Part.* 2. *Pag.* 478. hisce verbis memoriæ prodidit: *Vincentius Dinellius nostræ Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei, Natione Italus, Patria Lucensis, Vir præter alias, quæ in eo nitent, animi dotes, eruditionis cultu, atque humaniorum Litterarum ornamento non ignobilis. Scripsit inter alia, tum Italicè, tum Latinè*

II. Scripta & Laudes.

Carmina varia in laudem Beatissimæ Virginis ad Nives, quæ typis digna habeo apud me Mss. Vivit hodie Lucæ, ad multa, quæ Dei gloriam spectant idoneus, & præparatus, anno quo hæc scribimus 1647. Hactenus Marraccius.

III.

De eodem Vincentio Dinellio leguntur nonnulla Epigrammata a Francisco Marraccio *Lib.* 5. *Epigrammatum* inter Analecta, & Collectanea relata.

IV.

Obiit Vincentius Dinellius Lucæ in nostro Collegio S. Mariæ Curtis Orlandingorum, ubi etiam Pro-Rectoris munus laudabiliter obierat, Idibus Martii 1683. ætatis suæ 76. in cujus piam memoriam hoc elogium Ludovicus Marraccius in suo Diario ejusdem anni 1683. posteritati tansmisit: *Alli* * 14. *Marzo passò in Lucca a miglior Vita il P. Vincenzo Dinelli d'età circa 76. anni, molto benemerito della Congregazione, vissuto sempre da buon Religioso.*

* Liber Mortuor. habet 15. cui adhærere tutius judicavimus.

ART.

A R T. VIII.

De Frigidiano Elici.

FRigidianus Elici nobilis Lucenſis, & Congregationis noſtræ Sacerdos ſupremum vitæ diem obiit in hac noſtra Domo S.Mariæ in Campitello XIII. Kal. Januarii 1683. ætatis ſuæ 39. febri hectica abſumptus, atque omnibus Eccleſiæ Sacramentis ritè munitus. Lucæ in noſtris Scholis Rethoricam publicè docuit. Fuit vir ſua laude clarus, ut ſcribit Ludovicus Marraccius in Diario An. 1683. E Gallica in Italicam linguam tranſtulit librum, cui Titulus I. Vita.

Orologio interiore dell' Anima, che dà regola al Criſtiano per fare le azioni ordinarie di ciaſcheduno giorno ſantamente. Composto in Lingua Franceſe dal P. Franceſco Pomey della Compagnia di Gesù, e tradotto nell' Italiana dal P. Frediano Elici Prete Regolare della Congregazione della Madre di Dio. In Roma per Michel' Ercole 1682. in 24. II. Scripta.

ART.

ART. IX.

De Bartholomaeo Beverinio.

I.
Vita variis e monumentis excerpta, praecipue ex Ms. Alexandri Trenta.

Bartholomæus Beverinius præclarum Reipublicæ Lucensis ornamentum, Congregationis nostræ Scriptor celebris, Græcis Latinisque Litteris quàm maximè eruditus, atque ob Latini Sermonis elegantiam, politioris litteraturæ cultum, cæterarumque disciplinarum absolutam peritiam toti Orbi notissimus, Lucæ Anno post Christum natum MDCXXIX. Quinto Nonas Majas ortus est. A Pueritia cum singulari morum innocentia conjuncta ita in litteris versatus est; ut ad eloquentiam efformatus videretur. Petri Lombardi prudentiæ & scientiarum laude clari tunc temporis nominis, auditor fuit. Nondum XV. ætatis annum transgressus, præcipuos ævi Augusti Poetas, mira perspicacitate, ac multiplici eruditione notis illustravit, unde Beverinii nomen magni haberi cœpit etiam apud peritiores Viros, ac venerationi & miraculo esse; eoque magis quod parem ingenio pietatem, religionemque præferebat.

II.

Nostris An. 1645. adscriptus, a Venerabili Tuccio Romæ religiosa veste indutus est, suique tyrocinii tempore Christianas virtutes, quæ erudito viro potissimùm ornamento sunt, seriò excoluit. Emenso maxima cum laude probationis biennio, XIII. Kal. Martii 1647. solemnia vota nuncupavit. Mox Philosophicis atque Theologicis facultatibus, sub religiosissimo æque ac doctissimo viro Joanne Benadu, cujus supra meminimus, operam dedit ea ingenii felicitate, ut quamvis ad Musas excolendas natus videretur, nihilominus Romæ Sacras Scientias, non sine magna sui nominis commendatione docuit. Sed Patriæ bono destinatus, Romæ, ubi plures parem ingenio fortunam ominabantur, Beverinius diu immorari non potuit; nam amplissimo Senatus Consulto primi Eloquentiæ Professoris munus Lucæ assecutus est. *Incredibile dictu est*, inquit Alexander Trenta Beverinii auditor, *quot ille rationes in commodum Juventutis excogitaverit, ut eorum animos ad studia inclinaret, ac laborem vincerent addiscendi voluptate. Illius curæ ac operis fuere (quamquam alii hanc sibi laudem usurpaverint) selectiores dicendi Formulæ ex Triumviris Latinitatis, Terentio, Arbitro, Plauto collectæ, quæ quam vim, alliciendis Juvenibus ad puritatis latinæ elegantiam assequendam habeant; præsertim argutissime adeò italico sermone ab eo expressæ, satis per se constat.* Eam autem eloquentiæ

In ejus Vita Ms.

Ca-

Cathedram summo totius civitatis plausu XXIV. ferè annos Beverinius rexit; multique ex lyceo illo eruditissimi viri prodierunt, qui tanti Præceptoris vestigia prementes, si non pares, propius tamen ad ejus accessere laudem.

Joannes Mabillonius, vir antiqua eruditione cùm sacra, tum prophana clarus, dum Lucam se contulit, Beverinium, in pervestigandis antiquitatibus comitem habuit, ut ipse scribit in suo Itinerario Italico: *Is nobis*, inquit, *perpetuus in Urbe Luca comes, tametsi Theologicis, aliisque studiis occupatus*; tantaque de Beverinio existimatio ei insedit, ut in erudito opere *De studiis Monasticis* a Porta Latinè reddito, alios inter clarissimos Poëtas, quos legendos docet, Beverinium accensuerit. Idem pariter Mabillonius in laudato Itinerario Italico Beverinium vocat amicum suum si quem alium cordatissimum; litterasque quas Beverinius pridie sui obitus ei dederat, in eodem Itinerario, loco supra prænotato, exscripserit; quod certè maximum amoris argumentum videtur. Nec solùm cum Mabillonio, sed etiam cum aliis eruditissimis viris, qui sua ætate inclaruerunt, magna Beverinio necessitudo intercessit, potissimùm vero cum Augustino Favorito Florentinio, Abbate Canneto, Joanne Paulo Oliva, Daniele Bartoli, Bona Cardinali, & Magliabechio, qui non semel fassus est postquam latina lingua pessum ivit, neminem Beverinio melius latinè scripsisse. Adeo etiam apud dissitas exterasque Nationes Beverinii fama percrebuerat, ut multi tanti viri invisendi studio illecti eum adiverint, se propius illius eruditione locupletaturi. Illum Romæ Christina Augusta Svecorum Regina humanissimè excepit, aliique quamplurimi litteris celebres, conceptam de Beverinii virtute opinionem familiariter cum eo agendo magis magisque confirmarunt. III. Pag. 190. Tom. 1. Cap. II. Pag. 140.

Plura nobis ingenii sui præclara monumenta reliquit cùm edita, tùm Mss. quorum Catalogum mox exhibemus. Sed dum etiam majora moliebatur, sub ipsas Kal. Octobris An. 1686. ardenti malignaque febri correptus, IX. Kal. Novembris ejusdem mensis, maxima totius Reipublicæ Litterariæ jactura vitam posuit. Agebat ætatis suæ annum LVII. Illius Vitam culto sermone latinè conscripsit P. Alexander Trenta ejus Auditor, quam Ms. in nostro Collegio Mediolanensi An. 1746. legimus, atque ex ea nonnulla deprompsimus. IV.

§. I.

De Bartholomæi Beverinii Operibus Editis.

I. Opera edita. RIme &c. *In Lucca per Francesco Marescandoli* 1654. *in* 12. Librum hunc *festinato fortè labore*, uti observat Alexander Trenta, multis aliis superadditis iterum prælo subjecit, ediditque Romæ An. 1666. *in* 12. typis Fabii de Falco, quem inscripsit *Poesie* &c. atque Christinæ Svecorum Reginæ dicavit. Tertiam editionem, fortasse accuratiorem, Beverinium adornasse, ex Epistola, quam ipse pridie sui obitus Mabillonio transmisit, in qua verba hæc leguntur : *scire quoque vos velim carmina Etrusca propediem, multum aucta, Venetiis typis tertiò proditura*; compertum habemus : sed cum Venetam hanc Editionem nobis videre non licuerit, putamus Auctoris morte interceptam. (Itiner. Italic. Tom. 1. Pag. 191.)

II. *Discorsi Sacri*. *In Lucca per Giacinto Paci* 1658. *in* 12. Idem Opus ab Auctore auctum prodiit Venetiis An. 1682. typis Nicolai Pezzanæ.

III. *Vita di S. Cecilia Vergine, e Martire con alcune Annotazioni Istoriche, e Morali*. *In Lucca presso Giacinto Paci* 1663. *in* 12. De hac editione Alexander Trenta hæc habet. „ Vitam D. Cæciliæ „ Virg. & Mart. scripsit, eamque, præclarissimis Notis illustratam „ an 1663. typis Lucensibus edidit, quam, opus aureum, eruditissimus Antonius Magliabecchi appellavit; & in Epistola, quæ una „ cum aliis plurimis illius, ac illustrium etiam Virorum in Bibliotheca Lucensi S. Mariæ Curtis Orlandingorum servatur ait : *Optandum quidem esset, ut Divarum Vitæ ita ab omnibus scriberentur*. (In ejus Vita Ms.)

IV. *Selectiores dicendi Formulæ ex Triumviris Latinitatis Plauto, Terentio, Arbitro; quo simul & linguæ, & morum puritati consulatur collectæ in gratiam juventutis Gymnasiorum S. Mariæ Curtis Orlanding. PP. Congreg. Matris Dei*. Lucæ iisdem typis 1666. in 12. suppresso Auctoris nomine. De hac utilissima Phrasium collectione in Notis iterum sermo recurret.

V. *Carminum Libri septem*, Fabio Guinisio Archiepiscopo Ravennati dicati, Lucæ apud Hiacynthum Pacium 1674. *iu* 12. Carmina hæc multo esse in pretio eruditi omnes fatentur. De iis Sebastianus Pauli hæc scribit in Præfatione Libri paulò infra recensendi, de Ponderibus, & Mensuris, III. Editionis : „ Inter ea, quæ „ edidit ingenii sui monumenta, potiorem sibi vindicant locum, „ Carmina, & Elegiæ, ea styli suavitate conspersæ undique, ut „ meritò Christianus Catullus sapientioribus audiat.

Ora-

Orazione nell' Esequie dell' Emo e Rmo Sig. Cardinale Girolamo Buonvisi Vescovo di Lucca detta nella Catedrale di S. Martino à 22. Febraro 1677. All' Illustrissimo, e Reverendissimo Monsig. Francesco Buonvisi Arcivescovo di Tessalonica, e Nunzio Apostolico alla Sacra Maestà Cesarea. In Lucca appresso Giacinto Paci 1677. in fol. Epistola Nuncupatoria est Cl. Viri Marii Florentinii, cujus initium: „ L' Eroiche azioni, e le singolari virtù dell' Eminentissimo Cardinale Girolamo Buonvisi non potevano dentro lo spazio di poche ore dalla sua morte, spiegarsi da altri, che dall' erudita facondia, e dall' acutissimo ingegno del P. Bartolomeo Beverini. Accennò egli nell' esequie di questo Sacro Porporato, con applauso universale le principali sue Doti &c. VI.

Eneide di Virgilio trasportata in Ottava Rima Toscana. Opus hoc ab Eruditis plenis laudibus cumulatum exornatumque, atque a Beverinio XIII. mensium intervallo absolutum, ut ipse, jactantia procul, in Præfatione fatetur, prodiit primò Lucæ ex Typographia Hiacynthi Pacii Anno 1680. Leopoldo I. Imperatori Augusto consecratum. Post hanc primam Lucensem editionem, alteram propediem Bononiæ evulgatam fuisse, Alexander Trenta Auctor contemporaneus in Beverinii Vita apertè ostendit hisce verbis: „ Bononiæ paulo post iterum impressa, postque illius „ mortem bis Romæ. „ Igitur anno 1692. idem opus Romæ recusum est typis Corbelletti, Petro Cardinali Ottobono nuncupatum; & An. 1700. iterum a Bernabò editum est *in* 4. Livio Odescalco dicatum. Huic verò ultimæ Romanæ editioni ab Alexandro de Podio adornatæ Textus Latinus, qui desiderabatur, Italicis carminibus e regione respondens adjectus est. VII.

Sebastianus Pauli, loco supra prænotato, in ejusdem Operis commendationem ità scripsit: „ Dubium autem nonnullis, an „ secundæ tantùm debeantur Sedes Virgilio Italicis ab eo modulis „ reddito: quo in Opere arctiores numerorum & Rhythmorum limites nil obstitere quominus Poëtarum illius Principis mentem, „ dicendique sublimitatem præ cœteris omnibus qui spartam [illegible] adornarunt, unus assequeretur.

Vincentius Gravina in singulari suo brevique Tractatu, inscripto: *Regolamento degli Studj &c.* edito Venetiis 1739., qui legitur Tom. XX. *Della Raccolta degl' Opuscoli Scientifici e Filologici*, de Virgilio verba faciens ait: „ Corroro di quest' Autore „ molte ed ottime Traduzioni Italiane, tra le quali appo gl' E„ ruditi hà sempre portato il vanto quella del Caro; ma l' ulti„ ma del Beverini tradotta in Ottava Rima, è rimasta superiore „ a tutte per la piacevolezza dell' Armonia.

Eadem Beveriniana Virgilii Translatio laudatur etiam a duobus

bus eruditissimis viris, necnon Generalibus Arcadiæ Custodibus, Joanne Mario Crescimbenio in Opere cui Titulus: ***Commentarj intorno alla Istoria della volgar Poesia Vol. 1.° pag. 356. vol. 4. lib. 3. pag.*** 170. ***num.*** 19. & a Josepho Morei in suo ***Ragionamento intorno all' Eneida di Virgilio*** Romæ impresso 1729. typis Antonii de Rubeis *pag.* 106. Quorum Elogia infra suo loco percensebimus.

VIII. ***Prediche, Discorsi e Lezioni Opere Postume. Vienna per Gio. Eichario Hertz.*** 1691. ***in*** 4.

IX. ***Syntagma de Ponderibus, & Mensuris; in quo veterum nummorum pretium, ac Mensurarum quantitas demonstratur, in gratiam studiosæ Juventutis a Bartholomæo Beverini Lucensi Cong. Matris Dei collectum opus posthumum. Novissimè accessit de Romanorum Comitiis Tractatus, ex nonnullis ejusdem Auctoris elucubrationibus excerptus. Lucæ typis Peregrini Frediani*** 1711. ***in*** 8.

Hoc eruditissimum Opusculum non solum nostris hominibus, sed exteris quoque adeò placuit, ut Jo. Georgius Walchius Lipsiæ anno 1714. adjecta de re nummaria Præfatione illud in lucem edendum curaverit; in qua testatur, quod Beverinius ***Præcipua momenta nummorum, & mensurarum non tantùm commemorat breviter, verùm etiam probat, & summa fide, anima historiarum, ostendit.*** Postremò idem Opus prodiit Neapoli 1719. typis Felicis Mosca, eique noster Sebastianus Pauli Additionem de nummis Byzantinis subjecit. De tertia hac Editione ***in Tom. XXXII. Art. XVI. pag.*** 548. Venetarum Ephemeridum hæc legi: ***D' altra dottissima Opera si è presa la cura il P. Pauli di farne ristampa, ed è***, Bartholomæi Beverini Syntagma de Ponderibus & Mensuris &c. ***Il nome del celebre P. Beverini, e 'l pregio dell' Operetta presente riconosciuta fra tutte le altre utilissima in tal materia, l'hanno fatta più volte andare sotto i torchj &c.*** His tamen non obstantibus Octavius Antonius Bayardi vir cœteroquin eruditissimus, cuique nos sumus devinctissimi, in suo Opere inscripto: ***Prodromo delle Antichità di Ercolano*** edito Neapoli hoc anno 1752. ***Part. II. pag.*** 587. num. LXVII. De Beverinio hæc ait: ***Beverino che del suo Trattato de' Pesi, e delle misure formò un' Insalata d' ogni Erba.*** Quamvis Bayardus ipse in Prima Parte prædicti Operis ***pag.*** 281. Beverinium nostrum recenseat inter illos, qui de Ponderibus & Mensuris admodum doctè scripserunt, & aliis in locis eundem sequatur.

X. In re Canonica edidit suppresso nomine Tractatum Apologeticum. De eo in Præfatione Libri paulò superius recensiti, ***Prediche, Discorsi, e Lezioni*** verba hæc leguntur: ***Diede in luce parimente un piccolo Trattato in materie Canoniche; ma per essere Apologetico uscì sotto nome finto, benchè tratto dal suo per ragione d'Ana-***

& Anagramma. Hunc verò Tractatum Apologeticum in re Canonica ipsissimum esse, quem Beverinius edidit Pistorii An. 1662. Sub nomine Anagrammatico *Martini ab Holuberueso* ad vindicandam Florentinii de Baptismo Abortivorum doctissimam Disputationem ostendimus supra *Art. IV. in Notis*.

Lectiones D. Anselmi Lucensis olim Antistitis ex ejus Vita, aliisque illius ævi Scriptoribus summa Fide decerptæ. Jussu Julii S. R. E. Cardinalis Spinulæ tunc Episcopi Lucensis, A. 1684. Beverinius illas composuit, uti accuratè animadvertit in ejus Vita Alexander Trenta, qui etiam subjungit: " Hæ manu ipsius Beverini conscriptæ in Bibliotheca Lucensi servantur; quæque a Sac. Rituum Congregatione approbatæ pro Diœcesi Lucana, paucis licèt verbis immutatis, typis Lucensibus prodiere. XI.

Exstant item de Beverinio nonnullæ a clarissimis Viris editæ Epistolæ. Una legitur in Itinerario Italico Joannis Mabillonii *Pag.190.*, cujus supra meminimus. Alias videsis inter Epistolas Francisci Redi 11. *Edit.* XII.

Hippolytus Marraccius in sua Appendice ad Bibliothecam Marianam Polyantheæ Marianæ 1. *Edit.* adjecta insequentia Opuscula Beverinium edidisse scribit, nempe „ Sæculum Niveum, sive de „ Nivibus Exquilinis, Opusculum complectens duas Orationes ac „ totidem Idyllia latinum ac Italicum Innocentio X. inscriptum, „ prodiit Romæ 1650. typis Francisci Monetæ *in 4. Roma Virginea*, „ sive de sacris Nivibus Opusculum continens duas Orationes ac „ duo Idyllia Latinum & Italicum inscriptum Cardinali Ginnetto „ Romæ 1651.; *Dies Niveus*, sive de sacris Nivibus Opusculum „ Duas Orationes & Idyllia totidem complectens Latino ac vulgari „ sermone, inscriptum Cardinali Francisco Barberino Romæ 1652. „ ex Typographia Francisci Caballi in 4.; *La Lite Nazionale* Melodrama Italicum in Annunciatione B. Virginis editum Lucæ 1656. „ *Il Giudizio delle Stagioni* Melodrama Italicum itidem in B. Virginis Annunciationem editum Lucæ 1657. typis Francisci Marescandoli in 4. & iterum 1663. *La Giustizia placata* Melodrama „ in Annunciatione B. Virginis prodiit Lucæ 1658. Hactenus Marraccius. XIII.

§. II.

§. II.

De Bartolomæi Beverinii Operibus Mss.

I. Opera Mss. INter Beverinii Opera Mss. primum sane sibi vindicat locum Historia Reipublicæ Lucensis Latino purgatoque sermone conscripta, duobus Tomis in Folio comprehensa, atque in XV. Libros accuratè distributa, quæ Lucæ in nostra Bibliotheca S. Mariæ Curtis Orlandingorum adservatur, cui Titulus est: *Bartholomæi Beverini Annalium Ab Origine Lucensis Urbis Libri XV.*

Opus hoc, quod certè Beverinii famam plurimum augeret, si lucem tandem aspiceret, ut optandum est, omnibus emunctæ naris Lectoribus planè probaretur; quandoquidem in eo concinnando ad Livianam laudem proximè accessit. Mabillonius de eodem hæc in litteras retulit: *Beverinus Historiam Lucanæ Civitatis a se eleganter scriptam nobis ostendit, nondum editam; neque sperabat facultatem imprimendi facilè concedendam a Republica, quæ sua arcana vulgari non patitur.* (Itin. Italic. Pag. 190.)

Admonitio item præfixa Operi inscripto: *Prediche, Discorsi, e Lezioni*, de quo supra mentio facta est, hoc judicium fert: *Scrivendo l' Istorie della Patria in Latino Idioma, con un fiume di puro latte, imitò Livio così felicemente, che da lui non si distingue, se non per le materie men sublimi ed eroiche.*

II. *Libri Quattro di T. Livio tradotti in Lingua Toscana*. De hac Beveriniana translatione Alexander Trenta hæc habet: *Servantur in Bibliotheca Lucensi quatuor a secundo Punico Bello T. Livii Libri ab eo præclarè adeo in Italicum sermonem conversi, ut non alterius lingua aut Scriptoris, sed ejusdem Beverini integrum Opus videatur .... hos intercisivis horis, brevi quatuor tantùm mensium spatio absolvit.* (In Vit. Beverinii Ms.)

III. *Notæ in præcipuos ævi Augusti Poetas*. Extant in eadem Bibliotheca, *quos* Beverinius, teste Alexandro Trenta, *mira perspicuitate, ac multiplici eruditione, immatura adhuc ætatè illustrare aggressus est.*

IV. *Epitome Lib. IV. Justi Lipsii.*

V. *Traduzione del Libro I., e parte anche del II. della Metafisica di Aristotele.*

VI. *Raccolta d' Iscrizioni Sepolcrali della Città di Lucca con l' armi delle Famiglie, e con diverse osservazioni che recano gran lume all' antichità della Patria.*

VII. *Elogj di tutti gli Uomini Illustri della Città di Lucca.*

Pur-

Purpura Religiosa, Opus in quo eos omnes recenset, qui e vita cœnobitica ad Cardinalatus honorem evecti sunt. VIII.

Fax Poetica, in qua lucem affert non paucis locis nonnullorum veterum Poetarum, quæ vix explicari poterant, & planè intelligi. IX.

Tomo di Lettere a varj Personaggi eruditi, principalmente Oltramontani. X.

Un volume di versi ed Ode Italiane. XI.

CXX. Orationes Latinè conscripsit, habitas Lucæ ab Nobilibus Adolescentibus altero quoque Mense, in ampla Senatus illius Aula, cum ex more supremi Magistratus Officia renovantur. XII.

Reliquit etiam *Rethoricas Institutiones* valdè doctas & eruditas. XIII.

Præterea, uti observat Alexander Trenta, Beverinius laborem suum pro S. Valerio Episcopo Lucensi impendit, plures rationes afferens cur ille in Martyrologium Romanum relatus non sit. Id habetur ex Epistola Prosperi Bottini Archiepiscopi Myrensis Romæ data 3. *Junii* 1684. Alia etiam plura inchoata reliquit, quæ, nisi ejus conatus mors intercepisset, facilè ultimam accepissent manum Auctoris erudita diligentia, ut alia quæ absolvit; quæque omnia in præfata nostra Bibliotheca Lucensi conservantur. XIV. In ejus Vita Ms.

Denique Marraccius inter Beverinii Opera inedita, hæc pariter recenset: *Propempticon Virgini Elisabetham invisenti Orationem Latinam ejusdem argumenti*; *De Conceptione Immaculata Concionem I.* Item *Opusculum de Corporali Beatæ Virg. Morte adversus scriptum D. Gregorii della Torre.* XV. Append. ad Biblioth. Marian.-Polyanth. Marian. adiecta. Edit. I.

§. III.

Testimonia Virorum Illustrium de Bartholomæo Beverinio.

I. Joannes Mabillonius in suo non semel supra laudato Itinerario Italico: *Bartholomæus Beverinius*, inquit, *Poeta & Orator cultissimus, atque amicus, si quis alius cordatissimus .... qui non minùs tersè ac politè prosa, Oratione scribit.* Et paulò infra hæc pariter subjungit: *Postquam hæc scripta erant, non sine acerbo dolore accepimus Beverinium Lucæ obiisse die 24. Octobris gravi Reipublicæ damno, maximè Italiæ cujus magnum erat inter doctos & pios ornamentum &c.* Pag. 188. Pag. 190.

II. Vanden Broeck Beverinio septimum Hymnum nuncupans sic scribit *Pag.* 185. Apud Gregor. Leti in Italia Regnante Par. IV. Lib. 4. Pag. 464.

Tuque etiam Aoniis Lux o pulcherrima Musis,

Egre-

Egregiumque decus nostro Beverine Labori
Aspira, numerosque assuesce audire minores.

III. Ephemerides Litterariæ Mutinenses *An.* 1692. Beverinium insequenti elogio cohonestant. *Il P. Beverini è stato uno di quei felicissimi ingegni, che di rado compariscono sù la scena del Mondo, attissimo a rappresentare qualunque parte di Letterato, quantunque alcune di queste pajano non inseparabili, da chi ben ne rappresenta alcun' altra, verificandosi anche nelle scienze che* non omnis fert omnia tellus.

IV. Tom. IX. Hist. Ecclesiast. Pag. 510. I. Edit. Gravesonus, *Bartholomæus Beverinius*, ait, *Lucensis Scriptor elegans, præter nonnulla Opera, quæ publici juris fecit, Reipublicæ Lucensis Historiam cultissimo stylo descripsit, quæ tamen, nescio quo fato, necdum publicam lucem adspexit, sed in Cœnobio Lucensi Clericorum Regularium Matris Dei manuscripta adservatur.*

V. Comentar. intorno alla Istor. della Volgar Poesia Vol. 4. lib. 3. Pag. 170. num. 19. Joannes Marius Crescimbenius, *Bartolomeo Beverini*, inquit, *Lucchese, Chierico Regolare della Madre di Dio, celebre per le Poesie Liriche, ma molto più per la Traduzione dell' Eneide di Virgilio in ottava rima, che più volte ha avuto l' onore della stampa, ha fiorito negli anni nostri, stimatissimo da tutta la Letteratura d' Italia.*

VI. Ragionamento intor. all' Eneid. di Virgilio Pag. 106. Josephus Morei loquens de iis qui Operam suam in memorata Virgilii translatione præclarè impenderunt hæc pariter habet: „ Io bramerei che Voi fra tutte le Traduzioni ne sceglieste tre sole, e d' una di esse a vostro piacere vi andaste servendo; sono „ queste, quella, che verso il mille e cinquecento per opera di „ dodici accreditati diversi Autori, ciascuno de' quali traduſſe un „ Libro, venne alla luce: quella, che poco doppo con tanta sua „ lode divulgò Annibal Caro, ambedue in versi sciolti; e quella „ che nei tempi a noi prossimi ha scritta in Ottava Rima Bartolo„ lomeo Beverini.

VII. Pag. 19. Vinciolus in Epistola de nonnullis Congregationis nostræ Scriptoribus, alia inter multa, hæc itidem Lectoribus exhibet: „ Bar„ tholomæus Beverinus comparet nullis aliis inferior. Memo„ ria quidem illius qui de literis tam benè, & optimè meretur ju„ cundissima occurrit. Obiit anno 1686. die * 27. Octobris... Hi„ storiam Reipublicæ Lucensis descripsit cultissimo stylo.... & pu„ blicam lucem meretur. At Liber, qui inscribitur de Ponderibus „ & Mensuris pluries editus, & licèt mole parvus, maximum il„ li nomen facit... omnia ejus Opera brevitatem, doctrinam, & „ Latinè seu Italicè extensa candorem redolent.

* L. 24.

Hoc Vinciolii in Beverinii nostri laudem testimonium lege, si vis, Italicè redditum, in Ephemeridibus Venetis *An.* 1725. *Tom.* 37. *Pag.* 278.

VIII. Hippolytus Marraccius insequenti encomio eum pariter exornat:

nat: *Bartholomæus Beverinius nostræ Congregationis Matris Dei natione Italus, Patria Lucensis; vir culti ingenii, raræ facundiæ, ac variæ eruditionis, in Philosophicis ac Theologicis studiis eximiè excultus, Grecè etiam peritus, & Divini Verbi declamator non vulgaris &c.* Appen. ad Biblioth. Marian. Polyanth. Marian. I. Edit. adjecta.

IX. Alexander Trenta ultra ea quæ supra sparsim retulimus, hæc itidem reponit: *Beverinus, cui nihil deerat earum rerum, quæ in magnis ingeniis optari magis possunt, quàm inveniri .... gravioribus licèt studiis totus vacaret, amænioribus etiam operam navabat, cum ingenium illius par omnibus, utrisque abundè sufficere posset. Soluta oratione ac carminibus, Latinè ac Italicè .... stylo veteribus non absimili conscripta plurima recensentur.* In Beverinii Vita Ms.

X. Vincentius Maria de Nobilibus hisce paucis verbis Beverinianas laudes percurrit: *L'Eruditissimo P. Bartolomeo Beverini Scrittore celebre di nostra Congregazione nel suo Trattato de Ponderibus & Mensuris &c.* Tom. 2. Delle Lezioni Sacre sovra i Vangeli Lez. XI. Pag. 123.

XI. Sebastianus Pauli post Walchii Præfationem Libro de Ponderibus & Mensuris III. Editionis affixam, hæc alia inter multa subjungit: „ Pauca hæc Walchius de Beverinio, magni profectò nominis Scri„ ptore, suique ævi celeberrimo: Doctis proinde omnibus Maglia„ bechio potissimùm, Favorito, Mabillonio, Florentinio, Abba„ ti Canneto, Bonæ Card. & celsissimæ Svecorum Reginæ Chri„ stinæ caro, & in ultimis, quem Philosophicis & Theologicis di„ sciplinis excultum, Poëticæ & Oratoriæ facultatibus, Græcæ „ item Linguæ, penitioris eruditionis, ac totius politioris litera„ turæ cognitione commendatum, morum suavitas, vitæque inte„ gritas nostræ Congregationi, cui Adolescens adhuc nomen de„ derat, spectatissimum reddit. &c.

XII. Ludovicus Marraccius piam religiosamque Beverinii memoriam hisce verbis prosecutus est: *Adì 24. Ottobre passò in Lucca a miglior vita il P. Bartolomeo Beverini vicino a sessagenario, vissuto sempre esemplarmente, ed affezionato alla Congregazione. Fù eminente in belle lettere particolarmente in Poesia, e lasciò alcune Opere stampate in prosa, e verso, e tra le altre l'Eneide di Virgilio in ottava rima, ed alcuni Panegirici &c.* In Diar. Ms. ad An. 1686.

XIII. De hoc etiam cl. Auctore magna cum laude loquuntur Bendinellius *Epigrammate XXXI. Pag.* 84.. Redi in suis Epistolis: Octavius Antonius Bayardi in suo Opere nuperrimè edito Neapoli, cui Titulus: *Prodromo delle antichità d' Ercolano, Part. I. pag.* 281. & 285., nec non *Part. II. pag.* 538., 541., & 628. Gregorius Leti in sua *Italia Regnante Part.* 4. *lib.* 4. *Pag.* 463. Gabriel Grammatica in *Guida Sacra alle Chiese di Lucca* edita Lucæ 1741. *Pag.* 23., Alexander Pompejus Berti in Vita Dominici Bartoli, quæ legitur *Tom.* 2.

354. *Delle notizie Istoriche degli Arcadi morti*; Julius Marchini *Riflessioni sopra la maniera di ben comporre l' Orazione Panegirica lib.3. cap. ult. Pag.219. &c.* quorum verba, ne longum faciamus, silentio præterimus.

XIV. Sed pro Beverinianarum laudum coronode hic certè negligendus non est, ne intercidat, supplex Libellus post Beverinii obitum, ab Illustrissimis Scholarum Præsidentibus, Excellentissimo Senatui Lucensi porrectus, qui profectò haud parvam ejus laudibus accessionem facit. Prædicti autem supplicis Libelli exemplum, quod penes me habeo, hisce verbis conceptum legimus, fideliterque legentium oculis subjicimus.

Copia del Memoriale che porge l' Offitio delle Scuole all' Eccellentissimo Consiglio doppo la morte del P. Beverini.

„ Perche la perdita deplorabile del P. Bartolomeo Beverini „ Primo Humanista in questa Città, richiamato da S. D. M. a gode„ re, come fermamente può crederſi, tra i Beati il premio delle „ sue virtuose operazioni, che và estrahendo da ogni Natione vere „ lacrime di sentimento, molto più dolorosa si rende a questa sua „ Patria, in servitio della quale hà procurato in ogni tempo diri„ gere le sue migliori applicationi, spargendo continuamente frut„ ti d' erudita virtù. Noi che per l' Offitio in cui serviamo all' Ec„ cellentissimo Consiglio, più d' ogn' altro conosciamo il danno „ causato à questo Publico per la mancanza di così gran Letterato, „ che oltre l' haver riempito le stampe d'eruditissimi Componimen„ ti, hà ancora, per quanto si presente, con ogni più nobile, e per„ fetta eleganza descritto le Memorie più illustri di questa Patria fi„ no al 1600. E vedendo sproveduto il Posto di Primo Humanista, „ nel quale per lo spatio di circa anni 24. s'è con universale accla„ matione esercitato, infondendo con somma sua lode, e con am„ mirabil frutto ne Sudditi dell'Eccellentissimo Consiglio la cogni„ tione di quelle virtù, che sono in tutto necessarie alla felice con„ servatione della Republica, siamo reverenti à rappresentarlo all' „ Eccellentissimo Consiglio, acciò con la sua paterna providenza „ possa prender sopra ciò quelle deliberationi che stimerà conve„ nienti, mentre &c.

NOTÆ.

LIbrum inscriptum, *Selectiores dicendi Formulæ &c.* à Beverinio suppresso Nomine editum *Lucæ A. 1666. in* 12. typis Hyacinthi Pacii, cujus supra meminimus, sub alius Auctoris & Religiosæ

sæ Familiæ nomine novimus evulgatum, quod qui fecerunt, plagii notam non effugiunt. Præstat hac de re audire Alexandrum Trenta, & Sebastianum Pauli. Primus enim in Vita Beverinii hæc habet: *Illius curæ at operis fuere (quamquam alii hanc sibi laudem usurpaverint) selectiores dicendi Formulæ, ex Triumviris Latinitatis, Terentio, Arbitro, Plauto Collectæ. Lucæ typis Hyacinthi Pacii an.1666. editæ.* Alter verò *in Præfat. Libri De Ponderibus & Mens. III. Edit.* ità scribit: *Prætereundum non duxi, collectionem quandam Phrasium Latinæ Linguæ è purissimis fontibus erutarum, quibus adumussim respondent Italicæ dicendi formulæ, genuinum ipsius esse fœtum, licèt immutata tantùm libri fronte alterius Auctoris nomine prostet.*

ART. X.

De Fulgentio Marraccio.

I. Vita E variis Nostr. Monument. excerpta.

Fulgentius Marraccius Lucensis XVII. Kal. Julias MDCXXIV. natus est. Optimis excultus Disciplinis Congregationi nostræ nomen dedit MDCXL. in qua tribus aliis Germanis Fratribus Francisco, Hippolyto, & Ludovico, Congregationis nostræ Cl. Scriptoribus pietate, doctrina, & Scriptis haud dissimilis extitit. Tyrocinium, quod Romæ in Domo S. Mariæ in Porticu XVI. Kal. Junias ejusdem anni 1640., maximo cum animi ardore incœpit, ibidem IV. Non. Junii 1642. absoluit, Solemniaque Vota emisit. Deinde Lucam missus, Philosophiæ atque Theologiæ naviter operam dedit.

II. Inter alias ejus Virtutes ardenti studio in Eucharisticum cibum ferebatur, multaque in id argumentum, doctè scripsit. Deiparam etiam Virginem speciali cultu pietateque prosequebatur, in cujus laudem haud pauca nobis Mss. monumenta reliquit. Rector Neapolitani Collegii S. Mariæ in Porticu non semel renuntiatus, id munus laudabiliter gessit. Nostrorum Tyronum cura sedulæ illius diligentiæ demandata, multis annis magno Congregationis bono eam laboriosam provinciam rexit, atque in eadem Neapoli sanctè obiit V. Idus Septembris 1692. ætatis 68., religiosæ probitatis singularem laudem non solùm apud Nostros, sed apud alios etiam consecutus. Ex ipsius Operibus, quorum Catalogum nunc exhibemus, satis liquet quantùm studiis addictus fuerit; qui licèt quæ scripsit, typis non consignaverit, ea tamen digna sunt, quæ hic recenseantur.

§. I.

De Fulgentii Marraccii Operibus Manuscriptis.

I. Opera Mss.

Biblia Eucharistica X. Tomis in Fol. comprehensa. In 1. agit de Figuris Eucharisticis. Alii VII. Continent Conciones Eucharisticas pro Dominicis & Feriis totius anni. Reliqui II. Sanctos illos qui speciali amore in Eucharisticum Sacramentum ferebantur, percurrunt. Extat etiam in id argumentum *Supplementum* in X. Tom. in 4. distributum.

II. *Historia Eucharistica. Tom. VI. in Fol.* nec non *Tom. III. in 4.*

III. *Lex Eucharistica è Sacris Scripturis, Conciliis, Sanctis Patribus, & Summis Pontificibus compacta, & in quinque Tomos in 4. partita.*

De

De Propositionibus, Figuris, Prophetiis & Revelationibus Eucharisticis. Tom. XXXII. in 4. IV.

Biblia Encomiastica Tom. 1. in 4. V.

Emblemata Eucharistica, & Epitheta Mariana ad Eucharistiam spectantia. Tom. 1. in 4. VI.

L'Eucaristia mostrata nelle Profezie notate nel Genesi, Esodo, Levitico, Numeri, Deuteronomio, Giobbe, Salmi, Proverbj, Ecclesiaste, Rè, Paralipomeni, Tobia, Sapienza, Ecclesiastico, Profeti, Cantica, Vangelj, Atti degl'Apostoli, Epistole, ed Apocalisse. Tom. IV. in 4. VII.

L'Eucaristia espressa nelle Figure notate nel Genesi, Esodo, Levitico, Numeri, Deuteronomio, Giosuè, Giudici, Rut, Rè, Paralipomeni, Esdra, Tobia, Giuditta, Ester, Giobbe, Salmi, Proverbj, Ecclesiaste, Cantica, Sapienza, Ecclesiastico, Profeti, Maccabei, Vangelj, Atti Apostolici, ed Epistole. Tom. VII. in 4. VIII.

L'Eucaristia istituita, e rivelata da Cristo nella Nuova Legge; cioè ne' Vangelj di S. Matteo, e di S. Marco, negl'Atti Apostolici; e nelle Epistole di S. Paulo a Corintj. Tom. III. in 4. IX.

De Beata Maria figurata, prophetata, & revelata Tom. III, in fol. X.

De Encomiis Sanctorum. Tom. II. in 4. XI.

Nomina Deiparæ; Nomina Sanctorum eorum Operibus illustrata. Tom. III. in 4. XII.

In Evangelia de proprio Sanctorum. Tom. II. in 4. In Commune Sanctorum, & Angelorum. Tom. II. in 4. In Festivitatibus Anni. Tom. I. in 4. XIII.

De Incarnatione, Nativitate. Circumcisione, Epiphania, Passione, & Trinitate. Tom. IV. in 4. XIV.

De Conceptione, Nativitate, Præsentatione, & Desponsatione Beatæ Mariæ. Tom. I. in 4. XV.

De Figuris Marianis desumptis ex Pentateucho Moysis, ex Libris Josue, Judicum, Ruth, Regum, Esdræ, Tobiæ, Judith, & Esther. Tom. II. in 4. XVI.

Physiologia Mariana, sive Mariæ præconia ex Naturæ Libris excerpta. Tom. I. in 4. XVII.

Biblia Virginea, sive Mariæ Matris Dei Immaculata Virginitas ex Sacris Libris excerpta. Tom. I. in 4. XVIII.

De Nominibus Deiparæ. Tom. 1. in fol. De Nominibus Divinis, & Dei Hominis. Tom. I. in fol. XIX.

Maria figurata in Libris Naturæ. Tom. I. in fol. XX.

Nomina propria Sanctorum, & Angelorum. Tom. I. in fol. XXI.

Quæ omnia adservantur Neapoli in nostra Bibliotheca S. Mariæ in Porticu, Suburb. Plag. & alicujus opem expectant, ut saltem potiora in lucem prodeant.

§. II. *Te-*

§. II.

Testimonia Virorum Illustrium de Fulgentio Marraccio.

I. IN Præfatione Operis inscripti: *L'Ebreo preso per le buone*, editi Romæ post obitum Ludovici Marraccii, ut infra suo loco *in Ludovico Marraccio* adnotabimus, in nostri Fulgentii Marraccii Laudem verba hæc legi: *Il P. Fulgenzo Marracci ... famoso per molti Tomi di materie predicabili in tutti gli Evangelj dell'Anno, sopra il Divinissimo Sacramento dell'Altare.*

II. Ludovicus Marraccius in suo Diario Ms. ad annum 1692. hoc Elogium de eo nobis reliquit: *A dì 9. Settembre in Napoli nella Casa di Chiaja passò a miglior Vita il P. Fulgenzo Marracci mio Fratello con breve, ma dolorosa infermità di viscere, di circa 70. anni. Fù sempre ottimo religioso, ed allora era Maestro de' Novizj. La sua morte fù compianta da tutti, e morì in concetto di Santo tanto appresso i Nostri, quanto agli esterni. Morì con tutti i Sacramenti. Lasciò molte Opere Manoscritte degne di Stampa.*

III. Ex Libro nostrorum Defunctorum S. Mariæ in Porticu Neapolis prænotato: *De iis qui ex hac vita discedunt. Pag. 71.* verba hæc transcripsi: „ Anno 1692. die 9. Septembris hora tertia noctis P. Fulgentius Marracci nostræ Congregationis Sacerdos Professus obdormivit in Domino ætatis suæ 69. omnibus Ecclesiæ Sacramentis pridie refectus circa vesperam, cum gravi & repentino accidenti correptus penè deficere videretur. Die autem 10. sepultus fuit in nostra Ecclesia in Sepulchro Nostrorum ante Altare Majus. Vir quidem in nostra Congregatione omni exceptione major, & propter ejus singularem pietatem & observantiam, & propter eximiam sacram eruditionem, ut testantur ejus volumina in honorem Sanctissimæ Eucharistiæ, & B. Virginis Mariæ composita, propterea dignus æterna memoria.

ART. XL.

A R T. XI.

De Cosma Billinzanio.

COsmas Billinzanius Lucensis Pridie Idus Decembris 1619. ortus est. Adhuc sæculo addictus singularem probitatis doctrinæque laudem consecutus, Clericali Militiæ nomen dedit; sed potiora cogitans, Sacro Presbyteratus Ordine jam initiatus, Romæ A. 1643. in Congregationem nostram cooptatus est. Biennii Tyrocinio laudabiliter gesto, omnium suffragiis tria solemnia Vota VIII. Kal. Aprilis 1645. nuncupavit. In Congregatione, regulari observantia, pietate, caritate, morum innocentia, atque in adversis tolerantia clarus fuit. Tuderti non semel Sacras Missiones habuit. Romæ in Basilica Vaticana Pœnitentiarii munus itidem exercuit, ac sub Alexandro VII. Pont. Max. peste infectis imperterrito animo Sacramenta administravit. Nostræ Romanæ Pareciæ S. Mariæ in Campitello moderator non semel constitutus, quàm attentissimè operosam illam provinciam exercuit. Pœnitentiæ Sacramentum ad tutioris Theologiæ veritatisque leges, multo animarum bono ad extremum usque administravit. Pro-Rectoris munus non raró illi demandatum magna cum cura explevit. I. Vita ex Diar. Ms. Ludovic. Marrac. ad an. 1694.

II. Congregationem Virginum, quæ vulgo dicuntur: *Le Convittrici del Santissimo Bambino Gesù* multis obluctatus difficultatibus A. 1671. Romæ instituit, eique præfecit Annam Moroniam è Patre Lucensi Romæ natam, Virginem morum probitate spectatissimam, quæ nascentem Congregationem instar Matris lactavit, ac fovit, plenisque Virtutibus atque meritis cumulata sanctè obiit VII. Idus Februarii 1675. Hujus autem Congregationis initia incrementaque, nec non ejusdem Virginis præclaras Virtutes Ludovicus Marraccius fuse descripsit, ejusque Vita adhuc Ms. in nostris pluteis jacet. In qua idem Maraccius asserit prædictam Dei famulam A. 1662. primum pro puellis instituendis Scholas aperuisse; deinde IV. Idus Octobris 1667. a Domino Urbis Vicarii Vicesgerente facultatem obtinuisse prædictas Puellas in educationem recipere, ejusque facultatis hic tenor *Concediamo licenza all'onesta Zittella Anna Moroni Romana d'anni* * 60. *di tenere in sua Casa posta in Piazza Morgana nella Parrocchia di S. Maria in Portico in Campitelli, in Educazione quel numero di Zittelle, che più le parrà, e piacerà; tanto per carità, quanto con farsi pagare alimenti competenti; con questo però che il tutto faccia con l'obedienza, e direzione del P. Cosimo Bellinzani, al presente Curato della sopranominata Chiesa, ò d'altro Padre della medesima Congregazione di nostra*

* L. 55.

stra saputa, e licenza. Di Casa questo dì 12. Ottobre 1667. N. Gallio Vescovo di Rimini Vicegerente. Suprema hac Moronia suffulta auctoritate XXIV. Puellas Domi suæ iustituendas recepit, atque ex iis XII. selectis A. 1671. teste eodem Marraccio, circa Festum Nativitatis B. M. Virginis Congregationem suam sub obedientia disciplinaque ejusdem Cosmæ Billinzanii regere incępit.

III. Fontana in Opere inscripto: *Storia degl'Ordini Monastici &c.* è

Tom. 8. Par. 6. Cap. 26. Gallico in Italicum Sermonem verso, hæc habet: " Il P. Cosimo „ Berlinzani Chierico Regolare della Congregazione della Madre di „ Dio, e Curato di S. Maria in Campitelli, che era suo Direttore, nempe Annæ Moroniæ," vedendo il fervore di queste sante Fanciul„ le, ne prese particolar cura, e per meglio stabilire questa pia fon„ dazione, non solo la fece approvare dalla Santa Sede, ma stese „ delle Regole, quali vennero abbracciate da queste Fanciulle. Per„ suase alla Fondatrice di consegrarsi intieramente al servizio di Dio, „ e del prossimo, e di ventiquattro, che allora erano, ne elesse „ dodici delle più feruenti, le quali avendo messo in commune „ quanto avevano, senza alcun riguardo al loro privato interesse, „ si proposero d'osservare inviolabilmente Castità, Povertà, ed Ub„ bidienza.

IV. Hoc autem laudabile opus variis in locis a Billinzanio propagatum, sanctissimisque legibus ab ipso munitum, à Summis Pontificibus approbatum est, multisque privilègiis locupletatum. Tres supra triginta annos huic Congregationi Billinzanius, nunquam laboribus fractus, præfuit, atque ad religiosæ vitæ normam Virgines illas absolutè informavit. Denique Vir ad animarum salutem in tuto collocandam natus, ætate meritisque plenus, Romæ sanctissima morte diem clausit extremum VII. Kal. Novembris MDCXCIV. Romæ & Reate in earumdem Virginum Domibus, sub ejus Effigie insequens legitur Inscriptio.

V. P. COSMAS BELLINZANUS LUCENSIS
DE CONGREGATIONE MATRIS DEI
FUNDATOR AC INSTITUTOR CONGREGATIONIS
CONVICTRICIUM SANCTISSIMI INFANTIS JESU
OBIIT ROMÆ ANNO DOM. MDCXCIV. DIE XXVI. OCTOBRIS
ÆTATIS SUÆ LXXV.

Tanti viri merita complexus est P. Carolus Antonius Erra ad calcem Vitæ Annæ Moroni Fundatricis Convictricium Sanctissimi Infantis Jesu propediem edendæ.

§. I. *De*

§. I.

De Cosmæ Billinzanii Operibus editis.

Regole Primitive delle Convittrici del Santissimo Bambino Gesù, composte dal M. R. P. Cosimo Berlinzani Lucchese Chierico Regolare della Madre di Dio, e Fondatore del suddetto Istituto, riconosciute prima, ed approvate dall'Emo Sig. Cardinale di Carpegna Vicario di N. S. e Protettore di essa Congregazione: E di nuovo riviste, ed approvate dalla ch. mem. dell'Emo Sig. Cardinale Lauria Visitatore Apostolico; ed ultimamente approvate, e comandatane espressamente l'osservanza dalla Sac. Cong. de Vescovi e Regolari con Decreto spedito li 26. Giugno 1711. mandato all'Illmo Monsig. Bernardino Guinigi Vescovo di Rieti. In Rieti MDCCXIII. Per Angelo Mancini Stampatore Vescovale, e Camerale. Tom. 1. in 4. Prælaudatæ Institutiones post obitum Cosmæ Billizanii evulgatæ, primò prodierant Romæ an. 1685. *in* 8. suppresso Auctoris nomine sub hoc Titulo: *Istituto delle Convittrici del Santissimo Bambino Gesù. principiato in Roma sotto la Protezione, e Direzione dell'Emo, e Rmo Signor Cardinal Carpegna Vicario di Nostro Signore da Anna Moroni l'anno* 1671. Deinde iterum prælo ibidem demandatæ sunt anno 1693. sub hoc altero titulo: *Principali virtù da esercitarsi dalle Convittrici &c.* Prodierunt pariter in lucem typis Zenobii 1711. *in* 12. cura, & diligentia nostri Friderici Orsucci, qui illas in ordinem reduxit, multisque annis Romanam hanc prædictarum Virginum Congregationem non sine multis laboribus atque impendiis rexit, gubernavitque. Præterea Carolus Antonius Erra in sua *Storia dell'Imagine, e Chiesa di S. Maria in Portico di Campitelli* alteram earumdem Regularum nobis Editionem enunciat hisce verbis: *Le Regole stampate, e proposte al Convitto, che elleno hanno ancora in Palestrina, dal Sig. Cardinale Francesco Barberini alli 29. Aprile* 1722. quarum Titulus: *Regole Composte dal P. Cosimo Berlinzani Chierico Regolare della Madre di Dio, e loro Fondatore.* Demum Laurentius Cardinalis Corsinius, postea Clemens XII. Pont. Max. A. 1725. ex Typographia R. C. A. pristinis Regulis non uno in loco immutatis novam fecit impressionem pro Virginibus Romanis Sanctissimi Infantis Jesu suæ curæ commendatis, quibus Titulum hnnc præfixit: *Regole per la Congregazione delle Oblate Convittrici del Santissimo Bambino Gesù. In* 8. In iis Billinzanius vocatur; *Uomo di gran spirito, e Virtù, riconosciuto meritamente da Roma per Fondatore ancor esso di questo utilissimo Istituto.* I.

Cap. 17. pag. 100.

La Nutrice Spirituale del Bambino Gesù; overo modo di alle- II.

 vare,

vare, e far crescere spiritualmente Gesù Bambino nel proprio cuore . . . per le Persone divote del medesimo Bambino Gesù . In Roma per Angelo Bernabò 1656. *in* 24. Idem Opusculum iterum prælo mandavit Typographus 1703.

III. *Pellegrinaggio Spirituale alla Santa Casa di Loreto per le Persone Claustrali, ò impedite, da cominciarsi il primo di Settembre, e terminarsi l'ottavo giorno festivo e Solenne in detto Santuario.* Opusculum hoc Billinzanius edidit Romæ typis Varesii A. 1672. in 8. suppresso nomine; at ejusdem Libri Billinzanium esse verum atque germanum Auctorem liquidò declarat noster Codex *Actorum Congregationis majoris Ad. R. P. Generalis & Assistent.* ubi ad diem 3. Februarii 1657. verba hæc leguntur: *Ad. R. Pater Generalis visa fide Examinatorum Opusculi P. Cosmæ Billinzanii vulgari idiomate, inscripti* Viaggio spirituale alla S. Casa &c. *eidem facultatem concessit typis mandandi præfatum Libellum*. Fortasse memoratus libellus cusus fuit ante annum 1672. sed nos Varesianam dumtaxat editionem Anni 1672. vidimus. Hæc scripsimus in gratiam cujusdam Auctoris Anonymi, qui è proprio fundo, laudato Operi in nostro Romano Archivio adservato, notulam hanc affixit: *Opera del P. Giovanni Battista Tinelli*.

IV. Inter Opera Mss. reliquit Opusculum inscriptum: *Il Tesoro nascosto. Preparazione per la Festa di S. Anna*, quod asservatur Romæ in Archivio Convictricium Sanctissimi Infantis Jesu.

§. II.

Testimonia Virorum Illustrium de Cosma Billinzanio.

I. Piazza in Libro inscripto: *Opere Pie di Roma Tract. III. Cap. 7. pag.* 171. loquens de memorata Virginum Congregatione a Billinzanio nostro instituta, hæc alia inter multa scribit: *Proseguì l'Opera felicemente sotto la condotta spirituale del P. Cosimo Berlinzani Paroco di S. Maria in Portico in Campitelli con molto fervore . . . . Fù istituito questo pio luogo in una Casa a Piazza Morgana vicina a Campitelli, ove di presente pur fiorisce sotto le pie di ezioni del suddetto P. Cosimo; Opera di molto buon'esempio, e profitto, quando così bene perseveri, e continui, come hà avuti i principj, e progressi.*

II. Bonannius. *Aliud genus*, inquit, *Ursolinarum Romæ est, quæ Infantis Jesu appellantur . . . . Hæc Virginum Congregatio incrementa accepit ab industria & labore P. Cosmæ Berlinzani Sacerdotis ex religiosa familia Cler. Lucensium, quæ Matris Dei appellatur &c.*

Ord. Religios. in Eccl. Milit. Part. 2. num. LXVIII.

Joan-

III. Joannes Marangonius: *Cosmas Berlinzani Lucensis*, ait, *Congregationis Matris Dei Sacerdos, Vir moribus, ac pietate eximius, qui ab anno 1657. usque ad annum 1693. interpolatis vicibus, Parochialis Ecclesiæ S.Mariæ in Campitello de Urbe curam animarum summo zelo per 30. fermè annos egregiè administravit.... Tandem virtute clarus, & eximiæ probitatis opinione ex hac vita migravit An. 1694. die 26. Octobris in sua Parochiali sepultus.*

Tom. 2. Thesaur. Parochor. Lib. 2. Cap. I. Pag. 156. num. xx.

IV. Innocentius a S. Josepho Scholarum Piarum Professor in Opere cui Titulus: *Vita di Orsola Isabella Breccika Milesj Romana Fondatrice e prima Superiora della Congregazione del SS. Bambino Gesù nella Città di Rieti*; scribens quemadmodum eadem Dei famula Romæ a Virginibus SS. Infantis Jesu, necnon a Billinzanio nostro excepta fuerit, hæc reponit: „ Con segni di particolare amore e venerazione ancora venne accolta Isabella non solo da quella religiosissima Communità, ma dallo stesso Fondatore di Lei, che di que' dì pur' anco viveva, ed era il P. Cosimo Berlinzani Lucchese, della Congregazione della Madre di Dio, Religioso d' insigne zelo, e pietà a tutta Roma, della quale si rese molto per sempre benemerito coll' Erezione nella medesima d' un Istituto cotanto profittevole, anzi necessario al pio, e virtuoso indrizzo della Gioventù nel sesso feminile, come l' esperimenta a gran prova Roma, e lo confessano molte Città nell' Italia, ove si è propagato, e tuttavia si propaga a singolar beneficio delle medesime, e molto onore, e gloria dell' Altissimo.

Lib. 1. Cap. 7. Pag. 33.

V. In Libro nostro Parochiali S. Mariæ in Campitello verba hæc legimus: „ Die 26. Mensis Octobris P. Cosmas Berlinzani filius q. Vincentii Lucensis, ac nostræ Congregationis Cleric. Regular. Matris Dei Sacerdos Professus, ætatis suæ annorum 75. Vir in exercendis Christianæ pietatis operibus, in confessionibus audiendis, atque in promovenda animarum salute ad extremum usque diem indefessus, post multos pro Dei Gloria cum magno sui contemptu, invicta patientia, ac ingenti Divinæ Providentiæ fiducia exantlatos labores, & post Congregationem Virginum Convictricium SS. Infantis Jesu, Romæ, Spoleti, Tiferni, ac Septempedæ sanctissimè fundatam in Communione Sanctæ Matris Ecclesiæ animam Deo reddidit.

Ad An. 1694. num. 307.

VI. De eo pariter præclarè loquuntur Petrus Maria Puccetti *nella vita della Serva di Dio Maria Maddalena Turriani Lib. 1. Cap. 9. Pag. 32.*, Carolus Antonius Erra in sua Historia *Dell' Imagine, e Chiesa di S. Maria in Portico di Campitelli Cap. 17. pag. 100.*, nec non Anonymus in Opere prænotato: *Breve Relazione del nuovo Istituto delle Convittrici del SS.Bambino Gesù*, edito Romæ typis Zenobii 1711. in 12. Pag. 8.

NOTÆ.

QUamvis in ſuperius exhibita Facultate Domini Viceſgerentis Gallii legatur quòd Anna Moroni tunc temporis ſexagenaria eſſet; nihilominus nondum ipſa quinquageſimum quintum ætatis annum abſolverat, cum ejuſdem Annæ Nativitas fuerit *6.* Martii An. *1613.* ut conſtat ex libro baptiſmorum Eccleſiæ SS. Celſi & Juliani MM.

ART.

ART. XII.

De Guillelmo Burlamacchio.

GUillelmus Burlamacchius e Patritia familia Lucæ natus VIII. Kal. Aprilis 1659. liberalibusque disciplinis optime excultus, An. 1674. Congregationi nostræ nomen dedit. Tyrocinii tempore laudabiliter emenso, Romæ Philosophiæ atque Theologiæ sedulam navavit operam. Scientiarum præsidio suffultus, ad animarum salutem procurandam totum se contulit, Ingenio præstans, ac religiosis moribus commendatus, An. 1696. febri premolestâ actutum comprehensus VI. Nonas Martii ejusdem anni Neapoli in nostro Collegio S. Mariæ in Porticu Suburb. Plag. religiosissimo fine Vitam hanc cum æterna commutavit. Agebat ætatis suæ Annum septimum supra tricesimum. I. Vita ex Diar. Ludovici Marracii ad an. 1696.

II. Opera edita & Mss. *Vita della Serafica Madre e gloriosissima Vedova S. Brigida di Svezia Principessa di Nericia &c. In Napoli per Francesco Mollo 1692. in 4.* Opus hoc multo labore, summa fide, nec non Italicæ linguæ puritate ab eo conscriptum non vulgarem illi laudem comparavit. Recusum est Neapoli 1720. typis Hæredum Troyse, & Ricciardi.

III. *Discorsi sopra la somma di S. Tomaso, overo la somma di S. Tomaso ridotta in Discorsi. Tom. IV. Ms.*

IV. *Relazione della Santa Casa di Lucca.*

Præterea in mei Archivii forulis extant nonnulla pia meditamenta ab eodem Auctore conscripta.

V. Laudes. Vincentius Maria de Nobilibus in sua Præfatione inserta Opusculo inscripto: *Tesoro Celeste di Divozione* recuso Neapoli 1716. ejusdem Auctoris nomen insequenti ornavit elogio. *Chi non avesse una bastevole idea delle Virtù prodigiose di S. Brigida, quanto per altro benemerita, nota altrettanto al mondo tutto; ne legga la bella, erudita, e copiosa Vita data alle stampe dal P. Guglielmo Burlamacchi, uno de' valenti Uomini della nostra Congregazione.*

VI. Ludovicus Marraccius in Diario Ms. An.1696. hæc de eodem litteris prodidit: *Alli due Marzo Venerdì verso mezzo giorno in Chiaja di Napoli passò a miglior vita il P. Guglielmo Burlamacchi d'età vicino a 40. anni con morte molto esemplare dopo ricevuti tutti li Sacramenti. Si portò sempre da buon Religioso ... ed era assai buon' operario per la salute dell' anime.*

ART.

A R T. XIII.

De Didaco Minutolo.

I. Vita ex Diar. Ludovici Marracii ad an. *1696.*

Didacus Minutolus Lucæ IV. Kal. Januarii *1629.* nobili genere ortus est. Quindecim annos natus Romæ in Congregatione nostra religiosæ vitæ se totum addixit. Exacto Tyrocinio, An.*1647.* omnium suffragiis XIII. Kal. Martii solemnia vota emisit. Studiorum deinde curriculo feliciter emenso, proximorum saluti quàm attentissimè operam dedit. Inter reliquas ejus dotes mira illius prudentia, atque aptitudo in sacris fidelium Confessionibus excipiendis enituit; quo in munere ad ultimum usque vitæ diem, nullis parcens laboribus, strenuè laboravit. Hinc multo in pretio apud Principes viros, ac S. R. E. Cardinales semper fuit. Societatem Divinæ Gratiæ a nostro Maximiliano Deza, magno animarum bono institutam, in hac nostra Ecclesia S. Mariæ in Campitello erigendam curavit. Potiora Congregationis nostræ munera non semel obivit, semperque cum prudentiæ laude, atque regularis Disciplinæ incremento exercuit. Demum religiosissimus Pater de hac nostra Romana domo optimè meritus, ibidem a mortali hac vita ad æternam migravit Pridie Non. Octobris *1696.*

II. Opera edita.

Suppresso nomine edidit pium Libellum prænotatum: *Istituto e Regole della Compagnia della Divina Grazia nuovamente eretta nella Chiesa di S. Maria in Portico in Campitelli in Roma per l'Eredi del Corb. 1693. in 12.* Prædicti autem Opusculi Didacum Minutolum esse Auctorem constat ex Libro *Actor. Ad. R. P. nostri Generalis & Assisten.* ubi pag. 15. verba hæc leguntur: *Die 12. Septembris 1693. Facultatem dedit Admod. R. P. Rector Generalis P. Didaco Minutoli, ut typis evulgare possit libellum quemdam inscriptum:* Istituto e Regole della Compagnia della Divina Grazia eretta nella Chiesa di S. Maria in Campitelli di Roma.

III.

Divote Considerazioni per eccitare il Cuore ad un fervente atto di Contrizione, cavate dalle opere del P. Cesare Franciotti della Congregazione de' Chierici Regolari della Madre di Dio, da un Sacerdote della medesima Religione. In Roma per l' Eredi del Corbelletti 1693. in 12.

IV. Laudes.

Ludovicus Marraccius in Diario An. *1696.* insequenti Elogio Didacum Minutolum posteritati commendavit: *Alli 6. Ottobre in in Roma in Campitelli passò a miglior Vita il P. Diego Minutoli alle tre ore di notte d' anni 66. Entrò in Congregazione d' anni 15. in circa, e visse sempre da ottimo religioso. Era modestissimo, non si*

si vedeva mai scomposto nel suo parlare, o operare, dotato di gran prudenza; e manieroso nel trattamento, onde era molto stimato in Roma anco da i Cardinali e Principi. Era grande operario per la Chiesa; ed aveva un Confessonario fioritissimo, particolarmente di Signore principali. In Congregazione fù molto amato, e stimato, ed onorato delle prime cariche . . . Morì con molta esemplarità e rassegnazione nelle mani di Dio, dopo avere ricevuti tutti li Sagramenti &c. V.

In Libro Mortuorum hujus nostræ Paræciæ S. Mariæ in Campitello signato *L. C. pag. 56. num.* 321. hoc pariter legitur Encomium: *Anno 1696., die 6. Mensis Octobris P. Didacus Minutoli Lucensis ac nostræ Congregationis Cleric. Regul. Matris Dei Sacerdos professus; Vir ob illibatum animi candorem, morumque suavitatem prorsus admirabilis; dilectus Deo & hominibus; post vitæ cursum summa cum laude, ac totius ferè Urbis præclarissima existimatione religiosissimè consummatum ætatis suæ annorum circiter septem supra sexaginta, in Communione Sanctæ Matris Ecclesiæ Animam Deo reddidit.* VI.

De eodem itidem cum cum laude scribit Carolus Antonius Erra in sua Historia *dell' Imagine, e Chiesa di S. Maria in Portico di Campitelli* nuper Romæ impressa *cap. X. pag.* 53.

ART.

ART. XIV.

De Hieronymo Balbanio.

I. Vita ex Diar. Ludov. Marrac. ad an. 1698.

Hieronymus Balbanius nobilis Lucensis mortalem hanc vitam inchoavit Prid. Non. Augusti 1627. Florescente adhuc ætate BB. Virgini in nostra Congregatione se totum devovit; expletoque Romæ biennali experimento, Idib. Novembris 1644. per solemnem votorum nuncupationem, suam perpetuò adstrinxit Deo Fidem. Scientiarum stadio Lucæ expleto; nobilium Juvenum in pietate instituendorum Præfectura illi est demandata: eamque ad obitum usque, maxima ejusdem Juventutis in Christianis virtutibus accessione peregit. In nostris Comitiis An. 1672. & 1681. Rector Collegii Lucani, Congregationisque nostræ Vicarius Generalis renunciatus, muneri suo non defuit. Sanctissimo fine Lucæ III. Id. Novembris 1698. vitam posuit.

II. Opera.

Devozioni alla B. Vergine Madre di Dio in lode delle sue singolari virtù, e Privilegj, per prepararsi alle sue Feste dell' Anno, Raccolte da un Sacerdote della Congr. della Madre di Dio. Lucca 1659. Item 1660. typis Francisci Marescandoli, nec non Neapoli 1709. ex prælo Nicolai Valierii. Hujusce autem Opusculi Hieronymum Balbanium esse Auctorem asserit Alexander Pompejus Berti in Opere Ms. *Delle memorie degli scrittori, e Letterati Lucchesi Tom.* 1. *pag.* 698. *num.* 1659. ubi in ejusdem Auctoris comprobationem hæc deprompsit:

III. Laudes.

Fù questo Religioso per le sue virtù molto conosciuto, ed amato in Lucca sua Patria, ove stette applicato lungamente alla buona educazione della Gioventù in quelle Congregazioni. Morì nel 1698. *agli* 11. *di Novembre, e lasciò alle stampe un Libretto in* 16. *intitolato*: Divozioni alla B. Vergine &c.

IV.

Marraccius *in Diario An.* 1698. hisce amplissimis verbis eum itidem exornat: *A di* 11. *Novembre in Lucca passò alla beata Eternità il P. Girolamo Balbani di anni* 72. *il quale avendo da Giovanetto consegrato se stesso alla B. Vergine nella nostra Congregazione, essendo stato uno de' più insigni Operarj della medesima, particolarmente nella buona educazione, e direzione de' Giovanetti, tirandone molti alla medesima Congregazione; ed essendo sempre vissuto con somma integrità, osservanza, ed esemplarità, terminò felicemente la sua carriera con morte esemplare, e se ne passò al paradiso.*

A R T. XV.

De Ludovico Marraccio.

Ludovicus Marraccius Lucensis Francisci Hippolyti, & Fulgentii, quorum supra meminimus, Germanus Frater, Congregationis nostræ Theologus celeberrimus, & Scriptor illustris, Græcè, Hebraicè, Chaldaicè, Syriacè, Arabicè, & Latinè doctus, anno post humanæ Redemptionis auspicia MDCXII. Prid. Non. Octobris natus est. Puer celeriter in liberalibus disciplinis, quibus ætas illa imbui solet, ità profecit, ut æquales suos Doctrinæ laude longe antecelleret. Nostri Marci Grossii humaniorum litterarum Lucæ Professoris Auditor, illas æque ac pietatem ab eo percepit. Nostris An. 1627. Romæ adjunctus, tyrocinium attenta regularum omnium observantia exegit, atque VI. Non. Julii 1629. tria solemnia vota religiosè emisit. Mox nostrum Thomam Ceccarellium, de quo suo loco honorifice mentio facta est, Philosophiæ Theologiæque Romæ Doctorem audiit, non sine ingenii sui commendatione. I. Vita Variis e Monumen. excerpta.

II. Lucam deinde missus, pluribus annis juventutem illam in nostris Scholis, humanioribus litteris laudabiliter instituit; quo tempore in adolescentium commodum primas Grammatices Institutiones italicè conscripsit, quas postea publici juris fecit. Id munus ad annum usque 1645. exercuit; quo anno ab Innocentio X. Pont. Max. Romam vocatus est, ut Sacrorum Bibliorum Arabicorum correctioni, seu potius novæ translationi (ut Marraccius ipse scribit in Pæfatione ad Tom. 11. Alcorani editi Patavii 1698.) unà cum aliis doctissimis viris operam suam impenderet. *Quod Opus*, inquit ibidem Marraccius, *multorum annorum spatio elaboratum, tandem sub Clemente X. Pont. Max. feliciter absolutum fuit. Quam vero in eo partem ego habuerim, aliorum judicio relinquo. Illud tantùm non diffitebor, omnibus laboris mei sociis vita functis, totum Opus mihi ferè uni incubuisse; & me, ut in lucem prodiret, supremam manum illi supposuisse.* Ab eodem Innocentio X. Marraccius An. 1646. Sacrarum Congregationum de Propaganda Fide, & S. Ufficii Qualificator, ut dicitur, declaratus est.

III. Eo sub Pontifice quiddam accidit in hujus nostri Auctoris decus ornamentumque, quod certè silentio prætereundum non videtur. Præstat hac de re ipsum Marraccium, loco supra memorato audire: *Cum in augustissimo*, inquit, *Romanæ Inquisitionis Senatu,*

ab eodem Innocentio, librorum quorundam examini deputatus sum, qui in plumbeis laminis vetustissimo, ut apparebat, charactere Arabico incisi, intra cujusdam Montis cavas in Hispania Bætica reperti sunt. Cum enim hujusmodi libri, seu laminæ plumbeæ sancto Apostolo, ejusque discipulis tribuerentur, & non pauca Catholicæ Fidei, atque Orthodoxæ Doctrinæ consona continerent, multorum in sui favorem trahebant, & a viris etiam doctrina & pietate conspicuis propugnabantur. Hic verò mihi, cujus, utpote Fiscalis, commemoratos libros oppugnare partes erant, summoperè profuit ex Alcorano, & Mahumetanorum codicibus stultitiam, erroresque didicisse: nam illos ità hujusmodi erroribus ac stultitia respersos inveni (aliis etiam Arabicæ linguæ peritis mecum convenientibus) ut manifestissimè universi Patres agnoverint, illud non S. Jacobi, ejusque discipulorum genuinum opus, sed Mahumetanorum, qui in ea regione, Christianos se esse simulantes, latitabant, imposturam esse, qua Christianæ Religioni illudere, minusque cautos decipere tentaverant. Quamobrem tam enormi perfidorum hominum fraude detecta, Innocentius XI. Pont. Max. libros illos gravissimo decreto proscripsit, perpetuoque damnavit. Hactenus Marraccius,

IV. Ob tot labores pro Religionis bono susceptos Alexander VII. Pont. Max. An. 1656. Arabicæ linguæ tradendæ munus in Romano Archigymnasio Marraccio demandavit, quod III. Non. Junii ejusdem anni primùm iniit: habita in Linguæ Arabicæ commendationem perdocta eruditaque Oratione.

V. Cum autem Benedictus Odescalcus ad Pontificatus fastigium An. 1676. XI. Kal. Octobris evectus fuisset, qui Innocentius XI. vocari voluit, sequenti ab sua electione die Ludovicum Marraccium in Confessarium suum (quem antea, dum Cardinalis erat, selegerat) confirmavit, & ad obitum usque retinuit. Idem Pontifex eundem Marraccium inter Consultores Congregationum Indulgentiarum, Indicis, Parochorum, & SS. Reliquiarum adscripsit. Præterea Episcopatu initiandorum examini, cum aliis doctissimis viris præesse voluit. Item Romani Cleri examinatorem constituit. Magna erat in Urbe Marraccii nostri existimatio, magna apud eruditos viros cùm Catholicos, tùm etiam heterodoxos fama; multique ad ipsum, veluti ad oraculum, in re literaria tàm sacra, quàm prophana, potissimùm verò in difficilioribus Sacræ Scripturæ sensibus confugiebant.

VI. Post Innocentii XI. Pont. Max. obitum ad absolvendam Alcorani refutationem (quo in Opere quinquaginta annos desudavit) se contulit; ac tandem, Deo annuente, ultimam manum, doctis omnibus gratulantibus imposuit. Ea absoluta ad Hebræorum pervicaciam refellendam plurimùm etiam adlaboravit, nobisque in id ar-

argumentum ſpeciale Opus reliquit, quod tamen ipſe morte præreptus evulgare haud potuit. Cum verò tot labores pro S. Romana Sede ſubiiſſet, tantaque Doctrinæ laude commendatus fuiſſet, ipſe tamen ab omni honore, atque dignitate ſemper abhorruit. Hinc dicere ſolebat: *Che provava una gran conſolazione nel cuore ogni qualvolta rifletteva, che avendo per cinquanta e più anni fatigato continuamente in ſervizio della S. Sede Apoſtolica, gli era riuſcito di tenerſi lontano da premj terreni, e poterli pretendere con più giuſtizia dal Cielo.*

Præcipua in Congregatione noſtra munera laudabiliter obivit. VII.
Non ſemel Rectoratum; pluries Tyronum, noſtrorumque Juvenum Præfecturam geſſit; Aſſiſtentis & Procuratoris Generalis Officia multoties ei demandata fuere. Congregationem noſtram tenerrimo ſemper affectu dilexit, atque in eam, præcipuè in hanc noſtram Romanam Domum multa beneficia contulit.

Vir igitur de tota Chriſtiana Republica optimè meritus, ſtu- VIII.
diis & annis attritus, pietate eximius, regularum obſervantia clarus, anno ſæculari MDCC. apoplexia correptus Nonis Februarii ex hac vita Romœ deceſſit cùm eſſet An. 87. Menſ. 4. Ejus effigiem Noſtri pingi curarunt in grati animi argumentum & amoris. De eo in Libro hujus noſtræ Parochialis Eccleſiæ S. Mariæ in Campitello extat hoc elogium: *Die 5. menſis Februarii P. Ludo-* Ad ann. 1700.
vicus Marraccius noſtræ Congregationis Cleric. Regul. Matris Dei Sa- num. 355.
cerdos profeſſus, & olim San. Mem. Innocentio PP. XI. a Confeſſionibus, plenus dierum ac meritorum, quippe qui 88. annum agens, totam ferè vitam ſuam in regularis diſciplinæ ſtudio, in Sacrorum librorum lectione, atque ſcriptione, nec non in confutandis ex profeſſo pleno calamo Turcarum & Hebræorum erroribus, atque figmentis ad extremum uſque diem indefeſſè conſumpſerat; ideoque magnam ſibi in Urbe, nec minorem in Orbe virtutis eximiæ, ſingularis doctrinæ ac præſtantiſſimi ingenii famam comparaverat. Læthalis morbi vi ex improviſo correptus, ac ſubitò oppreſſus, in Communione S. Matris Eccleſiæ animam Deo reddidit. Cujus corpus die ſequenti in noſtra Eccleſia S. Mariæ in Porticu in Campitello de Urbe tumulatum fuit.

§. I.

De Ludovici Marraccii Operibus Editis.

I. PRimo *Corso della Grammatica della lingua latina diviso in quattro Libri. In Lucca appresso Pellegrino Bidelli 1646. in 16.* Hoc opus ad juventutis captum apprimè accommodatum, quo Nostri in propriis Scholis, & Exteri quoque non pauci utuntur, recusum est Romæ 1664. typis Ignatii de Lazaris; Lucæ apud Hyacinthum Pacium 1671. *&* 1686. *in* 12. ubi etiam pluries editum est, inque dies prælo subjicitur. Cartarus in suo Opere Mss. prænotato: *Athæneum Romanum*, scribit eundem Marraccium Lucæ evulgasse *Rudimenta Linguæ Græcæ*.

II. *Oratio habita Romæ in Templo D. Eustachii die XVIII. Octobris pro studiorum renovatione in Almo Urbis Archigymnasio. Romæ typis Ignatii de Lazaris 1659. in 4.*

III. *Memorie di S. Maria in Portico di Roma dal giorno, nel quale apparve quella mirabile Immagine nel Palazzo di S. Galla Patrizia Romana nel Portico d'Ottavia appresso il Teatro di Marcello, fin' al tempo, nel quale fù traportata nella sua nuova Chiesa di Campitelli . . . Alla Santità di Nostro Signore Clemente IX. In Roma per Ignazio de Lazari 1667. in* 8. Hanc Historiam Marraccius a se auctam iterum prælo mandavit An. 1675. eamque edidit Michaël Hercules.

IV. *Vita della Ven. Madre Passitea Crogi Senese Fondatrice del Monastero delle Cappuccine nella Città di Siena. In Roma appresso Filippo Maria Mancini 1669. in 4.*

V. *Biblia Sacra Arabica Sacræ Congregationis de Propaganda Fide jussu edita, ad usum Ecclesiarum Orientalium, additis e regione Bibliis Latinis vulgatis. Romæ typis ejusdem sacræ Congregationis de Propaganda Fide* 1671. Hoc in præclarissimo Opere III. Tomis in folio comprehenso Marraccius ferè solus, uti in ejus Vitæ Synopsi adnotavimus, adlaboravit, eique absolvendo sex supra viginti annos impendit, cujus autographum in nostro Romano Archivio adservatur.

VI. Præterea, ut liquidò constat ex Præfatione apposita operi inscripto: *L'Ebreo preso per le buone*, idem Marraccius castigavit, in melioremque formam redegit *Breviarium Syriacum*, typis ejusdem Sacræ Congregationis de Propaganda Fide editum; nec non e Latino Arabicè vertit *Officium BB. Virginis Mariæ* teste Hippo-

polyto Marraccio *Part. II. pag. 60. Biblioth. Marian.*

Vita del Ven. Padre Giovanni Leonardi Lucchese, Fondatore della Congregazione de' Chierici Regolari della Madre di Dio. In Roma presso il Varese 1673. in 4. ob styli puritatem, & historiæ veritatem plurimùm commendata. VII.

Rimedio per curare la vanità feminile. In Roma a spese del Tinassi 1680. in 8. suppresso nomine. VIII.

Lo Stendardo Ottomannico spiegato, overo Dichiarazione delle parole Arabiche poste nello Stendardo Reale preso dal Serenissimo Rè di Polonia Giovanni III. al Gran Visire de' Turchi: e dal medesimo Rè inviato per Tributo della sua pietà alla Santità di nostro Signore Papa Innocenzo XI. In Roma per Giacomo Komarek 1683. in fol. IX.

In Opere cui titulus: *Lettere Storiche erudite raccolte da Antonio Bulifon*, edito Puteoli 1685. *in* 12. leguntur ejusdem Marraccii Epistolæ II. ex Armeno idiomate in Italicum translatæ; & in Collectione III. supradicti Auctoris impressa Neapoli 1693. *in* 12. *pag.* 120. extat Epistola *del Reverendissimo P. Lodovico Marracci Confessore della Santità di Nostro Signore Innocenzo XI. al Signor Antonio Bulifon sopra l' Iscrizione del Tempio di Castore, e Polluce.* X.

Paracletica in Sanctissimam Deiparam Virginem Mariam Auctore S. Joanne Damasceno e Sacro Ordine S. Basilii Magni nunc primùm latinitate donata, & in lucem edita. Romæ typis Varesii 1685. in 24. Hoc Opusculum Ludovicus Marraccius postea in Italicam Linguam transtulit, ediditque Romæ typis Komarek 1687. *in* 24. cui hunc titulum præfixit: *Suppliche Affettuose alla Beatissima Vergine Madre di Dio. Opera di S. Giovanni Damasceno chiamata da i Greci Paracletica.* De Secunda hac Editione cum honore loquitur Cl. Vir Justus Fontaninius in præclaro Opere *Della eloquenza Italiana lib.* 2. *§.* 3. *pag.* 181. Joannes Marangonius *Tom. II. Thesauri Parochor. lib.* 3. *cap.* 8. *pag.* 263. prælaudatam Paracleticam S. Joannis Damasceni a Ludovico Maraccio latinè, Italicèque versam perperam Hippolyto Marraccio adscribit; quæ pariter recusa est Patavii 1743. XI.

Alcorani Textus universus ex correctioribus Arabum exemplaribus summa fide, atque pulcherrimis characteribus descriptus, eademque fide, ac pari diligentia ex Arabico idiomate in Latinum translatus; appositis unicuique capiti notis, atque refutatione. Patavii ex Typographia Seminarii 1698. Opus hoc maximi certè laboris, & ab Eruditis multo in pretio habitum, quodque cæteris Auctoris Operibus est præferendum, in 11. Tomos in folio distribuitur. Primus continet Prodromum ad refutationem Alcorani in quo Mahumeti vitam, resque ab eo gestas ex probatissimis apud Arabes Scriptoribus collectas, habet; deque Alcorani nomine, auctore, idio- XII.

idiomate, ſtylo, ſumma apud Mahumetanos veneratione, aliiſque ſimilibus ad integram illius, abſolutamque notitiam pertinentibus eruditè agit; ac demum per quatuor veræ Religionis notas ſectæ Mahumetanicæ falſitatem oſtendit, Chriſtianæque Religionis veritatem ſolide probat. Prodromum hunc Marraccius ſejunctim jam præmiſerat anno 1691. editum typis Sac. Cong. de Propaganda Fide, & in IV. Tomos in 8. diſtributum. Secundus Tomus habet Refutationem Alcorani, ubi ad Maumethanicæ ſuperſtitionis radicem ſecurim apponit, & Mahumetum ipſum gladio ſuo jugulat. Prodromum cuſum typis Sac. Cong. de Prop: Fide Innocentio XII. Pont. Max. Auctor nuncupavit, refutationem verò Alcorani Leopoldo I. Imperatori Auguſto.

De memorata autem Marracciani Operis Patavina Editione Acta Eruditorum Lipſiæ *An. 1699. pag.* 248. hæc alia inter multa habent: *Cum quadripartitum Prodromum ad refutationem Alcorani ante octennium primùm in lucem ediderat Reverendus Marraccius, ſpes de integro Opere mox ſecuturo augebatur . . . Nunc verò demum magnificum illud ac pluſquam quadraginta annorum opus, de quo feliciſſimè abſoluto meritò omnes gratulantur octogenario ſeni, integrum in publicum prodiit, cujus oeconomiam, paucis juxta nobis conſuetum morem, declarabimus &c.*

Eadem ferè verba excribit Jo. Albertus Fabricius *in Syllabo Scriptorum qui veritatem Religionis Chriſtianæ adverſus Atheos, Epicureos, Muhammedanos &c. lucubrationibus ſuis aſſeruerunt* edito Hamburgi 1725. *in* 4., ubi ad annum 1691. ait: *Hic (Marraccius) indefeſſo ſtudio quadraginta amplius annorum in his litteris verſatus, Alcoranum deinde ipſum cum verſione ſua quartum recenſita & emendata, animadverſionibuſque Arabicè & Latinè edidit Patavij 1698. confutationemque, de qua dixi, integram ei iterum præmiſit.* Idem Auctor ad annum 1703. aſſerit laudatum Opus ex Latina Marraccii in Germanicam Linguam translatum, editumque Norembergæ eodem anno 1703. *in* 8. & ad annum 1721. ſcribit eamdem Latinam Alcorani verſionem ſeparatim vulgatam Lipſiæ *An.* 1721. *in* 8. cum notis brevibus, & Chriſtiani Reineccii introductione, religioniſque Mahumetanæ ſynopſi ex ipſo Alcorano congeſta.

Muratorius in Opere inſcripto: *Rifleſſioni ſopra il buon guſto nelle ſcienze, e nelle Arti* impreſſo Venetiis typis Nicolai Pezzanæ 1723. *in* 12. *Part.* 2. *cap.* 13. *pag.* 262. Marraccii laborem in Alcorani verſione refutationeque gloria plenum, omnique cumulatum laude prædicat his verbis: *Ancora a noi ſono grati alcuni libri Orientali tradotti nelle lingue Europee, trovandoci noi troppo all' oſcuro delle coſe de' Paeſi, e de' ſentimenti di que' Popoli. Ma*

di

di niun uso poscia, e frivoli , e abominevoli noi reputeremo que' Libri , se contenessero delle sole favole , e delle inezie , e delle false , ò empie Dottrine ; potendo noi solamente aver caro di sapere queste ultime per qualche profitto , che possa trarsene col confutarle , siccome è avvenuto dell' Alcorano , tradotto , commentato , e confutato dal nostro Marracci con incredibile , e gloriosa fatica . Idem Cl. Auctor de eodem Marraccio cum laude loquitur Capite sequenti *pag.* 281.

In opere Romæ edito hoc Anno 1752. cui titulus : *Parere intorno alla vera idea contenuta nella Lettera Apologetica composta dal Signor' Accademico Esercitato per rispetto alla supposizione de' Quipu &c. dell' Abate . . . . inviato ad un suo Amico in Napoli . Pag. 172. & sequen.* laudatur Marraccius noster , ejusque auctoritas ad corroborandum Miraculum perpetuum de liquefactione sanguinis S. Januarii , dum coram sacro capite exponitur , in medium adducitur hisce verbis : *Per quello , che io ne hò udito dire da più savj ed autorevoli Personaggi di cotesta Città , e per quello che ne ritrovo scritto ne' vostri più sinceri , e riputati Storici , tutti concordemente convengono , che il santo Martire si compiaccia operare la miracolosa liquefazione del suo Sangue nell' aspetto e scontro della sacra Testa ; la quale opinione e fama sì universalmente si è sparsa , e stabilita nel Mondo Cattolico , che l' erudito Marraccio nella sua famosa Confutazione dell' Alcorano , volendo dimostrare che unicamente , e con verità nella Chiesa Cristiana fossero quei Miracoli , detti dagli Arabi* Ajat mestemerrat : Miracoli Perpetui ; *elegge trà gli altri cotesta miracolosa Liquefazione , che avviene nel rincontro , ed aspetto del sacro Capo . . . . Piacemi qui trascrivervi a parola la testimonianza di sì erudito Scrittore a vera gloria di cotesta Città tra le Italiche per gli pregi della natura bellissima, e molto più per un sì bel tesoro del sacro sangue , fortunatissima .*
,, Neapoli celeberrima Italiæ Urbe in duobus vitreis ampullis,Sancti
,, Januarii Episcopi , qui supra mille abhinc annis pro Christi fide
,, ab Infidelibus occisus fuit , sanguis concretus asservatur ; qui ubi
,, coram sacro ejus capite exponitur , statim velut recenter effusus ,
,, liquescit , & ebullit . Si quando verò concretus perseveret adversi
,, aliquid Christianæ Reipublicæ præsagire experientia comprobavit.
Appendix ad Prodrom. Refutat. Alcorani par. 2.

Præterea idem Marraccii Opus recusum est Francofurti 1715. De hac Editione in Ephemeridibus Venetis ejusdem anni *Tom. XXI. Art. XII. Pag. 432.* hæc adnotata reperi : *Anche la maggior Opera , e la più insigne del P. Lodovico Marracci della Congregazione della Madre di Dio, cioè l' Alcorano , con la versione , e confutazione di esso , stampato in due Tomi in foglio nel Seminario di Pado-*

dova l' anno 1698. è stato ristampato in Francfort da Giovanfilippo di Andrea: ma questa novella Edizione cede in ogni conto alla prima, che nel suo genere è delle più belle e stimate per la bellezza, e per la correzione del Testo Arabico messo a riscontro della traduzione latina. Quare merita censura debetur Auctoribus Libri Gallici *Biblioteque Raisonnee Tom. 4. pag. 231. Art. 12.* in novis Literariis Londinensibus, qui asserunt adnotationes quas Marraccius versioni subjecit, nullius esse usus, & cum refutanda suscipiunt Mahumeti Dogmata, futiles esse plerumque, & ad persuadendum ineptas. Non ita profectò, nec tam demisse de Marraccio senserunt Menchenius, Muratorius, Zeno, aliique viri doctissimi, quorum judicium plus utique valet, quàm Auctorum istorum personatorum.

XIII. *L' Ebreo preso per le buone, overo discorsi familiari ed amichevoli fatti con i Rabbini di Roma intorno al Messia. Opera postuma dedicata alla Santità di N. S. Papa Clemente XI. In Roma per gli Eredi del Corbelletti* 1701. *in* 4.

XIV. Append. ad Biblioth. Marian.Polyant. Marian. adjecta.

Præter hæc, ut scribit Hippolytus Marraccius, *vertit e Græco in Latinum, si non ex integro, saltem magna ex parte Mariale S. Josephi Hymnographi a me cum notis Romæ editum an.* 1661. Item Latinitate donavit Emmanuelis Paleologi Imperatoris Constantinopolitani ad Deiparam Virginem canonem deprecatorium, qui Græcè Ms. extabat apud eruditissimum virum Leonem Allatium, editum ab Hippolyto Marraccio, insertumque Operi prænotato: *Cæsares Mariani*, cuso Romæ 1656. *pag.* 79. *& seq.* In eodem Hippolyti Marraccii Libro leguntur Theotocia Constantini VIII. Orientis Imperatoris; canon deprecatorius, seu Poëma in Sanctissimam Deiparam Theodori Ducæ Lascari, nec non alter canon ejusdem Auctoris in id argumentum: quæ omnia, ut ibidem Hippolytus Marraccius scribit, Ludovicus Marraccius e Græco in Latinum transtulit. *Vid. pag.* 45. 207. 220. *& seqq.*

XV. Demum de nostro Ludovico Marraccio extant nonnulla Epigrammata edita a Francisco Marraccio *Lib.* 5. *Epigrammat. pag.* 116. *& seqq.* inter Collectanea relata; necnon Latina Epistola Ludovico Bellinsanio nuncupata, ut videre est in Opusculo edito Romæ typis Francisci Monetæ 1665. *in* 4. cui Titulus: *Laurea Jatrophysica a D. Vincentio Bellinsanio Lucensi in Almo Romanæ Sapientiæ Lyceo solemni ritu relata, a Ladovico Marraccio in eodem Lyceo Arabicæ Linguæ Professore in lucem vulgata*. P. Gabriel Grammatica in sua *Guida Sacra alle Chiese di Lucca* impressa Lucæ 1741. ad diem XIX. Augusti *pag.* 240. addit, quòd idem Marraccius *in una Operetta intitolata*: Triumphale Mausoleum &c. Julio, Plinio, Ludovico, & Eliæ excitatum, *con una sua forte Dissertazione prova*, *che*

che il corpo di Giulio M. Senatore è quello appunto che riposa in S. Maria Cortelandini.

§. II.

De Ludovici Marraccii Operibus Mss.

INnocentii XI. Pont. Max. Vita Compendium. I.

Vita P. Hippolyti Marraccii e Congregatione Clericor. Regul. Matris Dei. II.

Vita della Serva di Dio Anna Moroni Zittella Romana, prima Madre e superiora della Congregazione delle Convittrici del SS. Bambino Gesù, principiata in Roma l' anno 1672. III.

Memorie di alcuni Padri, e Fratelli della nostra Congregazione. Incipit *ab An.* 1600. & definit in annum 1674. Item Italicè conscripsit nostrarum rerum Diarium, quod ab anno 1676. ad annum usque 1699. continuavit; sed folia haud pauca, quæ scissa, dilacerataque discernuntur, truncum atque mancum nobis exhibent hujusmodi Ms. VI.

Censura laminarum Granatensium, qua dilucidè ostenditur in iis plures Alcorani sententias intrusas esse; immò Alcoranismum ipsum omninò obolere, de quibus supra in Ludovici Marraccii Vitæ Synopsi actum est. V.

Censura in Librum in Italicum Idioma ex Gallico translatum & Taurini impressum 1674. cui Titulus: *Stati d' Orazione mentale per arrivare in breve tempo a Dio, della R. M. Maria Bon dell' Incarnazione Vergine Orsolina in S. Marcellino in Francia, con alcune brevi osservazioni d' un divoto dell' Opera.* Quæ omnia Mss. in nostro Romano Archivio adservantur. VI.

In tres Aristotelis Stagiritæ Rethoricorum libros Commentaria. Extant in nostra Lucana Bibliotheca S. Mariæ Curtis Orlandingorum. VII.

Insuper, teste Hippolyto Marraccio, idem Ludovicus vertit e Græco in Latinum, si non ex integro, magna saltem ex parte *Marialia S. Joannis Chrysostomi, S. Joannis Damasceni, S. Andreæ Cretensis, Georgii Nicomed. & Jacobi Monachi*; quæ inter Opera Mss. Hippolyti Marraccii, qui & notis illa illustravit, percensuimus. VIII. Append. ad Biblioth. Marian. Polyanth. Marian. adjecta

Tandem Marraccius, uti refert Hippolytus in sua *Bibliotheca Mariana*, scripsit in Fest. S. Mariæ ad Nives Poëmata atque Orationes varias, videlicet *Ætatem Niveam Marianam, Philtron* IX. Part. II. pag. 61.

Niveum Marianum, *Montem in vertice Montium*, *templum Exquilinum*, & alia.

§. III.

Testimonia Virorum Illustrium de Ludovico Marraccio.

I. JOannes Podestà in Præfatione Operis inscripti: *Cursus Grammaticalis Linguarum Orientalium &c.* cusi Viennæ Austriæ 1691. ex Typographia Leopoldi Voigot: *Reverendissimus*, inquit, *P. Ludovicus Marraccius Ordinis Cleric. Regul. Matris Dei de Luca, Magni & Sancti illius Pontificis Innocentii XI. piissimæ memoriæ, Confessarius, & quondam venerabilissimus meus in literis Arabicis Romæ professor &c.*

II. Acta Eruditorum Lipsiæ, ultra ea quæ supra adduximus, ad an. *1692. Pag.329: & seq.* non semel Ludovicum Marraccium *clarissimum Auctorem* vocant.

III. Faustus Naironius Banesius Maronita Chaldaicæ linguę in Romano Archigymnasio Professor, in Præfatione II.Tom.prænotati: *Officia Sanctorum juxta Ritum Ecclesiæ Maronitarum* editi Romæ typis Sac. Cong. de Prop. Fide *A. 1666.* hæc de Marraccio nostro scribit: *Interpretationem susceptam ubi confeci Theologis, quibus id muneris datum fuerat, exhibui, & præsertim R. Patri Ludovico Marraccio Congregationis Matris Dei Lucensi, in Linguis Orientalibus apprimè versato.*

IV. Ephemerides Litterariæ Mutinenses *A. 1692. Pag. 299.* hæc de eodem scriptis mandarunt: *Il Mondo erudito, è bastantemente informato della pietà, e della perizia nelle lingue Orientali del P. Marracci, per fare il dovuto concetto di questo libro* (nempe de Prodromo ad refutat. Alcorani) *anco prima d'averlo veduto. In fatti l'aver egli speso quasi sessant'anni nello studio de' libri Arabi, ed in servizio della S. Sede da quarantacinque in circa, con che s'è impiegato tempo fa nella Versione Araba della Sacra Bibia, e nella correzione del Breviario Siriaco, oltre altri saggi del suo valore, basta per fare buono attestato delle suddette prerogative &c.*

V. Carolus Bartholomæus Piazza in Libro cui Titulus: *La Gerarchia Cardinalizia*, edito Romæ typis Bernabò 1703. *in fol.*, loquens de Diaconia S. Mariæ in Porticu, cujus Historiam Marraccius conscripserat, *Pag. 785.* hæc habet: *Ne da questo raccouto il P. Ludovico Marracci della Congregazione de' Chierici Regolari della Madre di Dio di Lucca, di notissima pietà, erudizione, ed universale Lettera-*

tu-

tura nella sua Istoria di questa Chiesa &c. De eodem item cum laude loquitur in altero Opere inscripto: *Discorso dello Stato Vedovile &c. Decad. 1. cap. 6. pag. 31.*

Gravesonus *Tom. IX. Hist. Ecclesiast. Pag. 509. 1. Edit.* in ejusdem Auctoris commendationem hæc itidem litteris prodit: *In Linguarum Orientalium notitia peritissimus fuit Ludovicus Marraccius patria Lucensis, Innocentio XI. Pontifici Maximo a Sacris Confessionibus, duosque Tomos in folio lucubravit, quorum prior inscribitur Prodromus ad Refutationem Alcorani; alterius verò titulus est Refutatio Alcorani.* VI.

In Opere prænotato: *Fr. Sixti Senensis Ordinis Prædicatorum Bibliotheca Sancta adaucta, & inlustrata a Fr. Pio-Thoma Milante*, VII. edito Neapoli 1742. ex Typographia Mutiana *tom. 1. in fol. pag. 546.* verba hæc legi: *Ludovicus Marraccius Italus, Lucensis, Congregationis Matris Dei Sacerdos, piæ conversationis, præcipue erga Deiparam singularis devotionis ... vertit Novum Testamentum Arabicè, & universa Biblia Arabica recognovit, vir doctus, in eadem lingua peritissimus, ejusque Professor. In vivis erat Anno MDCLII.* Vide quæ diximus in Notis de Operibus Hippol. Marracc. n. IV.

Abbas Nazarius in Diario Eruditorum *A. 1672. pag. 5.* pauca hæc scribit: *Il P. Lodovico Marracci molto erudito nella lingua Arabica, Siriaca, Greca, ed Ebrea.* VIII.

Constantinus Roncaglia in suis Notis & Animadversionibus in Historiam Ecclesiasticam Natalis Alexandri *Sæc. VII. cap. 2. pag. 629.* *Tandem ad Alcoranum confutandum*, inquit, *manum admovit P. Ludovicus Marraccius Congregationis Matris Dei, jam SS. Pontifici Innocentio XI. a Confessionibus... Hoc demum addam tam feliciter Marraccium in Alcorano vertendo laborasse, ut concors sit Arabicæ Linguæ peritorum sententia, omnes hac in re superasse. Egregiè etiam operam suam impendit Pontificibus Clemente X. & Innocentio XI. in versione Chaldaica Sacrorum Librorum.* Idem Auctor eadem ferè scribit in Vita Leopoldi I. Imperatoris *lib. 5. pag. 324.* IX.

Joannes Dominicus Mansius *Tom. 1. pag. 81. Dictionarii Biblici* ab eo latinè versi *edit. 1.* " Cum supra, ait, *pag. 16. col. 2. lin. 13.* ,, versionis Arabicæ Bibliorum mentio facta sit, monuisse Lectores ,, operæ pretium duximus, hujus laboriosi operis redigendi ad normam Vulgatæ, partes potissimas habuisse P. Ludovicum Marraccium SS. D. Innocentii Papæ XI. a confessionibus, Congregationis ,, Cleric. Regul. Matris Dei, Lucensem. Licet enim ejus adornandi cura pluribus doctissimis Viris commissa esset, cœteris tamen ,, interim vita functis, solus ferme, qui Versionem absolveret, atque Editionem curaret, remansit Marraccius. Lege ea de re ejus ,, Præfationem ad tom. 2. Alcoranii, a se versum, adjectis refutationibus, Tom. 2. in fol. Patavii 1698. Voluimus autem hic in- X.

„ ter tot laudatiſſimos Viros, concivem noſtrum doctiſſimum, & ſo- „ dalem noſtrum chariſſimum ſua laude non fraudare „. Ita Manſius.

XI. Ad calcem Diarii Ludovici Marraccii ab uno e Noſtris verba hæc conſcripta leguntur: 1700. *alli* 5. *Febraro paſsò come ſi debbe ſperare alla beata Eternità il P. Lodovico Marracci in età d'anni* 88. *religioſo di integerrimi coſtumi, affezionatiſſimo alla Congregazione, alla quale diede gran luſtro con l'Opere ſtampate contro l'Alcorano, e contro l'Ebraiſmo. Fù peritiſſimo di tutte le Lingue Orientali Greca, Ebrea, Arabica, Caldea ... Fù Lettore in Sapienza, Eſaminatore degl'Ordinandi &c. Potevi affermare di lui, che fuſſe perfetto in ogni ſcienza, poiche di tutte diſcorreva con prontezza, e memoria ſino all'ultima età feliciſſima &c.*

XII. Demum ne nimis quam par eſt protrahatur hoc argumentum, de eodem Marraccio præclarè loquuntur Vinciolus in Epiſtola de Nonnullis Congregationis Noſtræ Scriptoribus *pag.*17., Venetæ Ephemerides *A.* 1725. *Tom.* 37. *pag.* 277. nec non aliæ *A.* 1743. *ad diem* 19. *Octobris num.* 42. *pag.* 332., Marcianus in ſua Hiſtoria Oratorii *Tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 1. *pag.* 313.; Caroccius in Opere inſcripto: *Il Pellegrino guidato alla Viſita delle Imagini più inſigni della B. V. M. in Roma*: *Tom. I. Diſcorſo VI. pag.* 70. Juſtus Fontaninius in *Cod. Canonizat. pag.* 183. Joannes Marangonius *Nelle Vite di alcuni Compagni di S. Filippo pag.* 36., Cartarius in Opere Ms. cui Titulus *Athenæum Romanum*, Ludovicus Marraccius Junior in Vita V. Jo: Baptiſtæ Cionii *Lib.* 1. *cap.* 3. *pag.* 16., Hippolitus Marraccius *in Biblioth. Maria. Part.* 2. *pag.*60. Vincentius Maria de Nobilibus *Tom.* 2. *pag.* 141. Lect. ſuper Sacram Scripturam, Carolus Antonius Erra in ſua Hiſtoria *Dell'Imagine, e Chieſa di S. Maria in Portico di Campitelli pag.* 2. Fontana in Opere inſcripto: *Storia degl'Ordini Monaſtici, Religioſi &c. Tom. IV. pag.* 293. aliique, quorum teſtimonia, ne eadem in ipſum præconia congeſta repetamus, ultrò omittimus.

ART.

A R T. XVI.

De Davino Guinisio.

DAvinus Guinisius IV. Non. Jannarii 1627. e Patritia Familia Lucæ natus, Mundi vanitates sæculique commoda fugiens, ad Congregationem nostram advolavit, Romæque, peracto cum laude biennalis probationis curriculo, VII. Kal. Junii 1644. per Votorum nuncupationem Deo se enixius obstrinxit. Studiis Lucæ absolutis, sacrisque initiatus, Congregationis Nostræ, pro animarum bono injuncta ministeria, alacriter suscepit, atque Romæ nostros juvenes Philosophiam, Theologiamque edocuit; cumque Prudentiæ laude floreret, sæpissimè illi nostrorum Collegiorum Præfectura demandata est. Rector hujus Nostræ Romanæ Domus A. 1702. VI. renuntiatus, insequenti anno 1703. III. Idus Decembris ex hac vita decessit, Ecclesiæ Sacramentis in sua infirmitate non semel piè religioseque receptis. I. Vita.

Vita, Virtù, e Miracoli di Monsignor Jacopo Candido Vescovo della Cedogna in Puglia. In Roma per Ignazio Lazzari 1654. *in* 8. II. Opera.

Alexander Pompejus Berti in suo Opere Ms. *Delle memorie degli Scrittori, e Letterati Lucchesi Tom.* 1. *pag.* 675. *num.* 1654. hæc de eo monumentis prodidit: *Davino Guinigi di nobilissima Famiglia Lucchese, Religioso della Nostra Congregazione, il quale per la sua prudenza mirabile nel governare è stato più volte Superiore tanto della nostra Casa di Roma, quanto di quella di Napoli di S. Maria in Portico; e morì poi in Roma il* 1703. *nell'attuale governo di quella Communità più che settuagenario. Hà dato alle stampe d'Ignazio Lazzari in Roma il* 1654. *la Vita, Virtù, e Miracoli di Monsig. Jacopo Candido Vescovo della Cedogna in Puglia. Tom.* 1. *in* 8. III. Laudes.

Carolus Antonius Erra in sua Historia hujus Nostræ Ecclesiæ S. Mariæ in Porticu in Campitello *cap. X. pag.* 53. honorificam de eodem Guinisio mentionem facit. IV.

A R T. XVII.
De Peregrino Pellegrini.

I. Vita. ANno 1630. IX. Kal. Decembris nostrum Peregrinum Pellegrini Lucensem natum esse, eumque A. 1647. in Congregationem nostram cooptatum Tabularia nostra produnt. Prima religiosæ vitæ fundamenta Romæ jecit in Nostra Domo S. Mariæ in Porticu, ubi VIII. Kal. Julii 1649. per sacrorum Votorum religionem se Deo mancipavit. Studiis Philosophicis Theologicisque magna cum cura confectis, Lucam missus est, ut ibidem in nostris scholis humaniores litteras juventuti traderet. Maximiliano Dezæ, Collegii Genuensis Matris Dei Fundatori, in eodem Collegio erigendo operam suam contulit, multumque pro ejusdem Civitatis bono, cùm concionibus, tùm Sacris Fidelium Confessionibus excipiendis adlaboravit. In memorato Matris Dei Collegio non semel Pro-Rectoris, pluries Rectoris munus laudabiliter obivit. Ab ejusdem Civitatis amplissimis Nobilibusque Viris magno in pretio Peregrinus noster, ob illius spectatam Doctrinam singularemque pietatem habitus fuit. XV. Kal. Maji 1704. non sine gravi totius ferè Civitatis Genuensis mœrore sanctissimo fine quievit.

II. Opera. E sanctis Operibus Francisci Salesii præcipuas Sententias selegit, suisque locis aptè dispoſuit; easque in unum collectas edidit Genuæ A. 1668. typis Petri Joannis Calenzani, quibus Titulum hunc apposuit: *Aforismi Sacri, overo detti notabili di S. Francesco di Sales, e della Venerabile Primogenita sua Figlia Spirituale Madama di Chantal, raccolti non solo dalle Opere già tradotte del Santo, ma dalli Sermoni ancora, Fragmenti, e Stendardo della Croce, Opere non ancora tradotte. Tom.* 1. *in* 12.

III. *Esame per fare la Confessione Generale, di S. Francesco di Sales, con un modo efficacissimo per eccitare l'atto di contrizione. In Genova per Antonio Andreoli* 1675. *in* 16.

IV. *Idea del buon Governo per i Superiori Religiosi, con l'idea del buon Superiore in Persona di S. Francesco di Sales. In Genova per Giuseppe Bottaro, e Gio: Battista Tiboldi* 1676. *in* 12.

V. *Lettera Esortatoria a tutti quelli che portano il Nome di Maria. In Genova per Antonio Casamara. in* 8.

VI. Laudes. In Libro Mortuorum Collegii Genuensis Matris Dei, hoc de Peregrino nostro præconium inspicitur: *P. Peregrinus Pellegrini, Sacerdos Nostræ Congregationis, Vitæ probitate conspicuus, nec non de Nostra Genuensi Domo optimè meritus, ætatis suæ annorum trium supra septuaginta, Sacramentis munitus obiit primus e Nostris in nostra Genuensi Domo die* 17. *Aprilis* 1704., *& die* 18. *item primus e Nostris in PP. sepulcro conditus est.*

ART.

A R T. XVIII.

De Maximiliano Deza.

I. Vita Variis e monumentis excerpta.

MAximilianus Deza Lucensis, Concionator sua ætate celeberrimus, & Scriptor illustris, pietate item, animarum salutis studio, atque omnigena litteratura commendatus, natus est XIII. Kal Novembris MDCXXVIII. Adolescens Lucæ liberalibus disciplinis egregiam dedit Operam sub Petro Lombardo unà cum Beverinio, *Ambo non tam sanguinis, quàm ingenii propinquitate conjuncti*, ait Alexander Trenta in Vita Beverinii Ms. In nostris etiam Gymnasiis Franciscum Marraccium humaniorum Litterarum Professorem ibidem audiit. Institutum nostrum XVI. annos natus amplexus est, atque Romæ religiosam vestem in Domo tyrocinii S. Mariæ in Porticu A. 1644. induit; ubi biennio, ut moris est, in omni virtutum exercitatione probatus, haud vulgaria Nostris suæ indolis ingeniique argumenta exhibuit; & A. 1646. XII. Kal. Januarii omnium suffragiis ad religiosa vota emittenda rite admissus est. Deinde in hac Alma Urbe optimarum solidarumque scientiarum Magistra, Philosophiam atque Theologiam a doctissimo æquè ac religiosissimo nostro Joanne Benadu percepit. Ad Altare A. 1652. primùm sacrificaturus accessit. Mox Lucam missus, Rethoricam in nostris scholis cum ingenti auditorum cùm multitudine, tùm profectu docuit. Eam Cathedram ad annum usque 1658. quo Quadragesimalium Concionum provinciam aggressus est, præclarè rexit.

II. Apostolicum id munus ad ultimam usque senectutem, nullis unquam fractus laboribus, ad Dei gloriam augendam, ad animarum salutem procurandam, magna sui nominis fama, Congregationisque nostræ decore professus est. Bis Viennæ Austriæ in Cæsareo Sacello, Romæ in Basilicis S. Petri Apostolorum Principis, & S. Laurentii in Damaso vulgò nuncupati; necnon Lucæ in Cathedrali S. Martini, inque Templo S. Michaëlis; ter Bononiæ & Venetiis; Genuæ quater; Taurini item, Mediolani, Mantuæ, Mutinæ, Florentiæ, Senis, Panormi, & Melitæ, inque aliis celeberrimis Locis & Civitatibus Conciones Quadragesimales ingenti semper Auditorum frequentia & fructu habuit.

III. Eodem animarum salutis studio incensus Societatem *Divinæ Gratiæ*, nomine cùm in nostris Ecclesiis, tùm in aliis, potissimùm verò Viennæ Austriæ in Templo PP. Barnabitarum S. Michaëlis erexit: quod laudabile Institutum a Summis Pontificibus approbatum, singularibusque etiam privilegiis cumulatum est. De eodem Philippus.

Ord. Religiof. in Eccl.Milit.Catalog. Part. 1. Pag. 41.

pus Bonannius S. J. hæc fcribit: *Eorumdem Clericorum zelo*, nempe Matris Dei, *peccato mortali bellum indictum est*, *pia exercitatione*, *Divinæ Gratiæ appellata, quam fingulis anni Dominicis, in propriis Templis non fine magno animarum fructu*, *religiofiffimè colunt*.

IV. Studio etiam Congregationis noftræ ampliandæ motus, Genuæ Collegium fundavit fub Titulo *Matris Dei*, quo in erigendo plurimùm adlaboravit. Ejufdem Collegii an. *1669*. *1678*. & *1687*. Rector in noftris Comitiis renuntiatus, attentiffimè munus hoc in regularis difciplinæ augmentum geffit. Hoc pariter officium Romæ in hac noftra Campitellana Domo præclarè obivit.

V. Cum autem Æ. 1704. tertiò a Leopoldo I. Imperatore Viennam accitus fuiffet Apoftolico munere perfuncturus, ipfe etfi LXXVI. annum ageret, periculis tamen itinerifque incommodis nihil perterrefactus illuc fe contulit, quo in loco brevi dierum curriculo, lethali morbo correptus, omnibus Ecclefiæ Sacramentis roboratus, hilari animo mortem afpexit, fupremumque vitæ diem egit IV.Id. Novembris ejufdem anni millefimi feptingentefimi quarti, ætatis fuæ *76*. & dierum 20. Ejus Corpus in Sepulcro PP. Barnabitarum S. Michaëlis tumulatum fuit; illiufque exequiæ magna pompa a piiffimo Cæfare, necnon a Fratribus Societatis Divinæ Gratiæ, quam Deza in eodem Templo fuperioribus annis erexerat, decoratæ fuere. Non pigebit hic tranfcribere ea, quæ de ejufdem Dezæ ægrotatione obituque in litteras retulit Clar.Vir Francifcus Tuccius Cæfaris a Confiliis, quarum fragmentum Romam mifit Patri noftro Generali Sebaftianus Pauli, dum ipfe Viennæ Auftriæ concionandi munere apud Carolum VI.

Extat in Archivio P. Generalis.

Imperatorem iterum fungeretur. Hæc itaque leguntur: " Martedì
„ 7. Ottobre 1704. intefi che la Domenica era venuto in Vienna il
„ P. Deza alloggiato nel Convento folito de' PP. Barnabiti a S. Mi-
„ chele, qual Convento in quella notte tra il Lunedì, e il detto
„ Martedì aveva in una parte patito incendio grande, onde l'Impe-
„ radore fece in quella notte ritirare detto Padre in Cafa del Sig. Ba-
„ ron Scalvignoni. Cercai detto Padre, e trovatolo in Corte, e di-
„ mandatoli dove fi farebbe rifugiato di ftanza con offerirli di ftar
„ meco, mi diffe dopo aver riparlato a detto Scalvignoni travagliato
„ da Podagra, che non fi trovava comodità da lui defiderata in qual-
„ che altro Convento, e così di nuovo invitatolo, veduta la mia
„ abitazione, accettò, e venne la fera a cena, e dormire, come con-
„ tinuò. La notte feguente del Mercordì dopo che aveva comincia-
„ to a dormire accefofi fuoco, eftinto poi prefto, in una ftalla non
„ troppo lontana, il romore per la ftrada lo fvegliò, ed egli volle
„ levarfi e veftirfi, con patire un'altra mala notte, quando aveva
„ bifogno di riftoro dal viaggio fatto con patimenti narrati dal Fra-
„ tello Matteo fuo compagno, e fervo. Principiati alcuni freddi

„ con

„ con vento, in vece di ſtarſene in camera calda, volle contro „ l'eſortazione di detto Fratello far eſercizio a piedi fuor di Città, e „ così preſe del catarro. Domenica 26. Ottobre 1704. dopo pranzo „ uſcì per far viſite. Viſitò il Nunzio, e cercato ſenza trovarlo l'Am- „ baſciadore di Venezia, tornò a Caſa; ma la ſera circa le 7. ore „ ſi miſe in letto, dicendo, per ſolo freddo; ed io poco dopoi tor- „ nando a Caſa trovai che s'era fatto fare un' pan bollito nel vino „ Tiroleſe di Corte, e volle mangiarſelo contro le mie rimoſtran- „ ze. Il Lunedì mattina dicendo non aver'altro, andò a dir Meſſa „ nella ſolita Chieſa vicina aſſai fredda del Salvatore; poi andò per „ viſitare il Veſcovo di Vienna che non trovò. Non potendo più „ celare il male, fù coſtretto rimetterſi in letto: ma in neſſuna forma „ volle che ſi chiamaſſe un Medico, e ſolo il Martedì con l'ajuto an- „ che del P. Paravicino di S. Michele acconſentì che ſi chiamaſſe. „ Andai ſubito ad avviſare il Sig. Baron Scalvignoni, quale ſcriſſe „ tutto all'Imperadore, e S. M. Ceſarea mandò il ſuo Medico Erto- „ di, oltre il Zanuti che gli aveva propoſto il P. Paravicino; li fece „ dare dallo Speziale di Corte tutti li medicamenti anco prezioſi, e „ l'Imperadore li dava ogni giorno due preſe di tintura d'oro. Fù „ frequentemente viſitato da i Medici, ſervito con ogni diligenza, „ ed aſſiduità dal Fratel Matteo, da i due miei Staffieri, e dalle „ Donne in mia Cucina, come ancor'io per trè notti non mi ſpogliai; „ ma attaccatiſi anco due viſſicatori, niente giovò per tirar fuori un „ poco di quel calore febrile concentrato e fiſſo. Li 3. Novembre ſi „ communicò dal Paroco di S. Stefano dopo la meza per poi prende- „ re i medicamenti ordinati. Alli 5. detto preſe l'Olio Santo, aven- „ do detto voler tutti i Sacramenti in buona cognizione, non all'ul- „ timo. Aveva avuto per molti giorni gran dolore di teſta, che poi „ era ceſſato. Diceva ſpeſſo Salmi ed Orazioni, ed alle volte qual- „ che parola di varie ſpecie, che forſe li paſſavano per la mente. „ ma interrogato riſpondeva a propoſito. Si fecero ſeco devozioni „ con le Reliquie di S. Nicola di Bari, di S. Filippo Neri, ed Agnus „ Dei d'Innocenzo XI. Finalmente in una placida agonia, datali dal „ P. Paravicino, che lo vegliò più notti, la raccomandazion dell'ani- „ ma, nel Lunedì 10. detto la mattina dopo le cinque ore ſpirò. „ Il Martedì ſera di notte in una Carrozza chiuſa fù portato alla „ Chieſa di S. Michele, dove que' Padri, ed i Fratelli con Cappe „ della Confraternita della Divina Grazia, iſtituita altra volta da „ lui, fù portato in giro per la Chieſa, e fattoli il ſolito officio con „ torcie, e gran candeli ad ogn'uno, e con Muſici, tutto a ſpeſe „ dell'Imperadore, fù ſepolto nella Sepoltura di quei Padri Barna- „ biti.„ Hucuſque Tuccius.

Ejuſdem Maximiliani Deze Effigiem in noſtris Collegiis videre eſt. VI.

est. Sub ea, quæ in nostra Genuensi Domo Matris Dei extat, verba hæc in grati animi monumentum leguntur:

R. P. MAXIMILIANUS DEZA
DOMUS HUJUS FUNDATOR
PIETATE INGENIO MAGNUS
PRÆDICATIONE MAXIMUS
TERTIO CONCIONATOR CÆSAREUS
OBIIT VIENNÆ X. NOVEMB. MDCCIV.

§. I.

De Maximiliani Dezæ Operibus editis.

I. DE *Administrando Sacramento Baptismatis humanis fœtibus abortivis*. Hujusmodi Tractatus legitur in Opere Francisci Verdi prænotato: *Ingenuæ observationes Apologeticæ Physico-Legales de fœtus animationis & nativitatis tempore*, edito Lugduni sumptibus Laurentii Anisso 1664. in 4.

II. *Compendio del Nuovo Istituto della Compagnia della Divina Grazia. In Genova per il Celle, e Tiboldi* 1671. *in* 12. suppresso nomine.

III. *Orazioni Sacre. In Genova per Giuseppe Bottaro, e Gio: Battista Tiboldi*. 1675. *Tom. II. in* 12. His italicis Orationibus *A.* 1683. tertiam Partem adjecit, ediditque Genuæ typis Georgii Franchelli, quam Lucæ Mariæ Invreæ Genuensis Reipublicæ Duci nuncupavit. Easdem Sacras Orationes a se auctas, atque duobus voluminibus *in* 12. comprehensas evulgari curavit Venetiis *A.* 1686. typis Pauli Balleonii, quas Marco Antonio Justiniano Venetiarum Duci dicavit; nec non *A.* 1704. ex prælo Jacobi Tomasini. De hoc Opere Ephemerides Litterariæ Parmenses *A.* 1686. *Pag.* 13. hanc ferunt sententiam: „ Chi legge queste bellissime Orazioni è sufficientemente persuaso potersi nella nostra lingua Italiana uggnagliare l' eloquenza, „ la maestà, e la grandezza, che pajono proprie della Greca e „ della Latina. Al dono naturale d' intelletto chiaro, di facondia „ limpida, d' idee sublimi aggiunse quest' Oratore l' acquisto di „ erudizione profana, e di cognizioni massicce, onde pare che „ possono queste servir d' idea per l' Italiano Panegirico.

IV. *I Frutti della Divina Grazia dedicati alla sacra Reale Cesarea Maestà dell' Imperatrice Leonora; cioè Considerazioni e Discorsi sopra la gravità del Peccato mortale, e sopra la stima dell' Amicizia di Dio, per un ritiramento di trè giornate, con la prattica dell' atto di contrizione, ed altri utilissimi esercizj di Cristiane virtù. In Genova per Gio.Battista Tiboldi, e Giuseppe Bottaro* 1677. *in* 4. Hunc utilissimum

ſimum Tractatum recuſum Coloniæ fictè, ſed revera Venetiis 1691. *in* 12. Ad. R.P. Ignatius Kiſteler Can. Regul. Ord. S. Auguſtini in Latinum tranſtulit, ediditque Auguſtæ typis Joannis Michaëlis Labhart *A.* 1720. *in* 12.

Vita del Ven. Padre Ceſare Franciotti della Cong. de' Chierici Reg. della Madre di Dio. In Roma per il Maſcardi 1680. in 4. V.

E Gallica in Italicam vertit linguam *La Vita del Signor di Rentì, ſcritta Franceſe dal P. Gio. Battiſta Sangiurè della Compagnia di Gesù. In Genova nella Stamperia di Giuſeppe Bottari 1680. in 8.* VI.

Iſtruzione per inſegnare la Dottrina Criſtiana; ovvero l' obbligazione che hanno i Paſtori d' inſegnarla, ed i Popoli di farſene iſtruire. In Genova 1681. in 8. iiſdem typis. Inſtructionem hanc ab Henrico Maria Budone Gallicè, doctèque concinnatam Deza Italicè reddidit, eamque Julio Cardinali Spinulæ Epiſcopo Lucano nuncupavit. De qua Alexander Pompejus Berti in ſuo non ſemel laudato opere Ms. hæc habet: „ Queſto picciolo prezioſo Trattato „ meritava di eſſer veduto anche in Italiano idioma, per iſtruzione „ sì di quelli che devono inſegnare, che di quelli, che imparar „ debbono la Dottrina Criſtiana. Il P. Deza l' hà tradotto con „ quella felicità con cui ha tradotte le altre, e che meritava il „ lavoro. VII.

Mem. degli Storici e Letterati Luccheſi Tom. I.

Vita di Elena Lucrezia Cornara Piſcopia, dedicata alla Maeſtà dell'Auguſtiſſima Imperatrice Eleonora. Venezia per Antonio Boſio 1686. in 4. nec non 1692. De prima hujus Vitæ editione in Ephemeridibus Parmenſibus ejuſdem anni 1686. verba hæc adnotavi. „ Era bèn degna queſta grande Eroina che ſe ne deſcriveſſe la Vi„ ta ad erudizione de Poſteri, e per deſcriverla era altrettanto „ degna la dottiſſima penna del P. Maſſimiliano Deza, il quale „ e ſcrivendo e perorando da Pergami, rieſce ſempre egualmen„ te meritevole d'ogni lode. VIII.

Gli amori Eucariſtici; overo ſacre Poeſie ſopra l' Auguſtiſſimo Sacramento per tutte le Domeniche, e Feſte principali dell'Anno. In Lucca per il Mareſcandoli 1691. in 12. Hanc Carminum collectionem jam ab uno e Noſtris in laudem Euchariſtici cibi adornatam, ut ſcribit Deza in Præfatione, ipſe evulgandam curavit; atque alia nonnulla Carmina e ſuo adjecit, uti obſervat noſter Berti in Prœloquio Concionibus Quadrageſimalibus ejuſdem Dezæ affixo. IX.

Iſtoria della Famiglia Spinola, deſcritta dalla ſua Origine fino al ſecolo XVI. Dedicata alla Sacra Ceſarea Reale Maeſtà di Leopoldo I. Glorioſiſſimo Imperadore. Piacenza nella Stamperia Ducale di Giovanni Bazachi 1694. Tom. I. in fol. X.

Il Cuore a Dio, overo Trattati della pura Intenzione. In Genova per Antonio Caſamara 1695. in 12., nec non ibidem typis Antonii XI.

Mariæ Scionici 1709. Adest etiam tertia Editio, sed eam non vidi. Opusculum autem mox memoratum magno in pretio habetur.

XII. *Prediche dell'Avvento dette in Cappella Cesarea dal P. Massimiliano Deza, mentre serviva di Predicatore per la seconda volta la Maestà dell' Imperadore Leopoldo I. coll' aggiunta di nuovi Panegirici, ed altri Discorsi. In Venezia appresso Nicolò Pezzana* 1710. *in* 8. Opus posthumum.

XIII. *Prediche Quaresimali. In Lucca presso Pellegrino Frediani* 1713. *in* 4. Opus hoc posthumum Maximiliani Dezæ eodem anno recusum est Venetiis typis Pauli Balleonii. Videsis *Tom. XV. Ephemerid. Venetar. Art.* 18. *Pag.* 473. Prælaudatas Conciones cùm Adventuales, tùm Quadragesimales Ad.R. P. Casimirus Moll Benedictinus in Latinum translatas, atque in unum corpus redactas evulgavit Augustæ *A.* 1726. sumptibus Philippi, Martini, & Joannis Veith; quæ utique editio non vulgarem laudem Auctori suo comparavit.

§. II.

De Maximiliani Dezæ Operibus Mss.

I. V*Indiciæ solidæ Probabilitatis. Tom. I. in fol.*

II. *Opusculorum Sanctorum Patrum ineditorum Syllogen*; sed opus hoc inchoatum, imperfectum remansit. Da hac certe extra omnem judicii aleam laudabili Collectione in opere inscripto: *Memor. Italor. Erudit. Præst. Pag.* 174. verba hæc hic non negligenda legimus: *Maximiliano Oratori sacro disertissimo, Opusculorum Sanctorum Patrum ineditorum Syllogen vulgari meditanti sua beneficentia adfuit* (scilicet Cosmus III. Magnus Etruriæ Dux) *inque ejus usum Michaëlis Psellii quædam ex Bibliotheca Laurentiana latinè ab Antonio Maria Salvino vertenda anno* 1684. *curavit*. Idque pariter evincitur ex Epistola ejusdem Salvini VI. Kal. Decembris 1725. Vinciolo data, quæ legitur inter ejus Opuscula *Pag.* 70.

III. Reliquit etiam Deza varios Tractatus de rebus ad mores christianè formandos pertinentibus: quæ omnia Mss. in nostra Genuensi Bibliotheca Matris Dei videre est.

IV. *Rethoricorum Libri III.* Exstant in nostro Romano Archivio; in quo pariter asservatur Opusculum satis eruditum ab eo concinnatum 1655. in quo ostendit, *che l' Effigie del Volto Santo di Lucca rappresenta l' Imagine di Gesù Cristo, e non già quella di S. Simeone Vescovo di Gerusalemme*.

V. Præterea, ut scribit Marraccius in Appendice ad Bibliothecám Marianam Polyantheæ Marianæ adjecta *pag.* 81. idem Deza exaravit

in

in Festivitatibus B. Mariæ Virginis plures Conciones prælo ac luce omninò dignas, nempe *In Festo Conceptionis Conc. III.*, *In Festo Nativitatis ejusdem Conc. II.*, *In Festo Præsentationis ejusdem Conc. II.*, *In Festo Annuntiationis ejusdem Conc. I.*, *In Festo Purificationis ejusdem Conc. II.*, *In Festo Visitationis ejusdem Conc. II.*, *In Festo Assumptionis ejusdem Conc. III.*, *& in Festo ejusdem ad Nives Orat. III.*

§. III.

Testimonia Virorum Illustrium de Maximiliano Deza.

HIppolytus Marraccius loco mox laudato: *Maximilianus Deza*, inquit, *natione Italus, Patria Lucensis, e Congregatione Cleric. Regular. Matris Dei, inter sacros hujus ævi Divini verbi Concionatores celebris, ob incredibilem eruditionem, raramque facundiam, in primis Italiæ pulpitis præsertim Genuæ, Melitæ, & Taurini magno populorum plausu exceptus scripsit &c.* I.

Michaël Angelus Bendinellius *Epigram. CX. Pag* 183. insequentibus Carminibus Dezæ memoriam posteritati consecravit II.

O sacer Orator, meritis quem laudibus effert
Fama per Eoas, Hesperiasque plagas.
Cui gravis est sermo, salibusque aspersus amœnis,
Aurea vox, gestus vel sine voce loquens.
Quo te cumque feras, Juvenesque, Senesque feruntur,
Nec capiunt vacuas Templa repleta Domos.
Janua, Taurinum, Florentia, Parma, Panormus,
Urbs Venetum, Melite, Roma, Vienna sciunt.
Hæc plausus etiam memorat sacra verba loquuto
Quos tibi Majestas Cæsaris æqua dedit.
Scit Mediolanum, novitque Bononia, testis
Et Senas præter, Patria Luca fuit.
Huic semel, ac iterum pleno plaudente Senatu,
Acceptus, (res ò mira?) Propheta redis.
Auditorque tuo stupidus dum pendet ab ore
Hostis criminibus cogitur esse suis.
Saxa quòd Amphion ad Cadmi traxerit Urbem,
Aoniam digito sollicitante Chelym,
Fabula sit; sed vera fides, quòd, Deza, beatam
Voce tua Solymam saxea corda trahis.

Idem

Idem Bendinellius *Epigramat. XXVI. Pag.* 76. de eo pariter cum laude loquitur.

III. Vineiolus in sua sæpè memorata Epistola *Pag.* 18. hoc præconio eum prosequitur: „ Maximilianus Deza meritò se se „ effert delineandus ... Primariis viris adeò fuit acceptus, ut in „ Civitate Januensi meruerit eligi a nobilissima familia Spinula pro „ scribenda illius historia, quam edidit typis Joannis Bazachi anno 1694. Placentiæ in folio multa cum eruditione & doctrina; „ multa etiam cum laude edidit Genuæ ... Ut vero magis appareat „ quàm accepta fuerint illius opera, operæ pretium est advertere, „ quàm sedulò quærantur, & quemadmodum etiam post ejus mortem in lucem prodierint ... Sed Maximiliani nomen facundiori „ quàm meo dignum est calamo „. In Ephemeredibus Venetis hoc Vineioli testimonium producitur *Tom.* 37. *Pag.* 278.

IV. Ludovicus Marraceius Junior in Vita Cionii *Lib.* I. *Cap.* 5. *Pag.* 29. hæc alia inter multa habet: *Il P. Massimiliano Deza a dì nostri Predicator celeberrimo scrisse la vita del Ven. P. Cesare Franciotti con eloquente candore*. Et *Lib.* 2. *Cap.* 8. *Pag.* 126. memorans piissimum Divinæ Gratiæ Institutum a Deza fundatum, erectumque, insequentia verba subjungit: *Anzi non stimo bene di lasciare d' aggiungere, come il P. Massimiliano Deza, a cui si dee la gloria di esserne stato il primo Inventore, e Istitutore nella Casa, e Chiesa della Madre di Dio, da se fondata nella nobilissima Città di Genova, sempre intento a dilatarlo col suo Apostolico zelo &c.*

V. Hieronymus Florentinius in sua *Disputatione secunda de Baptismo &c. Sect. X. Pag.* 86. eundem Maximilianum Dezam vocat *Theogiæ Professorem, & eximium verbi Dei Prædicatorem*.

VI. Constantinus Roncaglia in Vita Leopoldi I. Imperatoris *Lib. VI. Pag.* 492. de Deza, ejusque Divinæ Gratiæ Societate hæc nobis exhibet: „ Il P. Massimiliano Deza dotato di Apostolico zelo fù il primo a introdurre nella nostra Casa di Genova la Compagnia della „ Divina Grazia, che poscia si è dilatata nell' altre della nostra „ Congregazione.

VII. Alexander Pompejus Berti in Prœloquio Concionibus Quadragesimalibus Dezæ affixo, in ejusdem Operis, Auctorisque commendationem hæc itidem exaravit: „ E' tale, e tanta la fama del P. Deza, acquistatagli dalle sue fatiche Apostoliche, che non ci è „ nulla d'uopo prevenire con altro il Pubblico, se non con accertarlo essere ancora quest' Opera ben degna di quell' istesso Autore, che con molti altri suoi Libri hà somministrato materia „ di stupore a' Letterati .... Morì il dottissimo Padre dopo una vita „ religiosissima impiegata in esercizj Apostolici di età di anni 77. „ in Vienna d'Austria &c.

Ex Libro Mortuorum nostri Collegii Genuensis Matris Dei ad an. 1704. verba hæc transcripsimus: P. *Maximilianus Deza Lucensis, Sacerdos nostræ Congregationis, & hujus nostræ Domus Genuensis Fundator; doctrina, & probitate nulli secundus, Concionator eximius, Viennæ Austriæ, quò sacris in Concionibus a Cæsarea Majestate jam antea bis auditus, tertiò audiendus adventarat, obiit Sacramentis munitus, ætatis suæ anno 77. inchoato, Christi verò 1704. die 10. Novembris. Ejus cadaver die 11. ejusdem mensis in Ecclesia Parochiali Cæsareoaulica S. Michaëlis in propria crypta* PP. *S.Pauli, Barnabitarum nuncupatorum, conditum est.* VIII.

Insuper Maximilianum Dezam suis prosequuntur encomiis Joannes de Cardenas in sua *Christ Theologica Disput. XIV. Cap.3.pag.* 106. Francifcus Verde in Opere *De Fœtus Animationis, & Nativitatis tempore*, cujus supra meminimus; Ignatius Kisteler, & Casimirus Moll in eorum versione Latina nonnullorum Librorum ejusdem Dezæ, quos paulo antè percensuimus; Beverinius in suis italicis Carminibus *edit.* 11. *pag.* 20. Joannes Baptista Cinelli in sua *Biblioteca Volante Scanz.* 7. Alexander de Podio in Epistola Nuncupatoria præfixa Operi ejusdem Dezæ inscripto: *Frutti della Divina Grazia* recuso Venetiis 1691. Carolus Antonius Erra in sua Historia *Dell' Imagine, e Chiesa di S. Maria in Portico di Campitelli Cap. XVI. Pag.* 98. Julius Marchini, *Riflessioni sopra l' Orazione Panegirica Lib.* 3. *Pag.* 186. Fontana *Storia degli Ordini Monastici, Religiosi &c. Tom.* 4. *Cap.* 36. *Pag.* 291. IX.

Demum Deza noster amplissimis laudibus cumulatur in Opere, cui Titulus: *Felsina Ammiratrice della Religiosa sublime eloquenza del P. Massimiliano Deza Lucchese della Congregazione della Madre di Dio nella Insigne famosa Collegiata di S. Petronio di Bologna la Quaresima trascorsa dell'Anno MDCXC. Composizioni Poetiche dedicate all'Illustrissima Signora Marchesa Olimpia Naro Caprara. In Bologna per gli Eredi del Sarti* 1690. *in* 4. X.

NOTÆ.

Præter Opera Maximiliani Dezæ supra laudata, nonnulla alia haberemus, nisi vel deperdita, vel, quod facilius est, subrepta fuissent. Verba ex prænotato P. Berti Anteloquio hic exscribere consultius duximus. Ait enim ibidem: *Abbiamo di più avuto questa disgrazia, che sapendo noi aver talvolta sopra l' istesso Vangelo composto più Prediche, non possiamo assicurare, che ci sia sempre venuto fatto di trovar la migliore. Dubitiamo, che a talune del-* I. Nonnulla Dezæ Opera ab aliis abrepta.

delle medesime, come ad un Tomo de' Panegirici, che già aveva preparato per le stampe, sia accaduto ciò, che suole accadere a Tesori, cioè l' esser rubati: e forse altri trae utile, ed onore da' suoi sudori.

Præstat etiam hac de re audire nostrum Constantinum Roncaglia, qui in Vita Leopoldi I. Imperatoris *Lib. VI. Pag.* 292 hæc habet: *Il P. Massimiliano Deza della mia Congregazione morì in Vienna, e per tal causa si smarrirono le sue illustri fatiche, non essendo rimasti al Mondo letterato se non i componimenti della sua età giovanile.*

II. Primus Societ. Divinæ Gratiæ institutor.

Nostrum Maximilianum Dezam verum ac primum Societatis Divinæ Gratiæ Institutorem Conditoremque fuisse monumenta omnia quæ supra retulimus, aliaque multa quæ ad hanc veritatem comprobandam afferre possemus, apertè testantur. Rem hanc exploratissimam quidam Auctor, cujus nomen reticere operæ pretium ducimus, nimis quàm par est suæ Religiosæ Familiæ obsequens, ea gloria Dezam nostrum fraudare veritus adeo non est, ut suis illam tribueret.

ART.

ART. XIX.

De Francisco Lena.

FRanciscus Lena Vir antiqua eruditione clarus, ortus est Prid. Non. Januarii 1632. Adolescens a nostro Francisco Marraccio Lucæ humanioribus litteris optimè institutus est. Inter nostros tyrones A.1649.Romæ cooptatus, atque Neapolim ad absolvendum tyrocinium missus, ibidem in nostra Domo S.Mariæ in Porticu Suburb.Plag. cum laudabiliter probationis biennium explevisset, A.1651.solemnia vota emisit. Mox studiis Philosophicis, ac Theologicis perfectis, Lucam migravit, ut ibidem in nostris Scholis, humanioribus litteris juventutem illam institueret. Id munus ad ultimam ferè senectutem maximo Lucensis juventutis bono exercuit; tantamque sibi laudem comparavit non solum Lucæ, sed apud exteras etiam Nationes, ut a pluribus super hac re non rarò consuleretur. Otium perosus, semper studia excoluit. Ne diuturnis ejus ætas ingravescens succumberet laboribus Neapolim missus, ut fractas vires, religiosa quiete, locique amœnitate paulum reficeret, ibidem A.1711. Prid. Non. Februarii ex hac vita cessit in Domo S. Mariæ in Porticu Suburb. Plag. dum ego illic tyrocinium meum peragebam. Ætatis suæ A. 79. & mensem unum dinumerabat. I. Vita.

Proverbj Italiani, e Latini raccolti da diversi Autori per uso della Gioventù. In Lucca per Giacinto Paci 1674. in 12. Idem opus ab Auctore auctum castigatumque recusum est Bononiæ 1694. typis Longhianis. II. Opera edita & Mss.

Præterea in id argumentum conscripsit *XXIV.* Tomos in folio, quorum *XX.* adservantur Mss. in nostra Bibliotheca Lucensi reliqui verò IV. extant item Mss. Neapoli in Bibliotheca S. Mariæ in Porticu Suburb.Plag.Hoc in Opere Auctor e probatioribus inter Græcos & Latinos Scriptoribus, solerti eruditione potiora delegit. III.

Reliquit item *in Cantica Canticorum Commentaria II. Tom. in fol.* comprehensa. Adhuc Mss. in forulis ejusdem Biblioth. Lucensis jacent. IV.

In Libro nostri Neapolitani Collegii in quo prænotantur nomina eorum, qui ibidem ex hac vita decedunt, *pag.* 74. de eodem Francisco Lena hoc extat encomium: *Anno 1711.die 4.Februarii feria 4. subitanea morte correptus ex hac vita decessit P.Franciscus Lena ætatis suæ anno* octuagesimo primo, de hac nostra Congregatione optimè meritus, in eo, quod ferè integro quadraginta annorum spatio Lucæ in erudiendis adolescentibus quoad rudimenta grammaticæ summa cum* V. Laudes. *I. 79.

animi costantia, ac patientia præfuerat. Nullis sacramentis munitus decessit: at pridie compos sui, integris ferè viribus, & consueta sibi devotione celebraverat. Sepultus est in hac nostra Ecclesia, appositus ad Fratres suos in Domino, donec elucescat dies, & lucifer illi oboriatur æternæ felicitatis, quam cineres ejus expectant.

VI. Præterea laudatur a Donato Antonio Leonardio, Philippo Honestio, & Joanne Nicolao Barsantio, quorum elogia italicis carminibus conscripta leguntur in supradicto Opere *De' Proverbj Italiani e Latini* edito Lucæ 1674.

ART.

ART. XX.

De Francisco Maria Campionio.

FRanciscus Maria Campionius Genuensis, Congregationis nostræ Theologus eximius natus est xv. Kal. Octobris 1651. Liberalibus Disciplinis Genuæ excultus, viginti annos agens, ut in Congregationem nostram adsciscceretur, petiit, votique compos factus A. 1671. mense Januario in hac nostra Domo S. Mariæ in Campitello religiosa indutus est veste. Expleto laudabiliter tyrocinii tempore ibidem A. 1673. iv. Kal. Martii solemnem emisit Professionem. Dein ad Philosophicas Theologicasque scientias addiscendas totum se contulit, atque Romæ iis studiis, non sine magna ingenii sui expectatione vacavit, easdemque Facultates pluribus annis Romæ pariter professus est. In Theologia Scholastica, Dogmatica, & Morali, nec non in jure Canonico nulli secundus. Cleri Romani Apostolicus *Examinator*, sacrarum Congregationum S. Ufficii, & Indicis *Qualificator*, Theologorum Collegii S. Bonaventuræ Romæ in Cœnobio SS. Apostolorum Patrum Conventualium a Sixto V. Pont. Max. erecti *Examinator A.* 1697. renuntiatus, ea munia præclarè gessit. Juvenibus Oratorii Romani S. Philippi Nerii multis annis Angelici Doctoris Summam explanavit; hujusque præclara Opera, necnon S. Augustini præ manibus semper habebat, atque acerrimus eorumdem doctrinæ extitit propugnator. I. Vita.

Magna erat cùm Romæ, tùm alibi Campionii nostri existimatio. Plurimi illum faciebant Docti omnes, Principes Viri, S. R. E. Cardinales, atque ipsi Summi Pontifices. Cardinalis Ursinius Archiepiscopus Beneventanus, postea Benedictus XIII. Pont. Max., frequenter dum Ecclesiam Beneventanam piè, sanctèque moderabatur, Campionium in rebus cùm ad Theologiam Moralem, tum ad Ecclesiasticam disciplinam pertingentibus consulebat; ejusque solida responsa adeò Emo doctissimoque Principi placuerunt, ut in unum corpus redacta publici juris fecerit an. 1708. Sed de hoc Opere infra. Cardinalis Negronii Theologus, a sacris ei etiam confessionibus fuit. II.

In Congregatione nostra non semel Assistentis Generalis munus obivit. Bibliothecam hanc nostram Campitellanam auxit, eamque selectis copiosisque locupletavit Operibus. Ob indefessum in studiis laborem adversa valetudine affectus, Peritorum judicio Genuam petiit, ibidemque exiguo dierum spatio immoratus, religiosissimo fine III.

ex hac vita decessit in nostro Collegio Matris Dei VII. Idus Septembris 1713. ætatis suæ 62. Congregationis 38.

§. I.

De Francisci Mariæ Campionii Operibus editis.

I. Natalitia Serenissimi Walliæ Principis, nunc Jacobi III. Angliæ Regis, Catholicæ Religionis omniumque virtutum splendore ornatissimi, Latina Oratione habita in augusta Collegii de Propaganda Fide Aula Campionius noster illustravit, quam Jacobo II. & Mariæ Beatrici Angliæ Regibus nuncupavit, eamque edidit Romæ typis Hæredum Corbelletti *A.* 1688. *in* 4. De hac Oratione fit mentio in opere prænotato: *Biblioteca Volante di Gio. Cinelli Scanzia XIII. pag.* 58. ubi in Campionii laudem hæc verba subnectit: *Questo ottimo, e dottissimo Padre, è uno de miei cari Amici, e Padroni.*

II. *Dissertatio Theologica Scholastica de necessitate aliqualis saltem imperfecti amoris Dei propter se dilecti ad impetrandam gratiam in sacramentis mortuorum, dicata Emo & Rmo Principi Vincentio S. R. E. Cardinali Grimano. Romæ typis Hæredum Corbelletti 1698. in 12.*

Dissertatio hæc magno plausu excepta fuit Romæ, necnon ab Episcopis Galliæ, Flandriæ, & Hispaniarum, quorum Epistolæ ad Campionium datæ pro hujus Operis commendatione in nostro Romano Archivio adservantur. Eamdem Dissertationem comprobatam legimus in doctissimo eruditissimoque Opere Card. Prosperi Lambertini Archiepiscopi Bononiensis, nunc Benedicti XIV. feliciter Regnantis, *De Synodo Diœcesana Lib. VII. Cap. XIII.* ubi, *Franciscus Maria Campioni*, inquit, *anno* 1698. *doctam elucubravit Dissertationem Theologico-Scholasticam, in qua totis viribus conatus est demonstrare necessitatem aliqualis amoris Dei, saltem imperfecti, & initialis ad impetrandam gratiam in sacramentis, quæ dicuntur mortuorum.*

III. *Istruzione del Clero per ogni esame da subire avanti dell' Ordinario.* Librum hunc iis, qui se Ordinum examini offerunt, satis opportunum & ac commodatum edidit Campionius Romæ *A.* 1702. *in* 12. quem Clementi XI. Pont. Max. sacravit. Anno insequenti, seu 1703. Antonius Bartolus Venetiis eum pariter excudit *in* 12. Deinde ab Auctore castigatus liber idem ampliatusque prodiit iterum Romæ *An.* 1710. *in* 8. typis Georgii Plachi, Cardinali Spinulæ S. R. E. Camerario nuncupatus; nec non Venetiis *A.* 1711. ex prælo Andreæ Po-

Poletti *in* 12. Demum JacobusThomasinius Venetis typis prælaudatum Opus subjecit *A.* 1716. *in* 12., sed primam, aut secundam editionem, quas fortassè præ manibus dumtaxat habuit, secutus, Campionium nostrum Trinitariis adscripsit. Si Romanam editionem *A.* 1710., vel Venetam *A.* 1711. vidisset, Scriptorem eumdem Congregationi nostræ restituisset; editionemque prædicti libri integram & absolutam adornasset.

Instructio pro se præparantibus ad audiendas Confessiones divisa in duas partes. Romæ typis Antonii de Rubeis 1703. *Tom. II. in* 8. Ibidem *typis Georgii Plachi* 1704. nec non *A.* 1712. *in* 8. Tertia hæc editio A. 1712. Fr. Antoninio Cloche Ord. Prædicatorum Generali Magistro dicata reliquis est præferenda, utpote duabus primis castigatior, & auctior. Hanc diligenter secutus Jo. Baptista Recurtus excudit Venetiis 1723. *Tom. I. in* 4. IV.

In hoc Opere Doctrina Moralis ex Augustino, Doctore Angelico, sacris Canonibus, Constitutionibus Pontificiis, monitis S. Caroli Borromæi, potissimùm verò ex Concilio Tridentino & Catechismo Romano summa diligentia fideque decerpta, expedita methodo, solidisque principiis digesta summatim comprehenditur. Opus verè aureum, atque Confessariis omnibus apprimè necessarium ne in laxas opiniones incidant, utque operosam provinciam sibi demandatam ritè exerceant. Eo etiam in Opere Campionius strictim Propositiones a summis Pontificibus proscriptas refellit, atque profligat; ejusque refutationes singillatim collectæ prodierunt Brixiæ sub hoc Titulo: *Propositiones Beguardorum & Beguinarum ac Illuminatorum damnatæ & aliæ a Summis Pontificibus expunctæ cum notis, & observationibus Francisci Mariæ Campioni Congregationis Matris Dei. Accedit Constitutio SS. D. N. Clementis PP. XI. adversus Jansenianam hæresim: Item monita S. Thomæ Aquinatis super conversatione personarum spiritualium. Brixiæ MDCCVIII. Typis Joannis Mariæ Ricciardi in* 12.

Esercizj Spirituali per gli Ordinandi, ed altri Ecclesiastici che vogliono ritirarsi, consecrati all' Illmo e Rmo Signore D. Annibale Albani Nipote del SSmo Padre nostro Clemente XI. In Roma per gl' Eredi del Corbelletti 1705. *in* 12. V.

Moralia pro exercitiis spiritualibus quater in anno, in sacro Seminario discutienda, juxta methodum in quatuor Tabellis dispositâ ab Emo ac Rmo Principe F. Vincentio Maria Ord. Prædic. Episcopo Tusculano S. R. E. Card. Ursino S. Beneventanæ Ecclesiæ Archiepiscopo, per Franciscum Mariam Campionium Congregationis Matris Dei, Apostolicum in Urbe Cleri examinatorem, jussu ejusdem Eminentissimi enucleata. Beneventi ex Typographia Archiepiscopali A. 1708. *in* 4. VI.

§. II. *De*

§. II.

De Francisci Mariæ Campionii Operibus Mss.

I. PRæter hucusque laudata Opera, haud pauca alia ingenii sui præclara monumenta Campionius nobis Mss. reliquit, quæ ipse publici juris fecisset, nisi morte fuisset præreptus. Igitur in nostro Romano Archivio habemus perdoctos eruditosque Campionii Tractatus *De Gratia Divina*, *de Censuris*, *de Jubilæo*, necnòn *de Religiosarum Familiarum Privilegiis*. Extat etiam Opusculum omni ex parte absolutum, in quo agit *De Privilegiis concessis Patribus S. Philippi Nerii quod ad casus reservatos*, *Censuras*, *votorumque immutationem*. Item varia Opera typis edita censoria virgula ab eo notata, atque uno volumine in folio comprehensa. Præterea quæ Paulo III. Pont. Max. scitu digna obvenere historicè accuratèque conscripsit.

II. *Supplementum ad Dissertationem*, supra laudatam, *de necessitate saltem aliqualis amoris Dei propter se dilecti ad impetrandam Gratiam in Sacramentis mortuorum*; in quo fit satis objectionibus in contrarium allatis a quodam Theologo Anonymo, novisque argumentis sententiam suam satis superque firmat.

III. *Dissertatio Theologica de jure Regaliarum*, in qua argumentis Theologicis prætensum Regaliarum usum solidè impugnat.

IV. *Dissertatio Theologico-Dogmatica de singularitate perpetua Episcopi Romani ad novam opinionem*, *quod S. Paulus verè*, *& propriè fuerit Romanus Episcopus*. In ea doctè probat S. Petrum dumtaxat Romanæ Urbis Episcopum, totiusque Ecclesiæ caput extitisse.

V. *De Auctoritate Romani Pontificis in temporalia Principum Tractatus singularis*, qui non est absolutus.

VI. *Dissertatio de Auctoritate Romani Pontificis super Concilia*; *& de modo procedendi in Conciliis*.

VII. *Œcumenicas Synodos congregandas nonnisi ex gravi*, *& urgenti Ecclesiæ necessitate disquisitio Canonica*.

VIII. *Dissertatio de illicito usu Æquivocationum in genere moris*.

IX. *Assertio Theologica*, *qua firmatur non esse necessariam pueris carentibus usu rationis Eucharistiæ sumptionem*.

X. *De conservando rigore Canonum in admittendis peccatoribus ad Pœnitentiæ*, *& Eucharistiæ Sacramenta*.

XI. *Dissertatio Canonica de Sacramento Confirmationis ab Episcopis con-*

conferendo.

De necessitate sæpius diligendi Deum ad propositiones primam damnatam ab Alexandro VII. quintam, sextam, & septimam damnatas ab Innocentio XI. XII.

De delectu ciborum contra Priscillianistas & Novatores Dissertatio Dogmatica. XIII.

Synodi Taurynensis Historia; necnon *De Synodis Provincialibus contra Pelagii Hæresim.* XIV.

Item reliquit doctissimos Tractatus *De Bulla Cruciatæ: de Immunitate Ecclesiastica super Bullam Gregorii XIV., de legibus; de Horis Canonicis; de Cambiis, & Contractibus; de Jejunio; de Celebratione Missarum; de Denunciationibus, & Sollicitatione; & de Paupertate Religiosa.* XV.

Discorsi fatti in varie Accademie di Roma. Tom. 1. in fol. XVI.

§. III.

Testimonia Virorum Illustrium de Francisco Maria Campionio.

I. Benedictus XIII. Pont. Max. dum Ecclesiæ Beneventanæ præerat, in Epistola Campionio data, quæ edita legitur in Præfatione Operis supra laudati, cui titulus: *Moralia pro exercitiis spiritualibus* &c., eundem Campionium, virum doctum vocat, multaque in ejus commendationem ibidem affert.

II. Josephus Maria Perrimezzi Episcopus Ravellensis & Scalensis in Opere inscripto: *Dell' Ecclesiastiche Dissertazioni dette in Roma nell' Accademia de' Concilj del Collegio Urbano de Propaganda Fide Part. 1.* in Isagoge ejusdem Operis de Campionio hæc litteris consignavit: *Il P. Francesco Maria Campioni della Congregazione della Madre di Dio, Apostolico esaminatore del Clero così secolare come regolare in Roma, e notissimo per le Istruzioni agli Ordinandi, ed a Confessori da lui publicate.*

III. Gravesonus *Tom. IX. Hist. Eccles. pag. 509. 1. Edit.* hæc pariter de eo monumentis mandavit: *Franciscus Maria Campioni Patria Genuensis, Congregationis Matris Dei Scriptor eximius, qui præter quædam Opera moralia, & libros quos edidit sive pro Instructione Clericorum, qui Sacris Ordinibus sunt initiandi, sive pro Institutione eorum, qui se præparant ad audiendas in Tribunali Pœnitentiæ Fidelium Confessiones, publicavit Dissertationem de necessitate imperfecti amoris Dei propter se dilecti ad obtinendam gratiam in Sacramentis mor-*

mortuorum.

IV. Vinciolus in sua Epistola de nonnullis Congregationis nostræ Scriptoribus *pag.* 18. in ejusdem Campionii commendationem laudata Gravesoni verba affert, quæ itidem referuntur in Ephemeridibus Venetis *Tom.* 37. *ad an.* 1725. &, ne eadem repetantur, ultrò ab iis recensendis abstinemus.

V. In Epistola Nuncupatoria, quæ legitur in Editione Veneta Jo. Baptistæ Recurti an. 1723. cujus supra *Num* IV. meminimus, Campionius his ornatur laudibus: „Auctorem quod attinet(Campionium nempe) jam eum extra invidiam collocaverunt Romanorum de literatis viris judicia, quæ, quo loco, & pretio habenda, non tam aliorum sermonibus percepisti, quàm præsens ipse novisti, & suspexisti. Ille itaque examinatoris Romani Cleri in Urbe munus obivit, eo plausu, ut adhuc fama superstite in ore omnium testimonia non desint, tanti viri doctrinam, & ingenium eximiè probantia.

VI. In Libro mortuorum nostri Collegii Genuensis Matris Dei *ad an.* 1713. sempiternum hoc de eodem extat monumentum: *P.Franciscus Maria Campioni Genuensis Religiosus nostræ Congregationis per* 40. *annos Professus, non minus profunditate doctrinæ, quàm integritate morum præclarus, ubique illustris, cunctis honorabilis: in Urbe Roma Theologus Apostolicus, ac Cleri Examinator existens, Patriam petivit, ut nativi salubrioris aëris auxilio validior evaderet; at die 6. Septembris, hora 5. noctis sequentis intimis vexatus doloribus, semper orans semperque patiens, flexis genibus, & profusis lacrymis Eucharistico refectus cibo, ac extrema unctione munitus, peractis ad transitum precibus, statim animam Deo reddidit; sequentique die in communi Nostrorum sepulcro hujus nostræ Ecclesiæ Matris Dei Genuæ tumulatus est.*

VII. Demum noster Josephus Franciscus Fontana in sua Historia Italicè reddita *Degl' Ordini Monastici, Religiosi, e Militari &c. Tom.* 4. *pag.* 293. eadem scribit, quæ supra in ejusdem Campionii honorem atque ornamentum ab aliis cumulatè delata sunt.

NOTÆ.

I. De nonnullis Campionii Operibus, sub alius Religiosæ Familiæ nomine editis.

Nonnulla e memoratis Operibus sub alius Religiosæ Familiæ nomine a Campionio edita Lector reperiet. Id factum fuit quod cum suam quietem non una ex causa sibi turbatam facilè nimis putaret, quietius se victurum inter Trinitarios, ad quos IV. Non. Julii 1699. transiit, arbitrabatur; sed non multo post mutato consi-

lio

lio ad nos rediit xv. Kal. Februarii 1704. Quod quidem hoc in loco obiter innuere necessarium duximus, ne qui aliqua Campionii Opera, in quibus Trinitariis accensetur, ob oculos habent, falsò putent illum Trinitariis perpetuò adscriptum, atque inter eos vita functum. Quatuor quippe solidis annis cum Trinitariis convixit.

Instructio ejusdem Campionii pro se præparantibus ad Christi Fidelium Sacramentales Confessiones excipiendas, de qua supra suo loco mentio facta est §. 1. *num.* 4. excusa videtur a Petro Ferri *An.* 1722. *in* 8. Alexandro Cardinali Albano nuncupata: quæ si ejusdem editionis titulo fides habenda esset (cum verba hæc legantur: *Editio quarta Auctior*) cæteris supra memoratis dubio procul esset præferenda. At ne Lector decipiatur, sciat hanc editionem 1722. ipsissimam esse, præter Libri Titulum, Epistolam nuncupatoriam, & Capitum Indicem, ac Tertiam Romanam Ann. 1712. idque factum a Bibliopola, cui quingenta earumdem Instructionum III. *Edit.* volumina fuere vendita, ut fucum Emptoribus faceret, atque hac sua arte faciliùs ad ea coëmenda illos alliceret. II.

A R T. XXI.

De Bernardino Pierotto.

I. Vita ex Cod. Luc. aliisque monument. excerpta.

BErnardinus Pierottus vir optimarum artium studiis eruditus, vitæque sanctitate clarus Lucæ natus est IV. Non. Julii 1618. Adolescens nostrum Marcum Grossium audiit, a quo unà cùm litteris Christianam pietatem sedulò didicit. Cœnobiticæ vitæ amore flagrans, ut propius Deo se jungeret, Institutum nostrum amplexus est XV. annos natus. Romæ in Domo S. Mariæ in Porticu tyrocinium An. 1633. magno cum animi ardore cœptum, multis ac præstantissimis solidarum virtutum exemplis, Nostris exhibitis, Anno 1635. absolvit, quo anno XII. Kal. Januarii tribus solemnibus Votis emissis, se totum ad exactas sanctimoniæ leges efformavit. Studiis Philosophicis atque Theologicis Romæ naviter operam dedit, in quibus ob singularem ingenii præstantiam adeò profecit, ut Præceptores ipsos admiratione afficeret. An. 1642. XII. Kalen. Novembris Sacerdotio initiatus, primum Sacrum magno animi ardore incensus fecit. Scholasticas scientias An. 1644. nostris Juvenibus tradere jussus, Romæ primùm, deinde Lucæ plurimo eorumdem Juvenum bono ipsas dictavit. Iis studiis Theologiam moralem adjecit, quam Lucæ multis annis docuit; cumque hanc facultatem optimè calleret, sæpe consulebàtur, ejusque solida responsa magno habebantur in pretio.

II. Ardentissimo animarum salutis studio flagrans ad ultimam usque ætatem strenuè pro earum quæstu adlaboravit, subcrescentia vitia compressit; mores reformavit; innumerosque ad æternæ salutis iter capessendum quà præclarissimis exemplis, quà catechesi, quà sacris concionibus, quà confessionibus excipiendis direxit. Societatem Divinæ Gratiæ a nostro Maximiliano Deza institutam, Lucæ in nostra Ecclesia S. Mariæ Curtis Orlandingorum erexit. Pœnitentiarii munus in insigni S. Mariæ Templo ad Palatium Decemvirale multis annis exercuit. Plura Sacrarum Uirginum Monasteria suis piis institutionibus ad cœnobiticæ vitæ perfectionem evexit. In prælaudatis Apostolicis Ministeriis obeundis, haud levia pro Dei Gloria incommoda subiit. Publicè alapa impactus, serena fronte alteram maxillam percutienti præbuit.

III. In Deum toto mentis ardore adeo ferebatur, ut extra sensus sæpè rapi videretur. Ad solum amoris Dei nomen a lacrymis haud facilè se temperabat. Multas continenter horas in cœlestium rerum contemplatione defixus protrahebat. Ejus autem in proximos

mos caritas nullis coërcebatur finibus, potissimùm vero in ope fœminis ferenda, ne honestatis jacturam facerent. Proprii Instituti adeò tenax fuit, ut vel in minimis religiosas leges tueri curaret, easque ad annum usque ætatis suæ nonagesimum sextum, veluti attentissimus Tyro servavit, suoque exemplo aliis etiam incitamento erat, ne ab iis latum quidem unguem discederent.

Præcipua Congregationis nostræ munera ei demandata fuere. IV.
Lucensis Collegii Rector, totiusque Congregationis Vicarius Generalis renuntiatus, Officii sui partes sedulò explevit. Bibliothecam nostram Lucensem quàmplurimis selectisque Operibus, aliisque ornamentis instruxit; quapropter ejusdem Collegii Patres, grati animo ergo Pierotti effigiem ibidem collocandam curarunt. Multa etiam in ejusdem Collegii incrementum contulit. A tota Civitate Lucensi uti vir Sanctus habebatur; multoque in pretio ab Episcopis Lucensibus, a quibus etiam *Examinatoris Synodalis* munere decoratus est, necnon a nobilibus viris semper perhonorifice tractatus fuit. Ejus præclaras virtutes, & ego in mea adolescentia admiratus sum. Immo in nostra Congregatione adhuc multi superstites sunt, qui tanti viri sanctitatem inspexerunt, nobisque materiam suppeditarunt longius protrahendi ejus historiam.

Demum Venerabilis sanctissimusque senex, annis meritisque V.
cumulatus, ad cælestem gloriam, uti par est credere, evolavit VIII. Kal. Aprilis 1714. Ejus funus magna Civitatis Lucensis frequentia cohonestatum est. Agebat ætatis suæ an. 96. Congregationis 81. Ipsius vitam collegit noster Petrus Maria Puccetti, quæ adhuc in tenebris latet. Utinam tandem aliquando ad nostrorum, aliorumque instructionem & exemplum, lucem aspiciat.

§. I.

De Bernardini Pierotti Operibus editis & Mss.

*Successi della Santa Casa di Loreto Ristretti in Compendio, presentati al Popolo e Città di Lucca da Padri di S. Maria Cortelandini della Congregazione della Madre di Dio. In Lucca presso Giacinto Paci &c.*1662.*in* 12.Hujus Opusculi Pierottum esse verum Auctorem scribit Hippolytus Marraccius in sua Appendice ad Bibliothecam Marianam Polyantheæ Marianæ 1. Edit. adjecta, ubi *pag.* 23. *Bernardinus Pierottus*, inquit, *edidit præterea Italica lingua, tacito suo nomine, & sub nomine Patrum nostræ Congregationis libellum* I.

 præ-

prænotatum ; Successus Sanctæ Domus Lauretanæ in Compendium redacti , & præsentati Civitati Populoque Lucensi Lucæ Anno 1662. in 12.

II. .. Præterea , teste Marraccio loco mox laudato , idem Pierottus suppresso nomine evulgavit Lucæ eodem anno 1662. *in* 12. alterum libellum inscriptum : *Lo Schiavo di Maria Vergine , cioè modo di dedicarsi per Schiavo alla Regina del Cielo .*

III. *L'Atrio de' Sacerdoti , cioè Considerazioni in ordine allo stato Ecclesiastico e Sacerdotale presentate alla Congregazione de' RR. Padri detti della Missione da un Sacerdote della Congregazione della Madre di Dio . In Lucca per Giacinto Paci 1675. in 12.* Idem Opusculum excusum est Genuæ 1687. typis Georgii Franchi ; at Editio Tertia ejusdem Operis , quæ prodiit item Lucæ ex Typographia Dominici Ciuffetti *An.* 1711. *in* 12. reliquis duabus castigatior , & auctior , nostri Bernardini Pierotti nomen , præfert . Huic utilissimo Tractatui Auctor nonnulla monita adjecit ad Sacerdotum mores componendos , e sacris Conciliis , Sanctisque Patribus selecta .

IV. *Motivi di Devozione proposti alla considerazione degl' Ecclesiastici nella Promozione a i Sacri Ordini da un Sacerdote della Congregazione della Madre di Dio dedicati all' Illustrissimo e Reverendissimo Signor Flaminio Nobili Vicario Generale dell' Eminentissimo Signor Cardinal Bonvisi Vescovo di Lucca . In Lucca per Giacinto Paci 1676. in 12.* Pia hæc meditamenta ex opere mox laudato *l'Atrio de' Sacerdoti* , excerpta , ad majus Ecclesiasticorum commodum Pierottus sejunctim edidit .

V. *Vita del Venerabil Servo di Dio P. F. Giuseppe Bonfigli Lucchese dell' Ordine de' Predicatori , dedicata all' Eminentissimo e Reverendissimo Signore Cardinale Colloredo maggior Penitenziero di N. S. In Lucca per i Marescandoli 1690. in 4.*

VI. Item de eo leguntur nonnulla Epigrammata a Francisco Marraccio *lib.* 5. *Epigram.* inter analecta , & collectanea relata . Videsis *pag.* 124. *& seqq.*

VII. Opera Mss. Ex Historia Ecclesiastica Cardinalis Baronii Vitam Deiparæ collegit ; nec non in Festo B. Virginis ad Nives conscripsit Orationes IV. quarum prima prænotatur : *Elusi ardores* , Secunda *Ardores Nivei* , Tertia *Mons pinguis* , Quarta *Echo festiva* , uti refert Marraccius in *Biblioth. Mariana Part.* 1. *pag.* 221. & 252.

§. II. *Te-*

§. II.

Testimonia Virorum Illustrium de Bernardino Pierotto.

Marraccius loco mox indigitato *pag.* 221. hæc in ejusdem Pierotti laudem scribit: *Bernardinus Pierottus nostræ Congregationis Clericorum Regul. Matris Dei, natione Italus, patria Lucensis; nunc Romæ in Domo S. Mariæ in Campitello S. Theologiæ Lector; vir haud infimè doctus ac pius*; & *pag.* 252. hæc itidem habet: *Bernardinus Pierottus Lucensis, nostræ Congregationis Matris Dei Sacerdos æquè eruditus ac pius*. I.

Alexander Trenta in vita Bartholomæi Beverinii adhuc Ms. *Pater Bernardinus Pierotti*, inquit, *nostræ Congregationis Sacerdos, morum probitate, zelo animarum, in pauperes amore ac liberalitate insignis perfunctis laboribus, ac muneribus nonagenario major Lucæ obiit* 25. *Martii an.* 1714. II.

Petrus Maria Puccetti in sua Historia *del Cardinal Leandro Colloredo della Congregazione dell' Oratorio di Roma* edita Romæ 1738. *in* 4. *Lib.* 1. *cap. IX. pag.* 31. insequenti præconio eundem Pierottum exornat: *Bernardino Pierotti della mia Congregazione molto amato, e stimato dal nostro Leandro per le di lui segnalate virtù, e specialmente per un' esatta regolare osservanza mantenuta nell' età più decrepita*. III.

Reliquum est, ut quæ in Codice Lucano sempiternæ memoriæ consignata legimus *pag.* 79. hic ad tanti viri merita illustranda in medium proferantur: „ 1714. 25. Martii, in quam diem præ- IV.
„ ter Festum Annunciationis B. Mariæ Virginis inciderat hoc Anno
„ Dominica Palmarum, post mediam elapsam noctem, Cœlo, ut
„ credere fas est, triumphans exceptus obiit in Domino P. Ber-
„ nardinus Pierotti plenus dierum, ac meritorum, Ecclesiæ Sacra-
„ mentis rite ac summa religione susceptis. Die Festivitati D. Jose-
„ phi addicto in morbum incidit, pulmonibus lethali febri succen-
„ sis atque exulceratis absumptus, cum alias ageret ætatem annorum
„ ferè 96. Fuit vir morum innocentia, regulari observantia, in mi-
„ nimis etiam, ac animarum salutis zelo memorandus. Prædicationi
„ Verbi Dei, virorum ac mulierum, sine personarum acceptione,
„ confessionibus audiendis, Orationi, mortificationi, paupertati,
„ cæterisque virtutibus comparandis, assiduo ac pertinaci labore
„ ad extremam usque senectutem incubuit. Lectoris scientiarum

„ tùm

„ tùm Philosophiæ, tum Theologiæ Scholasticæ ac Moralis, quibus
„ in facultatibus summoperè præcelluit; Procuratoris Domus, Præfecti Juvenum, Præfecti Congregationis Minoris ad Nives, Confraternitatis Jesu, Pœnitentiarii in D. Mariæ Templo ad Palatium Decemvirale, Confessarii Monialium S. Mariæ Angelorum munera non semel, ac multa eorum eodem simul tempore pluribus annis obivit. Bibliothecam libris ingentis pretii coëmptis pro medietate auxit, nuceisque pluteis ferè ex integro ornavit. Divinæ Gratiæ Institutum a P. Maximiliano Deza, præcipuo animarum bono inventum, in nostra Ecclesia exercendum, perpetuoque censu statuendum curavit. Rectoris munus hujus Domus per triennium subivit. Plurimum etiam pecuniæ ad villarum nostrarum commodum & utilitatem, ad bonorum immobilium censum contulit; cum interea satis ampliorem conferret ad pauperum inopiam levandam præsertim mulierum ne jacturam honestatis incurrerent: quibus omnibus perficiendis piorum civium eleemosinæ abundè suppetebant, vel ultrò, vel in illius obsequium ac preces, quod opus erat, elargientium. Cum apud omnes in magna virtutis ac sanctitatis opinione haberetur, ipse tamen solus de se humillimè sentiens cum omnibus versabatur veluti omnium novissimus. Illatus est cunctorum lacrymis in nostrorum sepulchrum die ejusdem mensis & anni. Natus erat die 4. Julii an. 1618.

ART. XXII.

De Friderico Orsucci.

FRidericus Orsucci Lucensis IV. Id. Martias summa Familia natus an. *1639.* Romæ in hac nostra Campitellana Domo VIII. Id. Septembris 1714. vivere desiit. An. *1658.* religiosæ vitæ in nostro Romano Tyrocinio rudimentum posuit; eoque ritè peracto, Non. Maii 1660. solemnem emisit professionem. Studiis absolutis, quibus Juvenes nostri instituuntur, pietati ac literis impensius incubuit. Hujus nostræ Ecclesiæ S. Mariæ in Campitello Parochus renuntiatus, multis annis gravissimum munus, maximo animarum bono, exercuit. Romanam Congregationem Virginum SS. Infantis Jesu, a Billinzanio nostro institutam, uti supra *art. XI. §. I. num.* 1. adnotavimus, rexit, eisque ampliorem sedem in Exquiliis constituit. I. Vita.

In Mystica Theologia optime excultus, & in animabus ad Christianam perfectionem informandis a Deo illustratus, Michaelis Molinosi hypocrisim detexit, erroresque, quinque annos ante indicavit, quàm a S. Romana Apostolica Sede proscriberentur. Sic enim de ipso in Epistola ad nostrum Cosmam Billinzanium Janua Romam scripsit 19. Septembris *1682.* *Questo Autore*, Michael nempe Molinosus, *appresso di me jam damnatus est; e stimo che se egli, ò qualche altro suo pari andassero in Cielo stesso tra gli Angioli, tra questi ancora seminarebbono dispareri, e inquietudini, mentre la loro dottrina è troppo repugnante alle massime, che ne ha insegnate la sapienza del Padre. O pensi che mali effetti cagioneranno quì in terra massime tra Donnicciole ignoranti, e superbe, le quali per apparir singolari nel cospetto degl' Uomini, non v' è cosa che non facessero, ò non fingessero. Simili pratiche, e corrispondenze bisogna spiantarle affatto dalle communità, ed in ciò sono ancor' io del sentimento di V. R. &c.* Michaelis autem Molinosi errores proscripti fuerunt ab Innoc. XI. an. *1687.* die 28. mensis Augusti. II.

Romæ, & Genuæ Fridericus Orsucci Rectoris officio, non sine magno regularis disciplinæ incremento, functus est. In Comitiis an. *1693.* Procurator Generalis conclamatus, collato muneri haud defuit. Idem P. Fridericus Orsucci vir fuit magnæ existimationis, atque auctoritatis, pietate eximius, regularis disciplinæ studio clarus, Moralibus, Theologicisque facultatibus commendatus, strenuus operarius, Concionator non vulgaris, atque de hac nostra Romana Domo optimè meritus. III.

Præter Regulas earumdem Virginum, quas in ordinem digessit, uti IV. Opera.

uti supra *Art. XI. §. I. num.* 1. scripsimus, edidit suppresso nomine Opusculum, cui Titulus: *Breve Relazione del nuovo Istituto delle Convittrici del Santissimo Bambino Gesù. In Roma per il Zenobj* 1711. *in* 12.

V. Laudes. Laudatur a Carolo Antonio Erra in vita Annæ Moroni propediem edenda; ejusdemque Friderici Orsucci Effigiem in Romana Domo Convictricium Sanctissimi Infantis Jesu grati animi ergo positam videre est.

A R T. XXIII.

De Hieronymo de Comitibus.

Hieronymus de Comitibus nobilis Lucensis IX. Kal. Junii 1656. ortus, Congregationi nostræ nomen dedit IX. Kal. Majas 1673. Vir fuit præclara eruditione ornatus, atque Concionator illustris. In præcipuis Italiæ civitatibus Conciones Quadragesimales habuit multa cum sui, Congregationisque nostræ existimatione. Apud doctos Principesque viros magno in pretio, atque honore fuit. Procuratoris, & Assistentis Generalis, nec non hujus nostræ Romanæ Domus S. Mariæ in Porticu in Campitello Rectoris munera obivit. Omnibus Ecclesiæ Sacramentis munitus Romæ e vivis abiit XVI. Kal. Junias 1714. I. Vita.

Dum Panormi Concionibus Quadragesimalibus operam dabat, duas edidit Orationes, quarum prima inscribitur: *Le Tentazioni di Cristo nel Deserto rinovate nelle lodi di S. Rosalia Vergine Palermitana, Predica Panegirica recitata la Domenica prima di Quaresima nell' insigne Chiesa di S. Ignazio Mart. detta dell'Olivella di Palermo. In Palermo nella Stamperia di Giacomo Epiro 1692. in 4.* Alterius vero Titulus est: *Il Sacerdote, Predica Panegirica per S. Filippo Neri Fondatore della Congregazione dell' Oratorio recitata nell' Insigne Chiesa dell' Olivella di Palermo, e dedicata da Padri del medesimo Oratorio all' Emo, e Rmo Signore Cardinale Colloredo Sommo Penitenziero di N. S. In Palermo per l' Erede dell'Isola 1692. in 4.* II. Scripta.

Præterea idem Hieronymus de Comitibus suas Conciones Quadragesimales cultissimo stylo elaboratas nobis Mss. reliquit. III.

Michael Angelus Bendinelli *Epigram. CCLV. pag.* 279. hos versus in ejusdem Hieronymi de Comitibus Concionatoris eximii suique Nepotis laudem concinnavit. IV. Laudes.

Noster amor, Patris cui nomen amabile nostri es,
O de germana nate sorore Nepos;
Vix mihi visus abis; Ligurum te Regia Sedes
Hinc vocat, inde redis, illicò Roma rapit.
Non hæc meta viæ; te flens Aversa moratur,
Quæ Fortunati tristia Fata dolet.
Dixisti veniam, cum sol duodena per Astra
Iverit; at vita tunc ego functus ero.
Nemo senex adeo est, qui se non credat ad annum
Vivere; credulitas me nihil ista juvat.
Numen posce pium, simul ut cœlestibus Oris
Nos velit æternùm vivere, chare Nepos.

V. Liber Mortuorum hujus nostræ Romanæ Pareciæ *pag.* 72. *num.* 496. hæc de eodem laude digna habet: *Anno* 1714. *die* 17. *Mensis Maii de mane hora* 9. *P. Hieronymus Conti Lucensis nostræ Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Sacerdos Professus, ætatis suæ annorum* 59. *circiter, vir in prædicando Dei verbo excellens, post infirmitatem duorum mensium circiter, in qua acerbos dolores patienter toleravit in communione S. Matris Ecclesiæ animam Deo reddidit &c.*

ART. XXIV.

De Matthæo Janninio.

MAtthæus Janninius mortalem hanc vitam incœpit Lucæ XII. Kal. Januarii 1651. Adolescens in nostris Scholis S. Mariæ Curtis Orlandingorum ab erudito æquè ac piissimo Viro P. Vincentio de Podio humaniores litteras didicit. An. 1668. Institutum nostrum amplexus, tyrocinii, scientiarumque addiscendarum annis præclarè peractis, Anno 1677. humanioribus Litteris juventutem Lucensem instituere cœpit; quod munus cum plausu, nobiliumque adolescentulorum frequentia pluribus annis exercuit. Genuam deinde se contulit, ubi in nostro Collegio Matris Dei ad mortem usque magna cum fama doctrinæ, probatæque virtutis vixit. Conciones Quadragesimales nonnullis in locis, potissimùm verò Venetiis, Placentiæ, & Genuæ habuit. Ad Moniales piè instituendas natus videbatur. Pœnitentiæ Sacramentum multa semper cum frequentia etiam nobilium virorum prudentissimè administravit. In implexis Christianæ moralis dubiis enodandis illius doctrina cum prudentia conjuncta mirè elucebat. Hinc sæpe in hanc rem a gravissimis etiam viris consulebatur. Ejusdem Collegii Matris Dei Rector a Nostris non semel expetitus, pensum ei demandatum, non sine magno regularis disciplinæ bono peregit. Post obitum Laurentii Parentii Rectoris Generalis, Comitiis Romæ habitis pro successore deligendo, quibus ipse interfuit, suprema illi Congregationis Præfectura commissa fuisset, nisi ipse constanti humilitate delatum munus a se rejecisset. Denique vir omni laude dignus Genuæ XII. Kal. Julii 1715. omnium mœrore, sanctissimo fine quievit. Quartum supra sexagesimum ætatis suæ annum agebat. I. Vita ex Cod. Genuen. Matris Dei, aliisque monument.

Il Peccatore pentito, overo Atti di Contrizione sopra i Vangeli delle Domeniche di tutto l'Anno e delle Feste di N. Signore, e della SS. Vergine Maria per la Compagnia singolarmente della Divina Grazia. In Lucca presso Pellegrino Frediani 1713. *in* 12. Hujusmodi Liber valde utilis recusus est itidem Lucæ typis Marescandoli 1727. II. Opera.

Il Cuore illuminato per conoscere la gravezza del Peccato Veniale, ed il modo di schivarlo. Opera Postuma. In Lucca presso Pellegrino Frediani 1715. *in* 8. III.

In Libro Mortuorum Collegii Genuensis Matris Dei ad nostri Matthæi Janninii præclara merita illustranda hoc extat monumentum: *Anno salutis* 1715. *P. Matthæus Giannini Lucensis, nostræ Congregationis Sacerdos, probitate, Doctrina, Prudentia, Zelo, inter* IV. Laudes.

primos hujus nostræ Domus egregios viros, qui plurimis pro salute animarum exantlatis laboribus, diutino morbo confectus, exhaustis viribus, & fracto licèt corpore, quo viguit animi robore, ad extremum usque spiritum in vinea Domini pondus diei & æstus portare non desiit: ætatis suæ anno 64. die 20. Junii, dum Dominici Corporis solemnia eadem die agebantur, ad æternum ipse festum in Cœlo peragendum, ut credere par est, omnibus Ecclesiæ Sacramentis munitus, migravit. Ejus Cadaver sequenti die in sepulchro PP. conditum est in hac nostra Ecclesia Matris Dei Genuæ.

ART.

ART. XXV.

De Joanne Bernardinio.

JOannes Bernardinius Congregationis nostræ Rector GeneralisVII. Clar. viri F. P. Paulini Bernardinii Ord. Prædicatorum ac S. P. Apostolici Magistri Germanus Frater, Lucæ illustri prosapia natus est die vigesima secunda Februarii MDCXXVI. Egregiam indolem a Deo bonorum omnium largitore sortitus, eam pietate atque Litteris ab ipsis pueritiæ exordiis diligenter excoluit. Nostris 1640. adjunctus, tyrocinio Romæ absoluto, solemni Professione VIII. Kal. Aprilis 1643. emissa, studiisque Scholasticis confectis, ad Altare primùm sacrificaturus An. 1650. religiosè accessit. Cùm autem inter reliquas animi dotes singularis prudentiæ laude præfulgeret, nostrorum Collegiorum Præfectura pluries illi demandata est. Genuæ, Romæ, & Neapoli Rectoratum gessit. Lucæ item id munus cum Officio Vicarii Generalis conjunctum exercuit non sine uberrimo regularis disciplinæ incremento: quandoquidem quæ jubebat, primus ipse præstabat. Tyrones, & juvenes illius diligentiæ, curæque commissos diligentissimè instruxit. E vivis erepto Laurentio Parentio Congregationis nostræ Rectore Generali VI. Kal. Octobris anno millesimo septingentesimo secundo, in ejus locum Electores Bernardinium sufficere Prid. Non. Decembris ejusdem anni 1702. I. *Vita ex Cod. Lucano, aliisque monument. excerpta.*

II. Congregationem XV. annos omnium plausu rexit multaque suæ spectatæ mansuetudinis nobis exempla reliquit. Eo Rectore Generali Congregatio nostra in nobilissima æquè ac opulentissima Mediolanensi Civitate, D. Carolo Marchione Arconate Mediolanensi, viro clarissimo atque piissimo, deque tota nostra Congregatione optimè merito, redditus largiter suppeditante, sedem fixit. Collegium Histoniense in Aprutio, vulgò, *il Guasto d' Aimone*, pariter receptum est. Pater etiam Dominicus Perronius Neapolitanus primus è Nostris ad Sinarum Populos Evangelica illustrandos luce a Clemente XI. Pont. Max. missus est, ubi magna cum Apostolici sui Ministerii fama Congregationisque nostræ laude, in civitate, vulgo *Canton* nuncupata vixit, obiitque. At de hoc Apostolico viro infra suo loco digna recurret mentio.

III. Orationi, Sanctorumque Patrum, Bernardi potissimum Operibus addictus, tempus in iis lectitandis sanctè impendebat. Erga Deiparam ardentissimo ferebatur affectu. Totus in Deum defixus Sacrum faciebat. Legum nostrarum fuit semper observantissimus. Quan-

Quanti paupertatem faceret, non obscurè prodidit. Cum enim Neapoli (Collegium S. Mariæ in Porticu Suburb. Plag. tunc invisebat) subtilioribus linteis lectulum suum instructum comperisset, illicò ea amoveri, aliaque rudiora apponi jussit. Denique piissimus Pater (cui me plurimùm debere, ob nomen huic nostræ Congregationi A. 1710. datum profiteor) Sacramentis Pœnitentiæ, Eucharistiæ, Unctionisque extremæ summa religione perceptis, atque veniam demississimo animo ab omnibus precatus, Romæ in hac nostra Domo die vigesima tertia Novembris, S. Clementi sacra, Anno MDCCXVII. ad meliorem vitam translatus est. Agebat ætatis suæ annum primum supra nonagesimum, menses novem, Congregationis verò LXXVII.

IV. Scripta. Congregationis nostræ Chronicon ab Anno 1617. quo desiit Alexander Bernardinius, ad annum usque 1623. produxit. Adservatur Mss. in nostro Romano Archivio. Item scripsit italicè Elogium nostri P. Generalis Francisci Guinisii.

V. Nec non Concionum Volumina XVII. Mss. nobis reliquit.

VI. Laudes. Acta VIII. Diætæ nostræ Congregationis habitæ Lucæ A. 1718. post obitum Joannis Bernardinii, ejus exornant memoriam hisce verbis: „ Defuncto Romæ in nostris ædibus S. Mariæ in Porticu in Campitello sub die vicesima tertia Novembris Anno nostræ „ salutis 1717. regiminis verò sui decimo quinto Ad. R. Patre nostro Rectore Generali Joanne Bernardini, religiosissimo pariter „ ac humanissimo viro, ad pietatem facto, ad mansuetudinem nato, „ Deo proinde ac hominibus apprimè dilecto; cujus obitus in mœrore, cujus memoria in benedictione esse, invitis licet, ac reluctantibus annis, neutiquam desinet &c.

VII. Codex Lucanus S. Mariæ Curtis Orlandingorum hanc de eodem honorificam facit mentionem: „ Ad. R. P. Joannes Bernardini „ Congregationis Matris Dei VII. Rector Generalis electus 4. Decembris 1702. Vir rectus justus & simplex gubernavit in pace „ Congregationem xv. annis; & cum esset natus mense Februarii 1626. annorum circiter 92. obiit in Domino Romæ in Domo „ S. Mariæ in Porticu in Campitello pectoris hydropisi, omnibus „ refectus Sacramentis die 23. Novembris 1717.

VIII. Liber item Mortuorum hujus nostræ Ecclesiæ Campitellanæ ad annum 1717. de eo præclarè loquitur.

NO-

N O T Æ.

ANno 1720. Benedictus Maria Brignole Genuensis, in Philosophicis Theologicisque studiis olim hic Romæ Magister meus ex Typographia Josephi Agnelli edidit Mediolani *in* 12. Locutionem prænotatam: *Orazione Panegirica detta nella Novena di Casa d'Austria*; & Anno 1737. evulgavit Genuæ typis Joannis Franchelli *in* 8. Dissertationem Theologico-Moralem *Sopra la Questione se chi per giusta cagione è dispensato dall' astinenza delle Carni s' intenda dispensato dal digiuno*. Hæc autem ingenii sui monumenta Auctor publici juris fecit dum in nostra erat Congregatione. Sed quoniam anno 1739. alii Religiosæ Familiæ nomen dedit, ideo, ne a præscriptis nobis legibus latum quidem unguem discedamus, a Scriptorum nostrorum Catalogo eum expunximus, interque notas locavimus.

ART.

A R T. XXVI.

De Joanne Baptista Cola.

I. Vita ex Cod. Lucano excerpta.

JOannes Baptista Cola Genuæ XVI. Kal. Martii A. 1653. humanæ vitæ exordia iniit. Liberales disciplinas in Patria didicit, quibus optimè instructus, atque pietate commendatus, sæculo nuncium remittens, in hac nostra Romana Domo XV. Kal. Februarii A. 1671. unà cum Francisco Maria Campionio, cujus supra meminimus, Institutum nostrum amplexus est. Peracto biennali tyrocinio, votisque solemniter nuncupatis IV. Kal. Martii 1673. Lucam studiorum causa missus, ibidem post accuratam Philosophiæ atque Theologiæ cùm Scholasticæ, tùm Morali navatam operam, se totum ad animarum salutem comparandam contulit, & ad mortem usque in eadem Civitate magna cum sui fama, & proximorum bono, in omni, quod Apostolici Viri est, munere strenuè adlaboravit. Nostrarum legum studiosissimus semper fuit. Cæremoniarum item Rituumque Ecclesiasticorum, si quis alius peritissimus, cùm in sacro peragendo, tum in aliis Divinis Officiis attentissimè illos servavit. Plura Monialium Coenobia ad nova virtutum incrementa suis exemplis piisque institutionibus excitavit. In Mathesi apprimè versatus præclara in hanc rem ingenii sui monumenta nobis reliquit. Prope septuagenarius lethali morbo correptus, Ecclesiæque Sacramentis roboratus e vivis ereptus est III. Non. Augusti 1722. non sine magno totius ferè Civitatis Lucensis luctu, quo spectata tanti viri memoria cohonestata fuit.

II. Opera edita & Mss.

Vita di S. Tomaso Arcivescovo di Cantuaria e Martire, tradotta dalla lingua Francese nell' Italiana, in alcuni luoghi accresciuta, e dedicata all'Altezza Serenissima di Rinaldo I. Duca di Modena, Reggio &c. da Gio. Battista Cola della Congregazione della Madre di Dio. In Lucca presso i Marescandoli 1696. in 4.

III. *Solitudine delle Vergini, overo vita, e virtù della SS. Vergine Maria Esemplare di perfezione, proposto alle Vergini consacrate a Dio. Opera del P. Gentile della Compagnia di Gesù, tradotta dalla lingua Francese nell' Italiana da Gio: Battista Cola della Congregazione della Madre di Dio. In Lucca presso Leonardo Venturini 1705. in 8.*

IV. Præterea reliquit Ms. Opus ab eo multorum annorum spatio diligentissimè elaboratum, jamque editioni paratum, cui hunc Titulum indidit: *Praxis Horographica Universalis, ac varia ad Tyronum usum accommodata, & ad majus commodum in tres Partes I. Isagogicam, II. Gnomonicam, III. Elenchicam divisa.*

Opus

Opus hoc omnibus numeris absolutum, gravique oscitantia neglectum in tres Tomos *in* 4. dividitur. Primus habet Prælusiones practicas de Geometria, & de Sphæra ad Horologiographiam. In secundo assignat Auctor praxes varias omnis generis Horologia Sciotherica facilè delineandi. Tertius demum continet LXVI. Tabulas ære incisas, rerumque omnium Synopsim.

Codex noster Lucanus *pag.* 80. insequenti præconio ejusdem eruditissimi Scriptoris piam memoriam condecorat: „ Anno „ nostræ salutis 1722. ætatis suæ 70. obiit P. Jo. Baptista Cola 3. Non. „ Sextil. Vir ob egregiam morum, quam præseferebat, ingenuitatem, indefessamque in audiendis confessionibus assiduitatem, & „ domesticis & exteris apprimè charus. Is regularis disciplinæ pensum adeò severè semper a se exegit, ut quem vivendi tenorem „ tyro instituerat, eum ad extremam usque senectam constanter „ retinuerit, nunquam ingravescentis ætatis suæ incommoda tanti „ ratus, ut communibus oneribus se subtraheret. Inter cætera autem studia Mathesim præcipuè coluit, qua in re tres de conficiendis horologiis Libros cum prælo esset demandaturus, jamque excusas ære figuras in promptu haberet, mors hæc parantem intercepit... Ejus mors publico omnium luctu excepta est; aliis Directorem suum dubiis in rebus, aliis in afflictis consolatorem, sed „ nostra præcipuè condolente Domo sibi ereptum esse Operarium „ strenuissimum, qui a vigesimo sexto ad septuagesimum usque annum totus bono animarum datus, nullam unquam suspicionem „ de se movit, sed famam religiosissimi viri apud omnes semper obtinuit.

V.
Laudes.

A R T. XXVII.

De Francisco Maria Grammatica.

I. Vita e variis Nostror. Mss. excerpta.

FRanciscus Maria Grammatica Kal. Augusti 1641. Lucæ ortum habuit. Ab ipsa pueritia propensiorem ad pietatem, studiaque excolenda animum præsetulit. Quamobrem haud difficiliter a mundi vanitatibus sæculique pompis se abduxit. Inter nostros Tyrones Romæ Anno 1658. cooptatus, se ad perfectam cœnobiticæ vitæ normam composuit, a qua toto vitæ suæ tempore ne latum quidem unguem discessit. Exacto cum laude probationis tempore, Anno 1660. Nonis Maii religiosa vota emisit. In studiis Philosophicis, atque Theologicis, quæ Romæ item confecit sub disciplina nostri Davini Guinisii viri docti ac pii, de quo supra mentio facta est, singularem ingenii laudem consecutus est.

II. Lucæ publicè in nostris Scholis Rethoricas Institutiones cum plausu multis annis explicuit. Tempore Quadragesimali sacras Conciones habuit in præcipuis Italiæ Civitatibus, potissimùm verò Venetiis, Mediolani, Bononiæ, Genuæ, Pisis, Lucæ, Placentiæ, Cremonæ, Neapoli, & Panormi cum magna nominis sui celebritate, populorumque fructu. In nostro Collegio Genuensi, ubi longam traxit moram, obiitque, maximos pro animarum bono exantlavit labores. Quapropter a tota ferè Civitate summo semper in honore habitus fuit. Genuæ, & Neapoli Rectoratum probè obivit. Octogenario major, meritisque plenus, omnium mærore absumptus est die 31. Decembris 1722. susceptis summa cum pietate Ecclesiæ Sacramentis.

III. Scripta.

Il Consiglio sicuro. Discorso fatto nella Sala dell' Eccmo Senato della Serenissima Republica di Lucca nel secondo Sabbato di Quaresima dal Molt. R. P. Francesco Maria Grammatica della Congregazione della Madre di Dio Predicatore del Duomo l' anno 1697. dedicato agl' Illmi e Rmi Signori Canonici della Cattedrale. In Lucca per Giacinto Paci e Domenico Ciuffetti in 4.

IV. Plura item de eo leguntur Carmina etrusca a Maximiliano Deza inserta Operi, cujus argumentum: *Gli amori Eucharistici, overo sacre Poesie sopra l'Augustissimo Sacramento*, cuso Lucæ typis Marescandoli 1691. *in* 12. quæ speciali hac nota *P. F. M. G.* nempe P. Franciscus Maria Grammatica, ab aliis secernuntur.

V. Quæ etiam ad adornandam Vitam piissimæ fœminæ Lauræ Mariæ Gianrè in nostra Genuensi Ecclesia tumulatæ circumferebantur, collegit, ea suis locis disposita atque in Compendium redacta evulgavit Lucæ anno 1741. Laurentius Maria Zignago sub hoc Titulo: *Com-*

Compendio della vita di Laura Maria Gianrè dal P. Lorenzo Maria Zignago cavato dalle memorie lasciate dal P. Francesco Maria Grammatica ultimo Confessore della medesima. In Lucca per Sebastiano Domenico Cappuri 1741. *in* 8.

Reliquit pariter præter Conciones Quadragesimales publica luce dignas, multas Orationes Mss. quas P. Gabriel Grammatica ejusdem Francisci Fratris Filius, mihi per litteras significavit velle se prælo committere; at conceptam de hac re expectationem jam frustratam esse video. VI.

Laurentius Maria Zignago in Præfatione Operis mox indigitati hæc habet: *Mi sono lungamente affaticato a raccogliere le memorie, che vi offerisco di Laura Maria Gianrè, state già in parte compilate dal P. Francesco Maria Grammatica di celebre rimembranza nella direzione de' più illuminati secolari, e religiosi spiriti, suo ultimo Confessore*. VII. Laudes.

Liber Mortuorum nostri Collegii Genuensis Matris Dei, ad annum 1722. Franciscum Mariam Grammaticam Elogio prosequitur, eundemque *morum integritate, religiosa disciplina attenta observantia, ingenii promptitudine, atque in Deiparam pietate* clarum commendatumque extitisse asserit. VIII.

A R T. XXVIII.

De Joanne Thoma Baciocco.

I. Vita ex Cod. nostri Collegii Genuen. aliisque monument. excerpta.

JOannes Thomas Bacioccus Congregationis nostræ Sacerdos Professus, prudentia, pietate, atque delecta eruditione clarus, Genuæ natus est IV. Non. Januarii 1668. Politioribus Litteris satis excultus inter Nostros omnium suffragiis adscitus est anno 1685. Neapoli in Domo pro nostris tyronibus excolendis addicta sub exacta sanctissimi Viri P. Fulgentii Marraccii disciplina, cujus præclara merita studiaque supra recensuimus, religiosæ vitæ solida jecit fundamenta, cumque probe se gesserit, inter nostros *professos* (uti dicitur) admissus est IV. Non. Februarii 1688. Romam deinde se contulit, scholasticis studiis operam daturus sub doctissimo æque ac religiosissimo Patre Cæsare Trenta tunc Philosophiæ atque Theologiæ Professore, postea Congregationis nostræ Rectore Generali meritissimo.

II. Studiorum curriculo feliciter emenso, Genuensi Matris Dei Collegio, cui etiam sexennio laudabiliter præfuit, adscriptus, ibidem ad annum usque ætatis suæ quinquagesimum sextum, reparatæ verò salutis 1723. multo cum sui, tum Congregationis nostræ decore, atque litteratissimi Viri fama vitam traduxit. Diutius eum vivere in optatis erat, sed mors tam strenuum ministrum nobis præripuit. Obiit Bacioccus post sævam quatuor mensium ægritudinem constanter toleratam XV. Kal. Aprilis ejusdem anni 1723. omnibus, qui eum noverant, desiderio sui relicto.

III. Scripta. *Orazione nell'Incoronazione del Serenissimo Bendinelli Negrone Doge della Serenifs. Republica di Genova. In Genova per Antonio Scozico in 4.*

IV. Præterea de Baciocco, qui inter Genuensis Arcadum Coloniæ Conditores merito adscribitur, leguntur varia Carmina cùm in Collectionibus Arcadum Romana, & Bononiensi, tum in Opere prænotato: *Rime scelte di Poeti Illustri de' nostri tempi* edito Lucæ typis Peregrini Frediani 1709. *in* 8. *Part.* 1. *pag.*66. *& seqq.* nec non *Part.*II. excusa Lucæ typis Leonardii Venturini 1719. *pag.* 393. *& seqq.*

V. Adservantur etiam de eo in nostra Bibliotheca Genuensi Variæ Orationes cultissimo stylo elaboratæ.

VI. Laudes. Crescimbenius in Opere inscripto:*Commentarj intorno all'Istoria della volgar Poesia Vol.* 2. *Part.* 2. *Lib.* 6. *pag.* 369. *Num. LV.* hæc in ejusdem Bacioechi laudem scribit: *Il P. Tommaso Baciocchi Genovese, tra gli Arcadi Perideo Trapezunzio, uno de Fondatori della Colonia Ligustica ...Veggonsi varie sue Rime per le Raccolte d'Arcadia del-*

della Colonia suddetta, e di Lucca, donde è estratto il saggio; e di lui facciamo noi menzione in più luoghi delle nostre Opere, e particolarmente nell'Arcadia. Videsis *Lib. I. Prof. 6. pag. 23.* nec non *Lib. 3. pag. 176. Istoria della volgar Poesia.*

P. Ceva in sua collectione, cui Titulus: *Scelta di Sonetti* edita Taurini 1735. *in 8. pag.* 290. unum memorans, cujus initium: *Padre, che pur sei Padre ancorchè offeso* &c. insequentia verba in ejusdem Baciocchi non ignobilem fœtum subjungit: *Chi togliesse a questo Sonetto una sola parola, ne guasterebbe tutta l'Economia; tanto egli è ben legato, e condotto senza frascheggiamento di frasi. Questa maniera di comporre, soda, naturale, non è da tutti; solo chi pensa bene, e sà condurre con maturo raziocinio i suoi pensieri, vi giunge. Leggansi i due altri Sonetti di questo Padre posti di sopra, e vedrassi con quanta grazia, e gentilissima elocuzione si possono trattare poeticamente materie sacre parafrasando qualche passo delle divine scritture. In essi tutto è lodevole, le Comparazioni, i Pensieri, e l'Affetto.* VII.

Joannes Baptista Cotta in Præfatione Operis inscripti *Dio. Si può seguir,* ait, *l'esempio del Petrarca, e del Senatore Filicaja nelle vaghe composizioni loro sopra la Vergine Madre di Dio, dell'Alemanni, e di Bernardo Tasso ne' bellissimi Salmi loro, del Canonico Menzini, di Giuseppe Antonio Vaccari, e de' suddetti Padre Baciocchi, e Francesco del Teglia ne' loro Inni, ed Egloghe, i saggi de' quali gentili a meraviglia si possono vedere respettivamente anch' eglino ne' Commentarj intorno alla Storia della volgar Poesia, dall'Abbate Giovanni Mario Crescimbeni, ne' Precetti di Lodovico Muratori, e nell' accennata raccolta di Lucca.* Legesis *pag.* 427. prælaudati Operis. De eodem item præclarè loquuntur Abbas Pompejus Figari in sua Epistola quæ legitur in Opere prænotato: *Il Salmista Penitente, o sia Parafrasi de sette Salmi Penitenziali;* Scipio Maffejus in Opere inscripto *Rime e Prose pag.* 134. aliique. VIII.

Denique in Libro Mortuorum nostri Collegii Genuensis, *ad an.* 1723. idem Bacioccus plurimum commendatur, atque inter alia in ipsum congesta præconia, *Vir pius, & Religiosus, prudens, litteratissimus, Theologus, atque consiliis probatus* vocatur. IX.

* * * *
* * *
* *
*

ART.

A R T. XXIX.

De Constantino Manfredio.

I. Vita ex Cod. Lucano aliisque monument.

Constantinus Manfredius Lucensis nobili genere ortus VIII. Kal. Aprilis 1639. sextum supra decimum annum agens, supremum vale sæculo dixit, Congregationique nostræ se perpetuò mancipavit Expleto Romæ probationis curriculo, votisque nuncupatis A. 1657. XIII. Kal. Januarii, Lucam deinde se transtulit, ut Philosophicas, atque Theologicas Institutiones a Nostris disceret. Iis in studiis singularem ingenii laudem sibi comparavit, eaque multis annis cùm Neapoli, tùm Lucæ non sine magna nominis sui existimatione professus est. Theologiam Moralem Lucæ item sex supra triginta annos publicè docuit, in qua parem gloriam est assecutus, crebròque a doctis quod ad eam facultatem plura spectantia consulebatur. Ad hæc jus Canonicum, & Civile adjecit, cumque tanta Doctrinæ suppellectile ornatus esset, magno in pretio ab omnibus jure merito habebatur. Hinc ab Antistitibus Lucensibus *Examinatoris Synodalis* munere decoratus fuit, atque sæpe numero ab iis Monialium Cœnobia invisendi, Diœcesim lustrandi, ac spiritualia tradendi exercitia munus ei demandabatur. Salutis animarum studio incensus, pro fœminis ad meliorem frugem redactis, quæ Lucæ vulgò, *Le Ritirate*, nuncupantur, sedem instruxit; earumque procurationem, cùm ad ea quæ ad animarum culturam, tùm ad ea quæ ad corporis sustentationem spectant, diligentissimè gessit.

II. Cum autem singularis etiam prudentiæ laude polleret, interpolatis vicibus Rector Collegii Lucensis, totiusque Congregationis Vicarius Generalis renuntiatus fuit maximo semper cum regularis disciplinæ bono, atque incremento. Collegium Lucense, eō Rectore, majori ex parte constructum est. Quapropter ejusdem Manfredii effigiem grati animi ergo Lucenses Patres depingi curarunt. Annis gravis, sanctisque operibus illustris Lucæ ex hac mortali vita discessit Prid. Id. Januarii 1725. ætatis suæ 86. Congregationis 70.

III. Opera. *Il Governo pratico del Principe Cristiano secondo le massime della vera così Divina, come Umana Politica. In Lucca per Pellegrino Frediani* 1713. *in* 12.

IV. Laudes. Vinciolus in sua Epistola de nonnullis Congregationis nostræ Scriptoribus *pag.* 21. *Constantinus Manfredius*, inquit, *nobili ortus genere suppetit memoriæ nunc reponendus inter alios viros doctos. Nuper cum hæc scriberem decessit. Sed nequit mors id facere quin vivat in hominum mente ob ejus virtutes, ac erudita scripta. Horum enim me-*

mo-

moria facilius excitatur cum in se perenni fruantur vita . Obiit ineunte anno salutis 1725. *cum ætatis esset annorum* 85. *Possem & ipse, cum eum sim allocutus , animi memorare modestiam , & de se , suaque virtute minimè elatè sentiente , quòd rarò evenit , bisce potissimùm temporibus &c.* Id Elogium legitur etiam in Ephemeridibus Venetis *A.* 1725. *Tom.* 37. *pag.* 279. *num.* 7.

In Codice Lucano *pag.* 80. hæc adnotata legimus : *P. Constantinus Manfredi , Vir de Congregatione nostra , sed de hac potissimùm Domo , quam partim refecit , partim adauxit , partim a fundamentis erexit , optimè meritus ; legendis cùm scholasticis tùm moralibus scientiis ab ineunte ætate ad senium usque præclarus ; Rectoris munere pluries eximièque functus ; laboribus denique absumptus , diebus æque ac meritis plenus , ab hominibus , quos plurimùm juverat , demigravit Pridie Idus Januarii* 1725. *ætatis suæ* 86. V.

De eodem Manfredio pariter digna fit commemoratio in vita V. Jo. Baptistæ Cionii scripta a Ludovico Marraccio Juniori *Lib.*2.*cap.*8. *pag.* 131. necnon in Actis tricesimæ tertiæ Congregationis Generalis habitæ Romæ *A.* 1720. VI.

ART.

ART. XXX.

De Josepho Sardio.

I. Vita ex Cod. Luc. aliisque monument.

JOsephi Sardii natalis dies Prid. Kal. Decembris 1657. consignatur. Luca illius Patria. Parentes nobilitate opibusque commendatos sortitus est. Adolescens Nicolaum Bartolinium Lucæ in nostris Scholis Rethoricarum Institutionum Professorem audiit. Cœnobiticæ vitæ amore flagrans Anno 1673. a Francisco Guinisio Rectore Generali Romæ religiosa veste indutus est. Tyro Ludovicum Marraccium seniorem, Juvenis Franciscum Ginium, Philosophus Alexandrum de Podio, Theologus Ginium & Josephum Parduccinium Præceptores & Magistros præclaros habuit. Anno 1675. VII. Kal. Majas per sacram votorum emissionem Deo conjunctus, vitæ probitate selectisque studiis ad magna semper contendit. Sacris Ordinibus inauguratus ipsa Nativitatis Dominicæ nocte primam Missam celebravit anno 1682. Collegio Genuensi dehinc adscriptus, ibidem ad annum usque 1690. strenuè adlaboravit: quo itidem anno Pro-Rector Collegii Histoniensis in Aprutio renuntiatus, illùc se contulit. Lucam anno 1693. reversus, eodem in loco ad annum usque 1728. multa cum prudentiæ, doctrinæ, atque religiosæ perfectionis fama vixit.

II. Conciones Quadragesimales non uno in loco habuit. Monialium instituendarum laboriosam provinciam diù sustinuit non sine magna regularis disciplinæ accessione. Examinatoris Synodalis munere ab Antistitibus Lucensibus exornatus totam illam Diœcesim circumiit cum ingenti populorum Ecclesiarumque utilitate. Romam a Clemente XI. Pont. Max. accitus ut Monasterio Virginum SS. Infantis Jesu sua prudentia, ac directione præesset, nobilium Lucensium litteris atque officiis pressus, Lucam iterum cum honore remeavit, ubi eorumdem nobilium Congregationem multis annis moderatus est. Lucæ Pro-Rectoris, Rectoris Vicariique Generalis munera laudabiliter gessit. Congregationem nostram tenerrimo semper dilexit affectu. Vir fuit assidua SS. Patrum lectione, & Oratione, necnon exacta nostrarum legum observantia apprimè commendatus. Viribus tandem laboribusque consumptus, sanctissima morte Lucæ ex hac vita migravit in Pervigilio Pentecostes Anno a Christi Nativitate 1728. ætatis suæ 71. Ejus mors publico totius Civitatis Lucensis dolore excepta est. Nobilium Congregatio, cui, uti paulò supra adnotavimus, multis annis præfuit, apparatu lugubri, cæterisque Christianæ pietatis officiis tanti viri memoriam cohonestandam curavit. Patres etiam Lucenses in grati animi documentum ejusdem Josephi Sardii Effigiem depictam retinent.

Ora-

Orazione funebre per la morte dell' Emo e Rmo Sig. Cardinale Francesco Buonvisi Vescovo di Lucca detta nell' Esequie celebrate nella Catedrale di S. Martino li 27. Agosto 1700. In Lucca per Domenico Ciuffetti 1700. in 4. III. Opera edita.

Il sacro velo meditato nello spirituale ritiramento di dieci giorni presentato alle Religiosissime Madri, che devono velarsi in quest' Anno 1704. nel Monastero di S. Giustina di Lucca. In Lucca per Nicola Mencacci 1704. in 12. IV.

Reliquit etiam præter Conciones Quadragesimales, Opus Ms. cui hunc Titulum præfixit: *Fasti Lucenses*. V. Opera Mss.

Ex Codice Lucano verba hæc scripsimus: 1728. *die 15. Maii Joseph Laurentii Sardi Patritii Lucensis plius morum suavitate ac vitæ integritate tùm nostris, tùm externis charus, ac venerabilis. Rectoris munere in hac Lucensi Domo bonorum laude, ac maximo regularis observantiæ incremento functus est. Congregationi nobilium, in qua ex ligno Aram piorum sumptibus in marmoream redegit, atque Spiritualia exercitia tùm semel in Anno pro viris, tum pro fœminis altero quoque Anno, non parvo animarum fructu instituit, a prima ferè ætate usque ad ultimum suæ vitæ diem præfuit. Confessarii Ordinarii Monialium S. Joannis, & Angelorum; extraordinarii verò, atque Directoris ad omnia tùm Diæcesis, tùm Urbis Monasteria, munera obivit. In Generalibus Visitationibus Genesio Calchi, ac Bernardino Guinigi Episcopis inservìit. Prædicationi verbi Dei, atque audiendis Confessionibus assiduo ac pertinaci labore ad extremum usque diem incubuit. Tantis ac supra virium mensuram exantlatis laboribus ponderi tandem cedens, ac macie pectoris, quà a plurimis annis laborabat, consumptus, omnium lacrymis ex hac vita omnibus Sacramentis munitus ætatis suæ 74. migravit.* VI. Laudes.

Acta tricesimæ sextæ Congregationis nostræ Generalis habitæ Romæ 1729. *Josephum Sardi, animarum zelo, regularis disciplinæ observantia, cæterisque religiosis virtutibus conspicuum* prædicant. VII.

In Additamentis Diario Ludovici Marraccii Senioris hoc extat Elogium: *Alli 15. Maggio 1728. morì in Lucca in età d'anni 71. il P. Giuseppe Sardi con sentimento grande di tutta quella Città. Fù Uomo di grand'Orazione, di esattissima osservanza, affezionatissimo alla Congregazione, e valente operario della medesima. Era ben fondato nella Teologia Morale, dotato di somma prudenza, e singolare nel maneggio delle anime, massime in ben dirigere le Monache, delle quali fù più anni per Decreto della Sacra Congregazione Confessore Ordinario. Esercitò le Cariche di Prefetto de' Giovani, di Vicerettore, ed altre con somma lode, e per tre anni fù Rettore della Casa di Lucca, e Vicario Generale. Il di lui male fù d' infiammazione, che nello spazio di quattro giorni cel rapì.* VIII.

NOTÆ.

EX Codice Lucano supra allato habemus Josephum Sardium anno ætatis suæ 74. obiisse; at ex Libro mei Archivii prænotato: *Registro delle Fedi Battesimali. L. G.* constat illum in lucem editum die tricesima Novembris 1657. Cum autem extra omnem controversiam ipse obierit die 15. Maii 1728. uti etiam habet prælaudatus Lucanus Codex, stat eundem anno septuagesimo primo ætatis suæ e vita excessisse.

ART.

ART. XXXI.

De Dominico Perronio.

I. Vita e variis monumentis nostri Archivii, aliisque infra apponendis excerpta.

Dominicus Perronius Neapolitanus hujus vitæ curriculum incœpit Kal. Aprilis 1674. Militiæ Clericali in Congregatione nostra se addixit anno 1693. In Tyrocinio, quod in Domo S. Mariæ in Porticu Suburb. Plag. peregit, religiosissimum virum Antonium Mansium Præfectum nactus est, quo Magistro cœnobiticam vitam feliciter iniit. Anno 1695. XI. Kal. Decembris religiosæ professionis Sacramento se totum Deo obstrinxit. Romæ sub Cæsare Trenta Philosophiæ atque Theologiæ egregiam operam dedit. Cum autem iis in scientiis haud vulgarem sibi laudem comparasset, munus illas edocendi ipsi demandatum est, cui septem annis sedulò incubuit.

II. Clementis XI. Pont. Max. jussu ad Sinas proficiscitur.

A Deo, ut Sinenses populos Evangelicæ veritatis luce illuminaret, intimè commotus, suaque eas in barbaras regiones profectione Clementis XI. Pont. Max. oraculo comprobata, III. Id. Octobris 1707. unà cum aliis piis doctissimisque viris, eodem animarum salutis studio incensis, iter tam longum laboriosumque arripuit. Emenso Oceano Amacaum urbem Sinarum Emporium celebre Prid. Non. Januarii 1710. omnibus discriminibus strenuè obluctatus, tenuit. Sanctissimo Viro Carolo Thomæ Maillard de Tournon, Orientalium Missionum Præfecto a Clemente XI. Pont. Max. in S. R. E. Cardinalium Collegium adscripto, unà cum sociis Birretum rubrum detulit, carcerem cum ipso sustinuit, eique justa VI. Id. Junii prædicti anni 1710. piè persolvit. Ejusdem Emi Cardinalis Decretum adversus refractarios editum, constanti firmoque animo semper propugnavit. Clemens XI. Pont. Max. A. 1716. Prothonotarii Apostolici dignitatem ei contulit. A Sacra Congregatione de Propaganda Fide multo in pretio & honore habitus, ejusdem sacræ Congregationis jussu Sinicam Missionem, utpote Procurator Generalis ab Excellentissimo Domino Legato *Mezza Barba* constitutus, ab Anno 1721. ad annum usque 1729. moderatus est summa cùm sui, tùm Congregationis nostræ existimatione, atque ornamento. Diutinis pressus laboribus, meritisque cumulatus, Ecclesiæ Sacramentis maxima veneratione perceptis hilari animo Cantone mortem aspexit Prid. Id. Octobris 1729. Ejus funus peculiaribus Christianæ pietatis officiis decoratum fuit studio potissimùm, curaque Rmi P. Archangeli Miraltæ Cl. Regul. Minoris, cui post Perronii nostri obitum Procuratio illa Generalis demandata est. Ejusdem Miraltæ Litteræ Romam transmissæ, & ad Josephum Cerù datæ Kal. Decembris 1729. hic certè re-

Card. de Tournon Birret. rubrum defert.

Prothonotarii Apostolici munere decoratur.

Procurator Generalis Mission. eligitur.

Cantone obit 1729.

negligendæ non sunt,in quibus Miralta hæc de Perronii felici obitu habet:*Il nostro Padre Domenico Perrone fù molestato in quest' Anno 1729. più del solito degl'anni passati da dolori di calcoli, e a 30.Settembre soprapreso da febbre, quale si scoperse maligna a 4. Ottobre. Ricevuti li Sagramenti con una grande rassegnazione ed apparecchio, rendè lo spirito a Dio ai 14. Ottobre a ore 8. della sera. Nel giorno seguente li furono fatte l' esequie in questa nostra piccola Cappella, ò Chiesuola, col concorso di 24. Missionarj, e alli 26. dell' istesso mese li fù data sepoltura col concorso de Missionarj suddetti, e di 200. e più Cristiani, essendo riuscito il tutto con decoro, ad imitazione de' PP. Gesuiti Francesi in seppellire i loro Missionarj. Per non dipendere da altre Chiese, morto che fù il P. Perrone, procurai di comprare terreno per seppellirlo, il che mi riuscì, e l' ebbi vicino a PP. Gesuiti Francesi. Il sito è capace per altri Missionarj, e principalmente per li Bambini, per li quali fù il mio primo intento secondo l' intenzione di codesta sacra Congregazione. La lunghezza del terreno è di 50. cham, la larghezza 20. In circuito 535. passi. La spesa non è stata più che di 10. taeli.* Super ejus sepulchrum characteribus Sinico-Latinis Inscriptio apposita est, quam nos Latinam tantùm hic subiicimus.

D. O. M.

HIC JACET
DOMINICUS PERRONI
NEAPOLITANUS
SACERDOS PROFESSUS
CONGRE. MATRIS DEI
PROTONOT. ET MIS. APLICUS
DE PROPAGANDA FIDE
QUI CANTONE INGRESSUS
ANNO MDCCX.
IBIDE͂. PROC. GEN. EJUSD. S. CON.
PER ALIQUOT AN͂. AGENS
ÆTATIS SUÆ ANNO LVI.
PIE IN DNO OBIJT XIV. OCTOBRIS
MDCCXXIX.

Ut verò tanti viri memoria apud Nostros perpetuò maneat, sub ejus Ef-

Effigie, quæ adſervatur in hac noſtra Romana Domo, cui Perronius ſemper fuit adſcriptus, verba hæc leguntur.

P. DOMINICUS PERRONI NEAPOLIT.
PROTHONOT. APOSTOLIC.
ET SINENSIUM MISSIONUM PROCURATOR GENERALIS
OBIIT CANTONE
PRID. ID. OCTOBRIS A. MDCCXXIX.

Ad faciliùs addiſcendam linguam Sinicam, *Dictionarium locupletiſſimum Sinico-Latinum pro Miſſionariorum commodo* confecit. III. Opera Mss.

Item, cùm experientia doctus perſpexerit Miſſionariis ante omnia neceſſarium eſſe opus quo penitùs habeant cognita quæ ſcitu neceſſaria ſunt; ut in his regionibus non inanem operam collocent in obeundo munere quod ſuſceperunt, grande opus aggreſſus eſt, quo ea omnia docerentur, quæ ad inſtruendos infideles, ad refellendos ethnicæ ſuperſtitionis errores, atque ad Chriſtianorum dogmatum veritatem inconcuſſè oſtendendam & propugnandam, difficultateſque omnes ſubmovendas plus habent ponderis, & efficaciùs perſuadent Catholicam veritatem. Reliquit etiam in id argumentum varia Mss. ex quibus omnibus religioſus ejus amor in Catholicæ Fidei propagationem, atque in uberiorem Miſſionariorum utilitatem magis magiſque elucet. IV.

Quæ autem de Dominici Perronii ſtudiis hucuſque diximus, ex ejuſdem Perronii Litteris, quas x. Kal. Januarii 1727. nobis dedit, excerpſimus, exque Italico in Latinum tranſtulimus ſermonem.

Piiſſ. æquè ac doctiſſimus vir Joannes Franciſcus Foucquet S. J. Epiſcopus Eleutheropolitanus hoc illuſtri teſtimonio Dominici Perronii merita cohoneſtavit: „ Vidi Cantone R. P. Dominicum Perroni anno 1721. & cùm eo familiariter vixi, quamvis non in eadem Domo per decem menſes, ac paulo amplius. Ejus virtutibus hoc toto temporis ſpatio a me perſpectis libentiſſimè teſtimonium reddo, ut in ſervo ſuo glorificetur Deus. Pater Dominicus Perroni primus, quem ego ſciam, e Congregatione ſua penetravit ad Sinas, & apud eos plus viginti annis, niſi me memoria fallit, in Apoſtolico miniſterio poſuit. Primos quidem annos dum in ſtudio linguæ & characterum inſumeret, magnis defunctus eſt laboribus, quibus anno 1721. ſub finem acceſſit ardua procuratio rerum miſſionis, ipſi ut in primis idoneo, ab Excellentiſſimo Legato Domino Medio Barbo demandata. Quod quidem munus exercuit ad fi- V. Laudes.

„ nem

„ nem usque anni 1729. quo, ut piè credimus ex ejus Christia-
„ na, & sancta morte, evolavit ad Cœlos. Id in ipso mihi præci-
„ pua laude dignum visum est, quod cum summam exoticæ lin-
„ guæ difficultatem pariterque characterum, quos adhibet Sinica
„ Gens, experiretur, ut commilitonibus in bellis Domini, tanta
„ fastidia, tam insuperabiles difficultates aut tolleret, aut cer-
„ tè minueret, ipse Vocabularii Sinico-Latini conficiendi onus gra-
„ vissimum in se ultrò susceperit, nec a conatu destiterit, prius
„ quam ipsum vita deficeret. An opus ad metam perductum sit,
„ nondum scio, sed hortarer libens amicos tam bene meriti Præco-
„ nis Evangelici, qui ejus reliquias collegerunt, ut in hoc exa-
„ men diligenter incumberent, ac, si prædictum opus inter chartas
„ demortui repererint, illud publicæ luci non invideant. Cæterum
„ P. Dominicus Perroni vir erat sincerus, procul ab omni fuco,
„ singularem prudentiam cum eximia pietate conjungens, chari-
„ tate insignis in pauperes, fidelis amicus. Difficillimis Christianæ
„ rei temporibus, quam etiam nunc persequitur Tartarus Impera-
„ tor, negotiorum molem Cantone sustinuit, animo imperterri-
„ to ferens adversa omnia quæ ipsi evenire Divini Numinis Pro-
„ videntia patiebatur.... Qui cum tot egregiis dotibus se ornatum
„ ostenderet, utinam iisdem Missionem tueri, ac fovere longè
„ diutius potuisset. Ità Testor Romæ 20. Decembris 1730. „ Exem-
plar adservatur in nostro Romano Archivio manu ejusdem Episcopi
Eleutheropolitani subscriptum proprioque sigillo munitum.

VI. Josephus Cerù Lucensis Clericus Regularis Minor, suæque
Religiosæ Familiæ olim Procurator, & Assistens Generalis hanc in
grati animi argumentum de Perronio relationem conscripsit,
quæ pariter in ejusdem Archivii pluteis custoditur: „ Io In-
„ frascritto faccio fede, come il M. R. P. Domenico Per-
„ roni Sacerdote Professo della Religione de' Chierici Rego-
„ lari della Madre di Dio, essendo attualmente Lettore di Teo-
„ logia nel suo Collegio di S. Maria in Campitelli di Roma fù de-
„ stinato nell' anno 1707. dalla S. M. di Clemente XI. con altri
„ cinque Compagni, uno de' quali era io infrascritto per Missio-
„ narj alla Cina, e per portare il Breve, e la Berretta Cardinali-
„ zia alla gloriosa memoria del Signor Cardinale Carlo Tomaso
„ Maillard de Tournon, il quale trovammo esiliato, e carcerato
„ nell' Isola di Macao, ove ancor noi carcerati stemmo fino alla
„ sua morte, che seguì agli 8. Giugno 1710. Entrati poi nel con-
„ tinente della Cina, dimorò sempre il suddetto Padre nella Città
„ di Cantone nella Casa della S. Congregazione. Esercitò ivi
„ con me infrascritto, l'officio di fervoroso Missionario sì in ordi-
„ ne alla conversione de' Gentili, che in ammaestrare, e infervora-
„ re

,, re i Neofiti nella nostra Fede Cattolica; ed attendendo con mol-
,, to studio, e fatiga ad apprendere anche li Caratteri Cinesi,
,, nè' quali fece molto profitto, avendo ripulito, ed aumentato di
,, molte frasi, e dizioni il Dizionario Sinico-Latino per maggiore
,, facilità de' nuovi Missionarj, per apprendere la difficoltosa lin-
,, gua della Cina. Si portò sempre con molta esemplarità, mode-
,, stia, e divozione, ed illibatezza di costumi, e con una singola-
,, re carità, ed amore verso li Cinesi tanto Gentili, che Cristia-
,, ni. Nell' Anno 1716. fù con me favorito dalla Sa. M. di Cle-
,, mente XI. di un Breve di Protonotario Apostolico, e nella mia
,, partenza dalla Cina, che succedette nel fine del 1721. fù lasciato
,, in mio luogo Procurator Generale delle Missioni d' Oriente da
,, Monf. Mezzabarba Patriarca di Alessandria, e dopo fù confer-
,, mato in tale uffizio dalla S. Congregazione de Propaganda Fide,
,, qual carica ha poi fino alla sua morte esercitata con ogni atten-
,, zione, diligenza, e fedeltà, con riportarne molta lode, ed ap-
,, provazione dalla medesima Sacra Congregazione; e finalmente
,, nella sua ultima infermità, che fù di febre maligna, avendo ri-
,, cevuto con molta divozione, e pietà tutti li Santi Sacramenti
,, amministratili dal P. Arcangelo Miralta Missionario Apostolico de'
,, PP. Chierici Regolari Minori, rese placidamente l'anima a Dio
,, il dì 14. d'Ottobre dell' anno passato 1729. con molta rassegnazio-
,, ne, e da buono, e Santo Religioso, qual sempre era stato. In
,, fede &c. Questo dì 20. Decembre 1730.

Demum Patres ad nostra Comitia celebranda Romam vocati A. 1732. hoc elogium nostris Posteris consignatum voluere: *P. Dominicus Perroni, qui obiit in Regno Sinarum Commissarius Apostolicus, zelo animarum, summis laboribus exantlatis, virtutibusque cæteris tanto muneri non impar, commendatusque semper a Sac. Congregatione de Propaganda Fide &c.* VII.

ART.

A R T. XXXII.

De Alexandro Trenta.

I. Vita ex Additament. Diar. Ludovic. Marrac. aliisque monument. excerpta.

Alexander Trenta die tricesima Januarii 1662. claro genere Lucæ ortus est. Præceptorem optimum, omnibusque numeris absolutum, quòd non sæpè evenit, sortitus est, nostrum, inquam, Bartholomæum Beverinium Lucæ Publicum Eloquentiæ Professorem, cujus ille latinè conscribendi elegantiam ac puritatem est imitatus. Inter Nostros mense Decembri A. 1677. cooptatus, Neapoli in Domo S. Mariæ in Porticu Suburb. Plag. sub probatissimis Magistris Josepho Jobbio, & Vincentio de Podio religiosæ vitæ rudimenta posuit, suique tyrocinii biennio exacto, A. 1680. XII. Kal. Februarii ibidem sacra solemniaque vota nuncupavit. Lucam deinde missus, Philosophiæ curriculum absolvit. Mox Constantino Manfredio, Francisco Ginio, ac Michaële Guinisio Theologiæ professoribus, inque ea facultate apprimè doctis, sacras divinasque scientias assecutus est. Cum autem sedulam interim eloquentiæ operam daret, eaque in re potissimùm præcelleret, ut Lucensi Juventuti Rethoricam traderet, Superiores nostri provinciam ei demandarunt, quam feliciter ad annum usque 1694. prosecutus est non sine magna nobilium adolescentulorum frequentia, atque in bonis litteris profectu. Eorumdem nobilium Congregationi multis annis præfuit, quam etiam magnificè exornavit.

II. Ejusdem Collegii Lucensis Rector, totiusque Congregationis nostræ Vicarius Generalis A. 1708. renuntiatus, sexennio Præfecturam illam multa cum prudentiæ laude gessit. Eo Rectore, cui me plurimùm devinctum esse profiteor; Congregationi huic nostræ Deo favente anno 1710. nomen dedi. Alexandro de Podio e regimine Collegii Mediolanensis paulo ante ab eo erecti, in totius nostræ Congregationis Rectorem Generalem assumpto 1718. Patres, ut recens illud Collegium sedula Moderatoris vigilantia ampliora reciperet incrementa, in ejusdem Podii locum, Alexandrum Trenta suffecere, conceptaque de eo expectatio incassum haud ivit; quandoquidem cum ille apud Eminentissimum Archiepiscopum Odescalcum, totamque ferè præclarissimam Mediolanensem Nobilitatem magno esset in pretio & amore, Congregationis nostræ nomen adauxit, Scholas in nobilium Adolescentulorum commodum aperuit, Collegium novo ædificio, Ecclesiamque suis ornamentis illustravit, nec non regularem disciplinam XI. annorum prudenti regimine mirè promovit, firmavitque. Octavum supra sexagesimum annum agens piè obiit

obiit III. Id. Martii 1730. non fine magno ejusdem Civitatis, atque Collegii dolore, & jactura.

Vitam nostri Bartholomæi Beverinii latino sermone eleganter scripsit, quam cum nonnullis ejusdem Beverinii fragmentis, & anecdotis evulgare meditabatur, ut mihi per litteras non semel aperuit; sed morte interceptus, Opus ineditum in sui Cubiculi forulis reliquit in nostro Collegio Mediolanensi, quod legimus an. 1746. non sine magna animi voluptate. Utinam tandem lucem aspiciat. III. Opera Mss.

Præterea extant etiam Mss. nonnullæ Orationes latinè item concinnatæ, Epigrammata, Elegiæ, aliaque id genus argumenta. IV.

In Additamentis Diarii Ludovici Marraccii ad diem 27. Februarii 1730. verba hæc habentur: „ Nella Casa di Milano è morto, „ ed è il primo di quella novella Casa, il P. Alessandro Trenta d' „ anni 68. soggetto di gran prudenza nel Governo, e di religiosa „ osservanza. Fù Rettore in Lucca sei anni, e poi mandato alla „ Casa di Milano ancor nascente, vi esercitò la carica di Rettore un- „ dici anni continui. Era in gran stima presso quella Nobiltà, ed il „ Signor Cardinale Odescalchi Arcivescovo di Milano. In Lucca „ per molti anni fù Prefetto della Congregazione de' Giovanetti, „ ed ornò quella Congregazione colla Pittura, e Banchi di noce „ intagliati. Si è molto affaticato per la Casa di Milano, ed ha fat- „ ta la nuova fabbrica di quel Collegio. V. Laudes.

In nostris Comitiis habitis Romæ anno 1732. Alexandri Trenta singularis prudentia his verbis celebratur: *P. Alexander Trenta qui prudenti, moderato, ac pio regimine nostras Domos Lucensem, & Mediolanensem per plures annos omnibus acceptissimus gubernavit.* VI.

ART. XXXIII.

De Vincentio Julianio.

I. Vita ex Lib. Actor. nostræ Congregat. excerpta.

Vincentius Julianius Lucensis VI. Non. Julii 1663. natus, in Congregationem nostram admissus est A. 1679. Tyrocinio, studiisque cùm Philosophicis, tum Theologicis confectis, Rethoricam in civitate Lucana cum plausu docuit. Nostræ Neapolitanæ Domui S. Mariæ in Porticu adscriptus, multis annis ibidem Sacramentales Fidelium confessiones excepit, ubi pariter Pro-Rectoris Officium laudabiliter exercuit. Eodem munere Histonii itidem functus est. Apoplexia correptus v. Id. Februarii 1732. Neapoli in Domo Sanctæ Mariæ in Porticu Suburb. Plag. obiit.

II. Opera Mss.

In Theologia Morali admodum versatus reliquit Opus inscriptum: *Scuola di Celeste Sapienza aperta al Cristiano, dove s' insegna, e s' impara a divenire buon Cristiano. Opera utilissima a tutti, ma specialmente a quelli che hanno cura d'Anime.* Extat Ms. in nostra Bibliotheca Histoniensi.

III. Laudes.

Ad calcem Diarii Ludovici Marraccii hæc in ejusdem Auctoris laudem scripta deprehendimus: *Alli 9. Febbraro 1732. nella Casa di S. Maria in Portico di Chiaja passò a miglior vita il P. Vincenzo Giuliani Lucchese in età d' anni 69. d' accidente di apoplesia. Nella suddetta Casa, ed in quella del Vasto esercitò attentamente l' ufficio di Vicerettore. In Lucca lesse Rettorica con lode nelle nostre Scuole; e nella Teologia Morale fù molto versato, e stimato sì da nostri, come dagl' esterni.*

ART.

A R T. XXXIV.

De Ludovico Marraccio Juniori.

Ludovicus Marraccius dictus Junior Lucensis VIII. Kal. Septembris *1649.* in hanc vitam prodiit. Institutum nostrum anno *1665.* amplexus, Romæ in hac nostra Campitellana Domo sub attenta disciplina Ludovici Marraccii Senioris Patrui sui, de quo supra disfusè egimus, tyrocinium fervidè incæpit absolvitque. Solemnibus Votis XI.Kal.Julii *1667.* cum juramento de more emissis, Philosophiæ, ac Theologiæ Neapoli operam dedit. Lucæ Rethoricam docuit. Concionatoris munus Romæ in Basilica SS. Laurentii & Damasi, & Lucæ doctè exercuit. Sacram Scripturam, quam ferè totam memoria retinebat, in Lucana Cathedrali Ecclesia non semel explicuit, attentè semper auditus. Nobiliss. ac piissimæ fœminæ Blanchæ Bonvinsiæ Lucensis a sacris fuit confessionibus, cujus vitam Antonius Maria Bonuccius S. J. Vir hac nostra ætate omnium virtutum splendore illustris edidit Romæ typis Bernabò Anno *1716. in 4.* Ab Episcopis Lucensibus idem Marraccius Examinator Synodalis electus, hoc munere præclarè functus est. Magni illum faciebat immortalis memoriæ Vir Horatius Philippus Spada S. R. E. Cardinalis, atque Lucanæ Ecclesiæ Antistes, qui suæ conscientiæ ipsum moderatorem voluit, inque perlustranda sua perampla Diœcesi Visitatorem delegit. In Operibus SS. Patrum, Bernardi potissimùm multas quotidie impendebat horas. In Theologia Morali atque Mystica primas docti omnes ei concessere. Cubiculi cultor, rarò pedem domo efferebat. Nostrarum legum attenta observantia, religiosisque virtutibus clarus, annis etiam gravis, repentino, inopinatoque morbo correptus XII. Kal.Majas *1732.* vitam Lucæ posuit, anno ætatis suæ *83.* In grati animi signum Tabula ei donata est.

I. Vita e nostri Archivii aliisque monumentis excerpta.

§. I.

De Ludovici Marraccii Junioris Operibus editis.

Preparazione di otto giorni avanti la Festa di S. Maria Maddalena alli 22. di Luglio, per ottenere da Dio per l' intercessione di sì gran Santa vero pentimento, e dolore de' peccati. In Lucca per Giacinto Paci 1689. in 24. I.

II. *Preparazione di nove giorni per disporre le anime a celebrare con frutto le Feste Solenni de Gloriosi Santi Gio: da Capistrano, e Pasquale Bailone, che si faranno da Padri della loro Religione in occasione di essere stati li medesimi Santi ultimamente canonizzati. In Lucca per il Marescandoli* 1691. *in* 12.

III. *L'Erede stimolato all' adempimento de Legati Pii, in cui si dimostra l' importanza dell' obbligo, la gravezza del peccato in trascurarlo, e le pene spirituali e temporali che ne sovrastano. In Lucca per Giacinto Paci e Domenico Ciuffetti* 1691. *in* 12.

IV. *Massime infallibili d' eterna verità dall'Incarnata Sapienza ne sacri Vangelj sparsamente proposte come primi elementi della Professione Cristiana*. Iisdem typis 1692. *in* 12.

V. *Risposta sincera di Persona Religiosa ad un Amico, che la richiese del suo parere intorno all' uso introdotto delle Veglie, Conversazioni, passatempi di giuochi ed altri simili trattenimenti nel sacro tempo di Quaresima. In Lucca per i Marescandoli* 1693. *in* 12. Idem Opusculum satis doctum recusum est Lucæ typis Dominici Ciuffetti anno 1715. unà cum Opere alius Auctoris, cui Titulus: *Risposta ad un Giovane sopra l' opinione che deve aversi dell' usanza introdotta nuovamente nel conversare*.

VI. *Vita del Ven. Padre Gio: Battista Cioni Chierico Regolare della Congregazione della Madre di Dio. In Lucca presso Giacinto Paci, e Domenico Ciuffetti* 1696. *in* 4.

VII. *La Pietà de Fedeli stimolata ad impiegarsi per la Conversione de gl' Infedeli con dieci motivi dedicati al Gloriosissimo Martire S. Tomaso Arcivescovo di Cantuaria, con la Notizia della Traslazione di una parte del Cilicio del Santo dalla Reale Abazia di S. Vittore di Parigi alla Chiesa de' Padri di S. Maria Cortelandini di Lucca della Congregazione della Madre di Dio. In Lucca per Domenico Ciuffetti* 1698. *in* 12.

VIII. *Idea di vera, e perfetta Conversione riconosciuta in S. Maria Maddalena, e presentata in alcune considerazioni a i devoti della Santa, per preparazione di otto giorni precedenti la sua Festa alli* 22. *di Luglio*. Ibidem apud eundem 1701. *in* 12.

IX. *Esposizione fatta al Popolo da S. Agostino sopra il salmo Penitenziale Miserere Trasportata dalla Latina in Lingua Toscana per consolazione delle persone divote. In Lucca per Leonardo Venturini, e Nicolao Mencacci* 1702. *in* 12.

X. *Il Libro della Coscienza per imparare ad esaminare, accusare, e correggere gl'Errori cavato dall'Opere di S. Bernardo, e trasportato dalla Latina nella nostra favella. In Lucca per Nicolao Mencacci* 1704. *in* 16.

XI. *Ordine del divino governo nel suo Celeste ed Ecclesiastico Principa-*

pato, indrizzato alla salute degl' Eletti per la sua gloria. Mezzi per conseguire questi fini. Regole da ben discernere gl' effetti tra le diversità degli spiriti. Opera Tripartita. In Lucca per Leonardo Venturini 1704. *in* 8.

Divozione ad onore delle Sacre Stimmate di S. Francesco per ottenere l' amore verso la Sacratissima Passione del Sig. Nostro Gesù Cristo. In Lucca per Nicolao Mencacci 1705. *in* 24. XII.

Onomasticon Urbium, ac locorum Sacræ Scripturæ ex D. Hieronymo, Eusebio, Adrichomio, ac Jacobo Bonfrerio e S. J. in commodiorem Ordinem juxta vulgatam Lectionem Alphabeticè redactum. Lucæ Typis Nicolai Mencacci 1705. *in* 8. XIII.

Vita, e Virtù della Venerabil Madre D. Maria Buonaventura Bevilacqua di Modena Fondatrice del Monastero della SSma Concezione in Piacenza sotto la Regola primitiva di S. Benedetto, dedicata al Serenissimo Francesco I. Duca di Parma, e Piacenza. In Lucca per Sebastiano Cappuri, e Gio. Battista Lodovici 1706. *in* 4. XIV.

I Mali de mali riconosciuti, come in sommo, unico, e vero male, in un solo peccato mortale con XXX. Considerazioni. In Lucca per il Frediani 1710. *in* 16. XV.

Il Pregio dell'Ubbidienza al confronto della malizia della disubbidienza, con l' Esposizione addotta di S. Gregorio Papa sù l' Istoria del Rè Saul, con autorità di Scritture, e di Santi, e con evidenza di ragioni. Ibidem apud eundem 1712. *in* 12. XVI.

Lettera scritta da un Confessore ad un suo Penitente desideroso di sapere in che consista il peccato dell'Usura, e quali, e quante sieno le maniere con le quali si commette, a fine di caminare ne' temporali interessi con tutta sicurezza di coscienza. In Lucca per Pellegrino Frediani 1712. *in* 8. XVII.

Inventio Corporis, seu magnæ partis Corporis S. Pantaleonis Medici, ac Martyris Nicomediensis Lucæ sub Ara Majore insignis Collegiatæ SS. Joannis & Reparatæ Anno 1714. *Lucana itidem identitatis Reliquiarum cum Serie facti, & relatione juris. Lucæ typis Sebastiani Dominici Cappuri & Antonii Mariæ Santini* 1718. *in fol.* XVIII.

Istruzione Pastorale al Clero e popolo di Lucca per fruttuosamente valersi de Tesori delle Sante Indulgenze. In Lucca per Leonardo Venturini 1718. *in* 8. Hanc verò Pastoralem Instructionem sub nomenclatura Genesii Calchi Antistitis Lucensis Marraccius noster edidit. XIX.

La pietà de' Fedeli stimolata al sovvenimento de' poveri mendicanti nel nuovo Spedale della Carità nella Città di Lucca. In Lucca per Domenico Ciuffetti 1725. *in* 8. XX.

Ragioni naturali dichiarate con naturali similitudini per conforto all'Anime, che, se ben date allo spirito, si ritrovano travagliate da innumerabili, e stravaganti pensieri d' ogni sorta con molta loro pe- XXI.

pena per timore di consentirvi. In Lucca per Salvat. e Giand. Maresc. 1729. in 12.

XXII. *Preparazione di nove giorni per la Festa del Glorioso Arcivescovo di Milano S. Carlo Borromeo*. In Lucca per Sebastiano Domenico Cappuri 1730. in 12.

§. II.

De Ludovici Marraccii Junioris Operibus Mss.

I. *Raccolta di varie profittevoli dottrine cavate da Santi Dottori, per ajuto e consolazione dell'Anime che aspirano alla Cristiana perfezione*. Tom. III. in 4.

II. *Raccolta di alcuni brevi Trattati appartenenti alla Mistica Teologia*. Tom. I. in 4.

III. *Efficacia, e soavità della Grazia Divina, cavata dall'Opere di S. Agostino contro Pelagio Impugnatore della medesima Grazia*. Tom. I. in 4.

IV. *Conforto di Ragioni per l'Anime tentate*. Tom. I. in 8.

V. *Consolazione Divina cavata dalle sacre Scritture per conforto de i Pusillanimi*. Tom. I. in 12.

VI. *Antidoto, o sia contraveleno dato all'Anime da se dirette contro certe moderne dottrine di alcuni Direttori d'Anime, quali dottrine sanno delle dottrine condennate in quest' ultimi tempi nel Molinos, in Chenello &c.* Tom. I. in 4.

Laudata Marraccii Opera Mss. quæ nos Lucæ vidimus, in nostra Bibliotheca ibidem adhuc extare non dubitamus.

§. III.

Testimonia Virorum Illustrium de Ludovico Marraccio Juniori.

I. ANtonius Maria Bonuccius S. J., cujus supra cum laude meminimus, in sua Historia *Della Vita di Bianca Teresa Massei Buonvisi Cap. XVII. pag.* 120. loquens de ultima ejusdem Blanchæ ægritudine obituque, in Marraccii nostri laudem hæc habet: „ Poco prima „ pregato avea con istanza il suo Padre Confessore, che era il de- „ gnissi-

„ gnissimo Padre della Congregazione della Madre di Dio, il Padre Lodovico Marracci (cui io non saprò mai abbastanza venerare e per la pietà e per la letteratura, che in lui accompagnate da una rara prudenza, rilucono) che vedendola in pericolo di spirare, le replicasse la Sagramentale Assoluzione, come da lui fù più volte eseguito. „ &c. *Et cap. IV. pag.* 21. hæc itidem de eodem scribit: „ Il P. Lodovico Marracci Sacerdote della Congregazione della Madre di Dio, soggetto adorno di molta dottrina, e di soda esperienza nella guida e discernimento de' spiriti &c.

Franciscus Maria Galluzi ejusdem S. J. qui anno 1731. obiit Romæ cum magna Sanctitatis opinione *In Vita del P. Paolo Segneri Juniore Lib. 2. cap. XI. pag.* 107. ab eo probè conscripta: *Il P. Lodovico Marracci*, ait, *Sacerdote della Congregazione della Madre di Dio, e Religioso qualificatissimo ne scrive*, de Paulo Segneri scilicet, *con tali formule, che sembrerebbero iperboli, quando fossero uscite da altra penna*. II.

Hyacinthus Vinciolus in non semel memorata sua Epistola *pag. 16. num. IV.* De Hippolyto Marraccio scribens, Ludovicum etiam concelebrat his verbis: *Non moror hìc repetere singulas ejus virtutes* (Hippolyti Marraccii) *de quibus etsi minus innotescerent, memoria ex Operibus Ludovici Marraccii tam Senioris, quàm Junioris facilè excitaretur. Et Junioris adhuc viventis ut primò laudes recenseam, quis non vidit, & plausit ejus Onomastico Vrbium, & locorum S. Scripturæ edito typis Nicolai Mencacci Lucæ anno 1705? Quis non illis religiosè ac disertè scriptis, quibus titulos fecit*: La Pietà de Fedeli? Il pregio dell'Ubbidienza? L'Ordine del divin Governo? &c. Hoc autem Vincioli testimonium cum ejusdem Ludovici Marraccii commendatione refertur in Ephemeridibus Venetis Anni 1725. *Tom. XXXVII. pag.* 277. in quibus Marraccius vocatur *Scriptor insignis*; & Rmus Bambacarius Lucensis in Opere inscripto: *Memorie Istoriche delle virtù ed Azioni di Maria Caterina Brondi*, edito Lucæ 1743. typis Marescandoli *Lib. 3. cap. 4. pag.* 209. eundem Marraccium laudat, atque sic prosequitur: *molto celebre per la dottrina ugualmente che per la lunga esperienza nel dirigere anime*. III.

Petrus Maria Puccetti in vita ab eo candidè concinnata *Della Serva di Dio Maria Maddalena Turriani*, cujus spiritum probatosque mores Marraccius sua auctoritate confirmaverat, *Lib. 2. Cap. 13. pag.* 125. ita de eo scribit: *Il P. Lodovico Marracci della mia Congregazione; già Teologo de' due Cardinali Francesco Bonvisi, e Orazio Filippo Spada, di cui mi convien tacere ogni lode per non offendere la modestia, e l'umiltà di lui, che ancor vive &c.* IV.

In Additamentis Diarii Ludovici Marraccii Senioris ad annum 1732. verba hæc legimus: „ Passò a 20. Aprile di detto anno a V.

„ mi-

„ miglior vita nella Casa di Lucca il P. Lodovico Marracci Juniore „ d' accidente di apoplesia. Fù Teologo de' Cardinali Buonvisi, e „ Spada Vescovi di Lucca, e Confessore de' medesimi. Visitò più „ volte la Diocesi di Lucca. Fù Esaminatore Sinodale, e del Clero. „ Fù Padre di esatta osservanza, e molto stimato nella Città di Lucca. Faticò molto in quella Casa, e l' ajutò anche nel temporale. „ Morì pieno di anni, e di meriti.

VI. Acta XXXVII. Congregationis nostræ Generalis habitæ Romæ anno 1732. ejusdem Marraccii piam memoriam hoc exornant Elogio: *T. Ludovicus Marraccius, cujus præclara sunt merita, cùm in religiosis virtutibus exercendis, tum etiam in summis Diœcesis Lucanæ muneribus obeundis.*

N O T Æ.

INsequenti anno 1733. Julius Marchini Lucensibus typis edidit Librum sua laude dignum cui Titulus: *Riflessioni sopra la maniera di ben comporre l' Orazione Panegirica. In Lucca per Sebastiano Domenico Cappuri 1733. in* 4. Sed quoniam hic Auctor anno 1751. ut pietatis officia Matri præstaret, e Congregatione nostra abiit, Militarique Religioni S. Joannis Hierosolymitani *inter Fratres Cappellanos de Observantia* adscribi curavit, ideo inter Notas eum reponimus, ne a præscriptis ab initio hujus Operis legibus recedamus.

ART.

A R T. XXXV.

De Alexandro de Podio.

Alexander de Podio Orator celeberrimus, atque Congregationis nostræ Rector Generalis VIII. e nobili vetustaque Familiâ Lucæ natus Nonis Martii 1653. Congregationi nostræ optimis excultus disciplinis se addixit anno 1667. die vicesima septima Februarii. Tyrocinium spatio biennii sanctè Romæ explevit. Ad sacra emittenda vota dies XXI. Aprilis 1669. designatus est ei. Neapolim deinde missus, in nostra Domo S. Mariæ in Porticu Philosophiæ Theologiæque cursum feliciter absolvit, ubi etiam Institutiones Logicas eruditè explicavit. Anno 1676. Romæ Philosophiam profiteri cœpit; sed gravi interim morbo affectus Lucam petere coactus est, ut nativo aëre fractas etiam ob studia vires reficeret. Ægritudine, qua laborabat, depulsa, atque ad amæniora studia excolenda incumbere jussus anno 1678. Rethoricam Lucæ publicè adolescentes docere aggressus est, eamque facultatem plurimo studiosæ juventutis bono ad annum usque 1684. præclarè exercuit. Eodem anno nostris Tyronibus vita religiosa instituendis præfectus Neapolim se contulit, perque triennium munus illud obivit. Mox Concionum Quadragesimalium apostolicum amplexus opus, laboriosam hanc provinciam multa cum sui nominis fama, Congregationis nostræ gloria, animarumque emolumento ab anno 1688. ad 1723. usque exercuit in præcipuis Italiæ, Civitatibus, potissimùm verò Venetiis, Mediolani, in Monte Regali, Brixiæ, Genuæ, Panormi, Melitæ, necnon Romæ in Basilicis Vaticana, & Liberiana.

I. Vita ex Act. nostræ Congregat. aliisque monumentis excerpta.

Dum autem anno 1708. Conciones Brixiæ habebat, totus fuit, ut in perditissimi viri Josephi Beccarelli, asseclarumque fœdos errores, qui tamen adhuc delitescebant, stylum acueret, idque ut facilius consequeretur, pro *Brescia* Anagrammate puro *Cisorba* constituta, sub hoc nomine errores omnes Beccarellistarum, qui per Brixiam impunè tunc grassabantur, detexit, solidisque rationibus refutavit. Hinc in ipsum a delitescentibus hæreticis conflatæ invidiæ, quas Dei ope, atque sanctissimi viri Cardinalis Joannis Baduarii Brixiæ Antistitis patrocinio suffultus declinavit. Plurimæ item ab illis malè feriatis hominibus in Podium nostrum volatiles elucubrationes editæ fuere ea tempestate, quas tamen viri Orthodoxi pro Religione pugnantes scriptis suis difflarunt. Sic autem Poëta Anonymus versibus licet parum excultis, quos tamen ad

II. Beccarellistarum errores a Podio Brixiæ detecti 1708.

facti veritatem confirmandam obiter hic indicare operæ pretium ducimus, Podii causam suscipiens, pro eo scripsit.

Se da Poggio venerabile
Vi si addita l' error vostro
Velenoso detestabile
Mentitor lo dite e un mostro &c.

& paulo infra subjungit

Lode a Dio già s' è scoperto
L' empio tossico in Ciserba
Ed il dubbio or fatto è certo,
Non più l' angue è sotto l' erba &c.

Alter verò hæc alia inter multa in id argumentum scripta reliquit.

Un gran Serpe malizioso
Sparse il tossico in Ciserba
Ed il male è più dannoso
Perche l' Angue è sotto l' Erba
Grazie al Ciel che poi scoperto &c.

Multa etiam in ejusdem Podii laudem a piis hominibus, calamitosis illis diebus exarata atque evulgata, præ manibus habemus, quæ brevitatis causa missa facimus. Quæ hucusque adduximus, satis superque putamus, ne factum tam illustre, & gloriosum oblivione prematur.

III. Duo Collegia Histonii nempe, & Mediolani erigit.

Congregationis nostræ ampliandæ studio incensus, duo Collegia fundavit, unum Histonii in Aprutio anno 1689. alterum vero Mediolani 1718. In Collegii Mediolanensis institutione maximos exantlavit labores, decemque annos tanto operi perficiendo insumpsit, ac tandem supremam manum laudabiliter imposuit. Hoc autem in Congregationem nostram collatum ab eo beneficium nulla unquam delebit oblivio. Plurimum item adlaboravit, ut Venerabiles Patres Leonardius Congregationis nostræ Parens, & Cionius ejus primus socius, Beatorum Fastis adscribantur.

IV. Rector Generalis eligitur. an. 1718.

Ob tot tantaque in Congregationem nostram merita in nostris Comitiis habitis Lucæ anno 1718. post obitum Joannis Bernardinii Rectoris Generalis, in ejusdem locum omnium suffragiis suffectus est Prid. Non. Februarii 1718. cum jam antea Histonii, & Mediolani Rectoris munus præclarè gessisset, Romæ autem Assistentis Generalis officio functus esset.

V.

Congregationem annis v. mensibus 11. & diebus duodeviginti probe moderatus est. Magno apud Principes Viros, ac S. R. E. Cardinales in pretio fuit. Observantiam regularem, atque Studia mirè promovit. Ut Juvenes nostri Græcam linguam excolerent, consilio, & auctoritate curavit, planè cognoscens quantum incrementi scientiis afferat Græcæ linguæ peritia. Cum autem Congregatio

gatio nostra potiora ab eo sibi conferenda bona speraret, ipse annis jam gravis, vitæque solitariæ amore illectus, summa animi demissione anno 1723. munus Rectoris Generalis juxta nostras Constitutiones perpetui constantissimè abdicavit, atque Neapolim in Domo Tyrocinii se contulit, ubi in sanctis meditationibus piisque operibus religiosissimam vitam produxit ad annum usque 1735. quo anno XIV. Kal. Martii obdormivit in Domino. Ejus vita nunc scribitur a P. Carolo Ant. Erra. Sub ejus Effigie in hac nostra Campitellana Domo hoc legitur Elogium.

Generalatum abdicat anno 1723.

Neapoli pie obiit an. 1735.

P. ALEXANDER DE PODIO-LUCENSIS
CONGREGAT. CLERICOR. REGUL. MATRIS DEI
RECTOR GENERALIS VIII
SPONTE ABDICATO REGIMINE
ULTRA QUINQUENNIUM A SE OPTIME GESTO
OBIIT NEAPOLI XIV.KAL.MARTII AN.DOMINI MDCCXXXV.
ÆTATIS SUÆ LXXXII.

Sub alia verò, quam P. Laurentius Franzani nostri Collegii Mediolanensis Rector, ibidem in grati animi monumentum locavit, hæc pariter extat Inscriptio:

P. ALEXANDER DE PODIO
CONGREGAT. CLERIC. REGULAR. MATRIS DEI
RECTOR GENERALIS VIII.
VIR DEI
QUI CÆTERAS VIRTUTUM SUARUM LAUDES
HUJUS COLLEGII FUNDATIONE CUMULAVIT
OBIIT XIV. KAL. MARTII A. D. MDCCXXXV.
ÆTAT. SUÆ LXXXII.

VI. Opera edita & Mss.

Sex Panegyricas Orationes etrusco sermone concinnatas publici juris fecit; I. in laudem S. Michaëlis Archangeli Neapoli ex prælo Josephi Roselli 1687. *in* 4; II. De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, Venetiis 1694. *in* 4. III. De Immaculata Deiparæ Conceptione, & IV. De S. Rosalia Panormi apud Augustinum Epirum & Felicem Marinum Typographos 1700. *in* 4. V. in laudem S. Caroli Borromæi Mediolani 1709. *in* 4. apud Sirtorios, & VI. in honorem S. Gaudentii Episcopi Novariæ, Mediolani 1715. *in* 4. typis Dominici Bellagattæ.

VII. *Relazione della Vita, viaggio al Giappone, e Martirio del Sig. Abbate D. Gio. Battista Sidoti Sacerdote Palermitano. Ms.*

VIII. *Novena in onore di S.Gioachino Padre della Santissima Vergine... La Buona Giornata di un' anima Religiosa .... Esercizio di umiltà nella Santissima Communione .... Lettere spirituali .... Ragionamento familiare nella morte della Sig. Lucrezia Alchtem detto alle Si-*

Signore Convittrici del Santissimo Bambino Gesù, delle quali fù superiora, alli 21. Aprile 1673. Mss.

IX. Præterea reliquit Mss. Conciones Quadragesimales publica certé luce dignas, necnon Opusculum inscriptum: *Successi della nostra Congregazione*. Incipit ab Anno 1707. & desinit in annum 1723.

X. Laudes. Fontana in Historia *degli ordini Monastici* &c. a se Italicè reddita *Tom. 4. cap. 36. pag. 291.* hæc de Podio dicit: *Nell' Anno 1718. la Congregazione della Madre di Dio fù ricevuta in Milano nella Chiesa Parrochiale detta di S. Pietro in Campo Lodigiano, dove gode gli effetti della generosa pietà del Conte Carlo Arconati, e del Marchese Giorgio Clerici Presidenti del Senato, Cavalieri di sempre onorevole ricordanza, i quali mentre vissero, con amplissime donazioni largamente contribuirono alla fondazione di quel Collegio eretto con la diligenza, e zelo del Padre Alessandro di Poggio Lucchese, Uomo assai noto all' Italia per l' Apostoliche fatiche della Predicazione, il quale con l' esemplarità de' suoi costumi, con la rettitudine, e destrezza del suo operare condusse tal affare al felice fine nell' anno sopradetto, nel quale fù anche assunto al grado di Rettore Generale della Congregazione, e con esempio di profondissima umiltà spontaneamente rinunziò a questa Carica nell' anno 1723. ritirandosi nel Collegio di S. Maria in Portico di Chiaja, ove dopo un lungo esercizio di virtù sante, venne poi a mancare l' anno 1735.*

XI. In mei Archivii Libro prænotato: *Registro de nostri morti L. A. pag. 30.* hujusmodi extat laudatio: *Il P. Alessando Poggi è stato un Religioso di buonissimo esempio, e di gran utile alla Religione. Fù insigne Predicatore, e con l' occasione delle Prediche fondò due Case alla Religione, cioè quella del Vasto, e di Milano. Predicò con grand' applauso nelli più accreditati Pulpiti d' Italia, e dopo cinque anni di Generalato rinunziò il detto Offizio con sommo dispiacere delli buoni, atteso il zelo che aveva dell' osservanza, e l' amore al publico bene della Congregazione, qual sempre in vita sua con sommo ardore procurò. Morì in Chiaja alli 16. Feb. 1735.*

XII. In Libro Defunctorum nostri Neapolitani Collegii S. Mariæ in Porticu hæc habentur: *P. Alexander de Podio praeclarissimum nostræ Congregationis ornamentum, præstantissimus Concionator, mirifica vita integritate spectatissimus, vigiliis, curis, laboribus potenti animo æquè digestis; Histoniensis, ac Mediolanensis Domuum Fundator; consonis omnium suffragiis Rector Generalis jure renunciatus, ipse solus invitus, ut cæteris obsequeretur, acquievit: quod munus ritè, sapienter persolutum, de se tenuissimè sentiens, raro humilitatis exemplo ipse sibi abrogavit. Maturo jam ætatis flexu obrepente, nostrorum maximo, atque exterorum luctu e mortalibus decedens æternam*

po-

posteritatis famam nactus, *Sacramentis omnibus munitus ad Deum perrexit die* 16. *Februarii* 1735. *ætatis suæ* 82.

Acta Congregationis nostræ Generalis Romæ celebratæ Anno 1723. eundem Podium *Providentissimum & Sapientissimum Patrem*, *deque tota Congregatione optimè meritum* vocant; & in Actis Congregationis habitæ Romæ anno 1735. hoc Elogium legitur: *In Domo S. Mariæ in Porticu Neapolis* (obiit) *P. Alexander de Podio Ex Generalis optime semper de Congregatione meritus ad ultimam usque senectutem*, *cujus præclara gesta*, *vitæ probitas*, *religionis zelus*, *silentio magis*, *quam eloquio abundè commendari posse videntur*. XIII.

ART.

A R T. XXXVI.

De Antonio Tomasio.

I. Vita ex Lib. Act. Congregat. aliisque monument. excerpta.

Antonius Tomasius Lucensis Kal. Novembris 1668. humanæ vitæ exordia iniit. Adolescens Alexandri de Podio mox laudati auditor fuit, a quo bonis artibus institutus, in Congregationem nostram cooptatus est. Igitur anno 1685. IV. Id. Decembris sub exacta ejusdem Podii, & Fulgentii Marraccii Disciplina Neapoli tyrocinium incœpit, absolvitque. Votorum Sacramento Deo obstrictus IV. Non. Februarii 1688. ad Philosophicas & Theologicas facultates perdiscendas Romam se contulit, nostrique Cæsaris Trenta præcepta Institutionesque audiit; quo item tempore inter Romanos Arcades adscribi meruit.

II. Lucam missus, ibidem magna auditorum frequentia & plausu Rethoricam docuit. Inter Discipulos, quorum plures delecta eruditione commendatos habuit, Cl. Bartholomæus Lippius Lucensis hic silentio prætereundus haud est; qui non semel se bonarum litterarum penitiorem notitiam a Tomasio nostro hausisse fatebatur.

Genuensis Arcadum Coloniæ Institutor.

Genuæ ut Arcadum Colonia erigeretur, Auctor fuit. Amæniora studia in eadem Civitate ut excolerentur, atque florescerent maximam navavit operam. Tanta Tomasii nostri fama ibidem viguit, ut primi nobilitate æquè ac eruditione ejusdem clarissimæ Reipublicæ viri plurimi illum facerent. Hinc publico illius amplissimi Senatus consulto in Genuensium Civium Album anno 1726. adscriptus est. Nostri Neapolitani Collegii S. Mariæ in Porticu anno 1720. Rector tali Decreto a Patribus Capitularibus fuit proclamatus: *scientes*, Patres, *quanta in existimatione & amore apud omnes, maximè equestris ordinis in Januensi urbe*, Tomasius, *haberetur, quantum temporis & laboris in ministeriis ad animarum salutem impenderet; quantum Domus nostræ commodis deserviret, totique Civitati prodesset, reluctantes licet & inviti, ejus tamen iteratis precibus de Domicilio immutando annuentes, prædictæ Neapolitanæ domus, non inter ultimas nostræ Congregationis meritò computandæ, regimini destinarunt*: Ipse autem privatam vitam ducere exoptans, munus sibi tot laudibus collatum renuit; studiisque excolendis totus incumbens, Genuæ piè obiit Idib. Novembris 1735. ubi Clericis ejusdem Civitatis sese examini offerentibus præclarè præfuit.

§. I. *De*

§. I.

De Antonii Tomasii Operibus editis atque Mss.

I N Poësi Anacreontica singularis, Lucæ Anno 1697, in id argumentum edidit libellum *Per l'Ingresso alla Religione della nobil Damigella Laura Controni*. Hæc autem Tomasii nostri Etrusca Carmina a Crescimbenio laudantur, ut infra videbimus in percensendis de eodem Tomasio Virorum Illustrium testimoniis. I. Opera edita.

Difesa di alcuni Sonetti, e varj passi del Canzoniero di Francesco Petrarca dalle opposizioni del Sig. Ludovico Antonio Muratori composta da Antonio Tomasi della Congregazione della Madre di Dio. In Lucca per Pellegrino Frediani 1709. in 8. II.

Cl. vir Bartholomæus Casaregius in Præfatione ejusdem Operis hæc in Tomasii nostri laudem scribit: *Seppesi in questo mentre che il P. Antonio Tomasi Lucchese, della Madre di Dio, Religioso di sommo intendimento, e di accreditata Dottrina, erasi già messo a difendere i Sonetti dello stesso Petrarca, che si criticano nel sopraccennato Libro*(Muratorii scilicet)*onde per nõ appropiarci noi quell'onore, che altri andavasi procacciando con tanto studio, convenne a noi due,* (ejusdem nempe Casaregii, & Thomæ Canevarii) *restringerci alla risposta delle sole tre Canzoni*.

Difesa delle tre Canzoni degl' occhi &c. In Lucca per Pellegrino Frediani 1709.

In Ephemeridibus Venetis anni 1710. *Tom. 3. pag. 391.* in ejusdem Tomasii operis commendationem quæ sequuntur legimus: „ Oltre alle tre suddette Canzoni del maggior nostro Lirico, avendo „ censurato il Sig. Muratori alcuni de' suoi miglior sonetti, il P. „ Antonio Tomasi Lucchese, rinomatissimo soggetto della sua „ Congregazione della Madre di Dio, a ciò invitato con efficacis- „ sime Lettere dal Sig. Matteo Franzoni, Gentiluomo di finissimo „ gusto nelle buone Arti, ne fa un' Eccellente difesa, la quale „ viene a costituire la Terza parte dell' Opera „.

Compendio della vita di S. Rosa di Lima del Terz' Ordine di S. Domenico con una Novena di Meditazioni per preparazione alla sua Festa. In Genova Per Gio. Battista Casamara 1715. in 12. Insequenti anno huic operi, iisdemque typis adjecit *le Pratiche di Meditazioni per avanti e dopo la Santissima Communione nel giorno della Festa di S. Rosa di Lima.* III.

Per la Monacazione dell' Illustrissima Signora Maria Virginia Bottini Sonetti Pastorali di Vallesio Gareatico, e di Tedalgo Penejo IV.

PP.

PP. Arcadi, il primo Antonio Tomasi, il secondo Sebastiano Pauli. In Lucca pel Cappurri 1722. in 4.

V. Præterea varia de eo Carmina etruscè concinnata extant in selectis Collectionibus Poëtarum illustrium nostri ævi, nempe in ea quam Lippius adornavit, atque Lucæ edidit An. 1709. typis Peregrini Frediani *in* 8. *pag.* 167. *& seqq.* in altera Lucana anni 1719. apud Leonardium Venturinium *pag.* 246. *& seqq.* in Collectione Bononiensi 1711. quam Augustinus Gobbius instruxit *Part. III.* in Romana Arcadum 1717. *Tom. VI. pag.* 328. *& seqq.* in Veneta ejusdem anni 1717. in Faventina 1723. aliisque.

VI. *Poesie del P. Antonio Tomasi della Congregazione della Madre di Dio tra gli Arcadi detto Vallesio Gareatico Dedicate alla nobilissima Dama Teresa Pallavicina Spinola. In Lucca per Salvadore e Giandomenico Marescandoli 1735. Tom. 1. in* 8.

VII. Opera Mss. Inter Opera Mss. hæc recensentur: *Panegirici Tom.* 1. *Lezioni Accademiche Tom.* 1. *Poesie varie libri tre*; *Lettere a Maria Vergine Madre di Dio Tom.* 1. Opusculum hoc ineditum ab eruditissimo viro Hieronymo Gigli in suo Opere inscripto: *Vocabulario Cateriniano*, Verbo *Offendere* laudatur. Prælaudata autem Opera Mss.a Tomasio esse concinnata, ipsemet nobis dum hanc vitam degebat, litteris suis notum fecit, proindeque eadem in nostra Bibliotheca Genuensi adhuc extare non dubitamus.

§. II.

Testimonia Virorum Illustrium de Antonio Tomasio.

I. JOannes Marius de Crescimbenis in suis Commentariis *Intorno alla Istoria della volgar Poesia Vol. I. Lib.* 2. *cap.* 16. *pag.* 89. hæc de Tomasio nostro scribit: „ Il P. Antonio Tomasi, Chierico Regolare della Madre di Dio, detto tra gl'Arcadi Valesio Gareatico, „ Gentil Poeta Toscano, l'anno 1597. ne diede alle stampe in Lucca „ un Volumetto, con titolo di Sonetti Anacreontici, per l'ingresso „ alla Religione della nobil Damigella Laura Controni, la vaghezza de' quali, veramente singolare, vie più si rende maravigliosa „ per la stravaganza dell'argomento „. De eodem pariter præclarè loquitur *Vol.* 5. *Lib.* 1. *pag.* 26. quo in loco Tomasius *Egregio Letterato de nostri tempi* vocatur; & *Vol.* 2. *part.* 2. *Lib.* 6. *pag.* 361. inter Genuensis Arcadum Coloniæ Institutores adnumeratur. In alio etiam Opere inscripto: *L'Arcadia Prof.* 6. *Lib. I. pag.* 23. dignam de eo mentionem facit. Joan-

Joannes Baptista Cotta in Præfatione Operis *del Dio* nuncupati, de Tomasio, & Baciocco, cujus supra meminimus, hæc habet: „Il „ Signore Dio però alla cui gloria fù da me ordinata questa fatica, „ qualunque ella siasi, mi fè dopo due anni aver conoscenza di „ due dottissimi Padri della Congregazione della Madre di Dio, uno „ de quali è il P. Gio. Tomaso Baciocchi, e l'altro il P. Antonio „ Tomasi, intendentissimi ambidue non solo delle Poetiche, ma in „ oltre delle Filosofiche, e Teologiche facoltà, e miei compastori „ in Arcadia, benche da me non prima conosciuti. Mi feron' essi „ ripigliar' animo, e si offersero di considerare il restante che di- „ cemmo dell'Opera, colle annotazioni non ancor rivedute. Il „ che hanno adempiuto con una ben generosa pazienza. Quindi è „ che io affidato sul lor parere, e sollecitato ad ogni tratto da loro... „ sonomi alla fine lasciato indurre a darla in luce intitolandola, „ Dio. II.

Joannes Baptista Merea in Præloquio affixo Poëmati prænotato: *Ademaro, overo Corsica liberata*, edito Lucæ typis Marescandoli 1723. Virorum eruditorum judicio Opus suum subjiciens, hæc etiam in ejusdem Tomasii commendationem protulit: *Al di cui giudizio*, Cevæ nempe, *io lo sottoposi, ed a quello d' altri Letterati di primo grido: frà quali il rinomato Dottor Lodovico Antonio Muratori, ed il P. Antonio Tomasi, che fin da principio mi animò al proseguimento.* III.

In Opere cui Titulus: *Il Filaletre. Dialogo*, cuso Venetiis 1738. *in* 8. *Tom.* 2. *pag.* 417. amplissimis hisce verbis Tomasius concelebratur: *Trapasso ancor io con gl' occhi miei, che però sono ancor miei, a un * Sonetto eccellentissimo del P. Antonio Tomasi Lucchese, il quale per confessione del medesimo osservatore* (Cevæ scilicet) *imita il linguaggio de' Profeti, ed ha uno stile sodo, magnifico, e di molti colori Poetici adorno. A questo gravissimo, e maraviglioso componimento &c.* IV.

* Cujus initium. *Dov' è, Signor la tua grandezza antica.*

Hiacynthus Vinciolus in sua Epistola de nonnullis Congregationis nostræ Auctoribus *pag.* 24. *Num IX.* Tomasium suo præconio exornat: *Antonius Thomasius*, inquit, *natus anno 1668. se se offert commendatissimus, Musis præsertim Italicis, adeo ut Anacreontica Poësis per ipsum ætate nostra reviviscere videatur, quemadmodum licet intueri in illustrioribus tùm Romæ, tùm Bononiæ, tùm Lucæ, tùm alibi hetruscis recollectis carminibus. Qua in re quanta arte, & critico sapore calleat, licet etiam elicere ex apologetica Dissertatione pro celebratissimis illis Francisci Petrarchæ Italicis Idylliis, edita Lucæ typis Peregr. Frediani anno 1709. Hujus plura scripta cum laude annotant Ephemerides Venetæ... Inclitæ Genuensium nobilitati adeo fuit acceptus, ut pluries artem cum precibus adhibuerint, ut non alibi quam Genuæ sisteret Thomasius &c.* V.

M m In

VI. In Ephemeridibus Venetis anni 1725. *Tom.* 37. *pag.* 280. hæc pariter legimus: *Il P. Antonio Tomasi . . . è d' un ottimo gusto nel verseggiare Toscano, e particolarmente nel genere anacreontico, come ne fan fede le sue Poesie sparse in non piccol numero per le insigni raccolte . . . . Su qual esemplare lavori le sue rime, può comprendersi dalla difesa da lui composta di alcuni Sonetti e varj passi delle rime di Francesco Petrarca.*

VII. Sebastianus Pauli in Opere inscripto: *Difesa delle Censure del Signor Lodovico Antonio Muratori &c.* edito Neapoli 1715. *Il P. Antonio Tommasi*, inquit, *della nostra Congregazione, Poeta di quella stima, che mostrato l' hanno le vaghe sue rime in molte, e diverse Raccolte, lette sempre con ammirazione, e con gusto &c.*

VIII. Demum de eodem Tomasio multo cum honore scribunt Matthæus Regalius in sua Epistola præfixa Operi prænotato: *Il Filosilo*; Theobaldus Ceva in sua *Scelta di Sonetti con varie Critiche*, edita Taurini 1735. *in* 8. *pag.* 187. & 203. Angelus Benedictus Brignole in Præfatione Operis inscripti: *L' Amor di Dio. Centuria di Sonetti*, Lucæ impressi 1731. aliique permulti. In nostris pariter Comitiis habitis Lucæ Anno 1738. idem Tomasius laudatur, & *Coloniæ Arcadum Genuæ erectæ Fundator* vindicatur.

ART.

A R T. XXXVII.

De Cæsare Trenta .

CÆsar Trenta nostræ Congregationis Rector Generalis IX. atque Theologus non infimæ notæ Lucæ claro genere ortus est IV. Id. Octobris 1656. prima Litter. elementa a Francisco Lena, Rethoricam a Beverinio didicit . Bonis artibus instructus Congregationi nostræ III. Jd. Junii 1672. nomen dedit . Romæ a Ludovico Marraccio Seniore ad exactas regularis disciplinæ leges efformatus tyrocinium suum laudabiliter explevit ; votisque solemnibus Idibus Julii 1674. nuncupatis , ad studia Philosophica , atque Theologica totum se contulit , quibus in facultatibus adeò præcelluit , ut studiis absolutis Lectoris munus in hoc nostro Romano Collegio sit assecutus , & XIII. annis magna cum sui nominis existimatione obiverit . I. Vita ex Lib. Actor. aliisque monumentis excerpta.

In Collegii Mediolanensis institutione non postremam sibi partem vindicavit . Romanam hanc nostram Domum , quam Alexander de Podio decentius excitare meditabatur , commodius & magnificentius exstruendam curavit . Multum item operæ posuit , ut qui ex Nostris virtutum religiosarum laude præstitere , Romani Pontif. oraculo accedente, Beatis accenserentur . II.

Pluries ob suam spectatam prudentiam , doctrinam , regularisque disciplinæ observantiam , Rectoris , Assistentis , & Procuratoris Generalis munera optime obivit . Abdicato ab Alexandro de Podio Rectoris Generalis Officio , in nostris Comitiis habitis Romæ A. MDCCXXIII. supremum Congregationis regimen X. Kal. Majas ei demandatum est , hujusque electionis Decretum sic conceptum legitur : *Die 22. Aprilis 1723. . . . . Horis pomeridianis iterum Patres legitimè congregati jacturam quam maximam redempturi , ad novi Generalis electionem unanimiter devenere , & præmisso juramento de meliori eligendo , statim primis schedulis , primisque calculis in P. Cæsarem Trenta officio parem , dignitate majorem Capitularium vota collimarunt* . Vir magni consilii Congregationem XII. annorum spatio prudenti regimine gubernavit ; sed senectute admodum gravi & affecta in nostris Comitiis celebratis Romæ Kal. Maji anno 1735. muneri spontè cessit , *eximium Prædecessoris sui Alexandri de Podio clarissimi & Sanctissimi Viri , cujus memoria in benedictione est , imitatus exemplum* , ut habent Acta ejusdem Congregationis . Absolutus ab officio , anno 1736. ex hac vita piè decessit XVI. Kal. Julii , omnibus Ecclesiæ Sacramentis maxima cum religione perceptis ætatis suæ 80. Ejus Effigiem ducere Nostri ad tanti Patris memoriam per- III. Rector Generalis renuntiatur 1723. Acta XXXIV. Congregat. nostræ Generalis. Congregationis delatum regimen abdicat.

petuò retinendam haud neglexerunt. Sub ea, quæ in hac nostra Romana Domo servatur, hæc legitur Inscriptio.

CÆSAR TRENTA RECTOR GENERALIS IX.
AD PRÆDECESSORIS EXEMPLUM
ABDICATO REGIMINE QUOD XII. ANNOS
ADMINISTRARAT
OBIIT ROMÆ XVI. KAL. JULII
ANNO DOMINI MDCCXXXVI.
ÆTATIS LXXX.

IV. Opera edita. Suppresso nomine edidit Romæ Anno 1701. *in fol.* Gestorum Seriem Venerabilis Servi Dei Joannis Baptistæ Cionii, seu ejusdem Acta Latinè, & Italicè conscripta, ut Beatorum Fastis adscribatur.

V. Et Mss. Jussu Raymundi S. R. E. Cardinalis amplissimi de Capizucchis ejusdem nobilissimæ Familiæ Historiam italicè reddidit, quam Ms. et *Tom. I. in fol.* comprehensam, in selectissima prælaudatæ familiæ Bibliotheca adservari, ipse Cæsar Trenta non semel mihi testatus est.

VI. Concinnavit etiam plures eruditasque Orationes, quas in Romano Archigymnasio habuit.

VII. Laudes. *In Libro Mortuorum* nostræ Campitellanæ Parœciæ signato *L. D. pag.* 53. Petrus Maria Puccetti Parocus hoc reliquit Elogium: „ Die „ 16. Junii anni 1736. obiit in Domino R.A.P. Cæsar Trenta Patritius „ Lucensis, & Congregationis Matris Dei Rector Generalis, prudentia, doctrina, ac morum integritate clarus; qui non semel „ emensis omnibus ejusdem Congregationis gradibus, ad supremum „ tandem pervenit anno Domini 1723. cumque annis duodecim regimen illud sustulisset, senectute gravi, valetudine infirma oneri „ pariter, ac honori cessit in Comitiis nostris Generalibus anni 1735. ad exemplum R. Adm. P. Alexandri de Podio antecessoris sui, ut Deo liberius & diutiùs vacaret. In sua igitur cella „ penè solitariam vitam ducens, integrum annum peregit. Anno denique 1736. ætatis suæ 80. mense Junio gravi correptus morbo, quem „ Medici Polypum circa cor appellarunt, cum mortem jam sibi „ imminentem humili, & constanti animo aspiceret, totius vitæ maculas generali confessione extergere voluit; ingravescente postea „ morbo, Sanctissimo refectus Viatico, & sacri olei unctione roboratus, prout ipse ardentibus votis exquisierat, animam consuetis „ Ecclesiæ precibus commendatam Creatori suo reddidit decimo sexto Kalendas Julias decurrentis anni 1736. hora noctis septima, „ sive albescente jam die. Ejus cadaver Sacerdotali veste indutum „ hora ejusdem diei 14. ad Ecclesiam delatum. Solemnes super illud „ exequiæ Rectoribus Generalibus debitæ persolutæ fuere, ac sequenti nocte in Sepulchro Fratrum suorum conditum fuit.

Acta

Acta XXXIX. Congregationis nostræ Generalis habitæ Romæ 1738. hanc ei impertiuntur laudem: *In Domo Romana Ad.R.P. Cæsar Trenta Rector Generalis IX. postquam annis duodecim Congregationem præclarè gesserat, munere præclariùs abdicato è vivis migravit die 27. Maii 1736.* At Scribæ oscitantia in die mensesque obitus ejusdem Cæsaris Trenta consignandis error manifestus irrepsit: quandoquidem e monumentis hucusque allatis liquido constat eum obiisse die decima sexta Junii anni 1736. VIII.

Ad calcem Diarii Ludovici Marraccii Senioris ad annum 1736. hæc de eodem laude digna habemus: *A dì 16. Giugno, è passato a miglior vita in questa Casa di Campitelli verso le sei e mezza il M. R. P. Cesare Trenta in età di anni 81. in circa. Lesse in questa Casa più anni la sacra Teologia, e Filosofia con grand' applauso si de' Nostri come degli Esterni. Più volte esercitò con lode la Carica di Rettore di questa Casa, d'Assistente Generale, e Procuratore Generale, e finalmente dopo la rinunzia fatta del Generalato del P. Alessandro di Poggio, fù sostituito in suo luogo. Nel suo governo promosse la causa della Beatificazione del nostro V. P. Fondatore, e pose mano alla Fabbrica di questo Collegio. Hà vissuto sempre con esemplarità. Ricevette con grand' edificazione tutti li Sagramenti, e con gran quiete morì nel detto giorno, e dopo tredeci mesi, da che aveva rinunziato il Generalato &c.* IX.

Carolus Antonius Erra in Libro prænotato: *Storia dell' Imagine, e Chiesa di S. Maria in Portico* hæc habet cap. XI. pag. 61. *Dal medesimo Padre* (Trenta nempe) *si deve altresì riconoscere una buona parte de i Damaschi, con i quali per le Feste maggiori dell' anno si cuoprono le Colonne del Santuario dinanzi alla Sagra Imagine.* X.

ART.

ART. XXXVIII.

De Constantino Roncaglia.

I. Vita ex Cod. Lucano aliisque monument. excerpta.

Constantinus Roncaglia prælaudati Cæsaris Trenta Auditor, necnon Congregationis nostræ Theologus celeberrimus III. Non. Novembris 1677. Lucæ in hanc vitam venit familia, & genere illustri. Bonis moribus litterisque imbutus Congregationi nostræ an. 1693. adjunctus est. Inchoato Neapoli Tyrocinio sub religiosissimo Viro Antonio Mansio, adversante valetudine, Lucam redire coactus est, ubi, Deo favente, pristinis donatus viribus, illud feliciter absolvit. Solemni Professione XV. Kal. Maji 1695. emissa, Romam contendit Philosophicis Theologicisque facultatibus operam daturus sub doctissimo Viro Cæsare Trenta, quibus in studiis haud vulgarem ingenii & doctrinæ laudem sibi comparavit.

II. Anno MDCC. Lucam missus, publicè Philosophiam & Theologiam cùm Scholasticam & Dogmaticam, tum Moralem omnium plausu multis annis docuit. Sacram item Catechesim, quam ego adolescens ab ipso audivi, magna Auditorum frequentia atque utilitate diebus Dominicis & Festis, pomeridianis horis, pluribus item annis clarè doctèque explicuit.

III. Apud Antistites Lucanos summo semper in loco fuit. Hinc *Examinatoris Synodalis* munere ab ipsis decoratus est. In implexis sacræ Theologiæ cùm Scholasticæ, tùm Moralis difficultatibus, nec non in rebus ad jus Canonicum spectantibus ejus decisiones suspiciebantur.

IV. Præcipua in Congregatione nostra munera præclarè gessit. Nostrorum Juvenum Præfectura non semel illi demandata est. Triennio Pro-Rector, Sexennio Collegii Lucani Rector, totiusque Congregationis Vicarius Generalis ex merito proclamatus est. Regularem observantiam, quam semper ipse incolumem custodivit, atque bona studia promovit, auxitque. Multa ingenii sui præclarissima monumenta nobis reliquit, quibus nomen suum Congregationemque nostram haud parum illustravit. Multa etiam alia publici juris fecisset, nisi morte præreptus fuisset. Studiis, adversaque valetudine attritus pie sanctèque obiit Lucæ VI. Kal. Martias 1737. ætatis suæ LX. omnium virtutum exercitatione clarus. Ut ejus digna memoria, potissimum apud nostros Patres Lucenses perpetuò extaret, ipsius Effigies inter Viros illustres ejusdem Collegii reposita est. Ejus vitæ Synopsis ab Joanne Dominico Mansio conscripta legitur in *I. Tom.* novæ editionis Historiæ Ecclesiasticæ Natalis Alexandri A. 1749. Lucæ typis Leonardii Venturini.

§. I. *De*

§. I.

De Constantini Roncaglia Operibus editis.

SUppresso nomine edidit Librum prænotatum : *Alcune conversazioni, e loro difese esaminate co' principj della Teologia, da quali facilmente si può dedurre quando sia illecito l' amore tra la Gioventù. Opera d' un Religioso della Congregazione della Madre di Dio. In Lucca per Domenico Ciuffetti* 1710. *in* 8. I.

La Famiglia Cristiana istruita nelle sue obbligazioni. In Lucca presso Pellegrino Frediani 1711. *in* 8. Idem utilissimum Opus recusum est Venetiis anno 1713. *in* 12. a Natale Feltrinio. De hac Editione in Ephemeridibus Venetis anni 1713. *Tom.* 14. *pag.* 441. insequentia verba legimus : „ Gli Autori che hanno trattato d' una tal materia, „ non hanno fatto, che instruire ; ma nessuno ha dato una piena „ notizia degli obblighi, che senza grave colpa non possono trascurarsi. L' Autore pertanto poco fermandosi sopra quello che è di „ consiglio, si è principalmente affaticato di esporre quello che è „ di precetto : in che certamente ha toccati tutti que' punti, che „ erano più necessarj ; onde l'Opera sua scritta anche con pulitezza „ e con eleganza merita di essere per le mani di tutti i capi di „ famiglia, e di ogni persona dabbene. II.

Istoria delle variazioni delle Chiese Protestanti. In Lucca presso Pellegrino Frediani 1712. *in* 8. Laudatur a Gravesonio *Tom. IX. Histor. Ecclesiast. pag.* 510 *I. edit.* necnon a Vinciolo in *Epist.* De nonnullis Congregationis nostræ Scriptoribus *Num. VIII. pag.* 23. III.

Effetti della pretesa Riforma di Lutero, e Calvino, e del Giansenismo. Istoria di Constantino Roncaglia &c. Divisa in due parti. In Lucca per Pellegrino Frediani 1714. *in* 8. Hujusmodi autem Opus *non parum idoneum, imo & efficax ad hæreticorum confundendam audaciam, ipsorumque tenebras, ac errores depellendos* (ut habet sententia doctissimi Viri Fr. Stephani Mansi O. P.) suis etiam exornant laudibus Gravesonius, et Vinciolus locis supra designatis. IV.

Quæsita Dogmatica et Moralia de Sanctissimis Ecclesiæ Sacramentis ; quibus ea omnia, quæ ad Fidem, et ad debitam Sacramentorum administrationem pertinent, breviter explicantur : addita in Tractatu de Ordine Ordinandorum Instructione. Accessit in fine Opusculum de speciebus Eucharisticis adversus Atomistas. Lucæ typis Peregrini Frediani 1715. *Tom. I. in fol.* Ephemerides Venetæ anni 1715. *Tom.* 23. *pag.* 458. *num.* 3. Gravesonius, & Vinciolus ibidem librum hunc maxima attollunt laude. De eodem pariter opere præclarè loquitur Josephus V.

ſephus Maria Brocchius in ſuo Opuſculo *de Occaſione proxima.Cap.* 2. *Num. IX. pag.* 17.

VI. *Vita di Leopoldo I. Imperatore dedicata all' Eccellenza di Giovanni Vincislao di Galaſſo Imbaſciatore Ordinario della Maeſtà Ceſarea, e Cattolica al Sommo Pontefice Clemente XI. In Lucca per Leonardo Venturini* 1718. *in* 4.

VII. *Lezioni ſacre intorno alla venuta, coſtumi, e Monarchia dell' Anti-criſto, diſcoprendoſi in eſſe molti errori degli Eretici più Moderni, compoſte, e dette nella Catedrale di Lucca l' anno* 1713. *da Coſtantino Roncaglia dedicate all' Illmo, e Rmo Signore Giovanni Franceſco Motroni Canonico Teologo della medeſima Catedrale.* Ibidem apud eundem 1718. *in* 8.

VIII. *Le Moderne Converſazioni, volgarmente dette de' Cicisbei, eſaminate da Coſtantino Roncaglia.In Lucca per Leonardo Venturini* 1720. *in* 8. Idem Opus ad corruptos noſtri ſæculi mores in meliorem formam redigendos mirè accommodatum,ab Auctore auctum,recuſum eſt iiſdem typis 1736.

IX. *Univerſa Moralis Theologia, qua non ſolum principia ſpeculativa, ſed etiam Regulæ Practicæ ad uſum Confeſſariorum explicantur. Lucæ ex Typographia Leonardi Venturini* 1730. *Tom. II. in fol.* Ad calcem *Tom.* 2. legitur aliud Opuſculum inſcriptum: *Conſiliorum Moralium Liber ſingularis.* Idem Opus duobus item Tomis in folio comprehenſum prodiit etiam Venetiis ex prælo Franciſci Pitterii 1736. A doctis & eruditis magno in pretio habetur.

X. *R. P. Natalis Alexandri O. P. Hiſtoria Eccleſiaſticæ Veteris Novique Teſtamenti ab Orbe condito ad Annum poſt Chriſtum natum milleſimum ſexcenteſimum: Et in loca ejuſdem inſignia Diſſertationes Hiſtoricæ, Chronologicæ, Criticæ, Dogmaticæ. Editio omnium noviſſima Notis & Animadverſionibus quoad Hiſtoriam & Diſſertationes novi Teſtamenti aucta ad caſtigationem, & illuſtrationem opinionum quarumdam Auctoris Opera & Studio Conſtantini Roncaglia Congregationis Matris Dei. Tom. IX. in fol. Lucæ Typis Leonardi Venturini* 1734. Hac in operoſa provincia eruditi omnes Roncaglia noſtro palmam ultrò dedere. Quod enim ab omnibus, etiam Dominicanæ Familiæ doctiſſimis Viris deſiderabatur, ut nempe Natalis Alexandri in Hiſtoriam Eccleſiaſticam celeberrimum Opus, quod è Catholicorum manibus ſuprema Eccleſiæ Tribunalia meritò eripuerant, emendatum caſtigatumque publico uſui reſtitueretur, id in prælaudata Lucana editione Conſtantinus Roncaglia præclarè præſtitit. Hinc ejus labores plena manu, ampliſſimiſque verbis ab Eminentiſſimis S. Indicis Congregationis Patribus commendati, immo ab ipſo Pontifice Maximo Clemente XII. Hinc brevi annorum ſpatio de eodem Opere poſt Lucanam anni 1734. repetitæ Editiones & Lucæ, & Venetiis, & Neapoli in folio & *in* 4.

§. II. *Te-*

§. II.

Testimonia Virorum Illustrium de Constantino Roncaglia.

P. Ignatius Hiacynthus Amat de Graveson in nono, & ultimo suæ eruditissimæ Historiæ Ecclesiasticæ Tomo *pag.* 510. eundem Constantinum Roncaglia *Eximium Scriptorem* vocat, nonnullaque ejusdem Auctoris Opera recenset, atque laudat. Josephus Maria Brocchius in opere *de Occasione Proxima* &c. edito Lucæ 1736. *in* 4. typis Leonardi Venturini *cap. I. pag.* 7. eundem Roncaglia virum eruditissimum appellat. P. Josephus Catalani in suis Commentariis ad Concilia Œcumenica, præsertim *Tom.* 4. eum pariter concelebrat, ejusque auctoritatem opponit Pontificiæ potestatis osoribus. I.

Hiacynthus Vinciolus Epistola supra laudata *num. VIII. pag.* 22. de eodem, & Manfredio pariter, cujus in antecessum meminimus, ità scribit: *Constantinus Roncaglia nobili ortus familia adhuc vivens hìc locum meretur... Hujus æqualis certè fuit Manfredus. Æquali enim comperti sunt vitæ innocentia, mansuetudine, temperantia. Nec ullum certius æqualitatis indicium, quam cum essent sanguine conjuncti, pari nobilitate & doctrina, pari etiam virtutum amore sua suosque reliquerint... Uterque sui famam virtute, ac doctrina partam relinquit. Neque enim minori cum laude suscepti sunt hujus libri, quibus æquè pietas ac sapientia promovetur. Id potissimum ostenditur in illo, quem cum laude referunt Venetæ Ephemerides tom.* 14. *pag.* 441. *inscripto* La Famiglia Cristiana... *& in illo nuncupato* Gli effetti della Pretesa riforma de' Protestanti... *Nec inæquali plausu excipiuntur Opuscula:* Alcune conversazioni e loro difese esaminate co' principj della Teologia &c. II.

In Ephemeridibus Venetis anni 1715. *Tom.* 23. *pag.* 458. verba etiam hæc leguntur: *In tutte le Opere date al publico dal P. Roncaglia, egli ha fatto conoscere la sua pietà, e il suo sapere &c.* III.

Noster Hieronymus a Porticu in Opere inscripto: *L' uso delle Maschare ne' Sacerdoti in tempo del Carnevale esaminato &c.* editoque Lucæ 1738. *pag.* 185. hæc scribit: *Il P. Costantino Roncaglia, Teologo notissimo al Mondo per tutto il corso della Teologia Morale, un Libro di Consigli, le note a tutta la Storia Ecclesiastica di Natale Alessandro, ed altre più Opere date alla luce. Egli nel caso nostro compose ad istanza d' un Reverendissimo Ecclesiastico di questa Città,* IV.

un Consulto particolare, in cui prova a lungo esser peccato mortale ne' Sacerdoti l'andare in Maschera nel tempo del Carnevale, per l' indecenza grave, ed altri motivi. Di questo Consulto volentieri ne darei qui qualche saggio perche è noto a pochi, essendo scritto a mano; ma non m' è stato possibile di rinvenirlo; ed io ne riseppi il contenuto solamente dalla bocca dello stesso Autore pochi giorni avanti che morisse, allorchè io gli communicava il disegno di questa operetta.

V. Josephus Franciscus Fontana in Historia ab eo Italicè reddita: *Degli Ordini Monastici, Religiosi, e Militari &c. Tom. 4. pag. 293.* de nostro hoc Auctore hæc habet: *Il P. Costantino Roncaglia Autore di molte Opere per lo più Ascetiche, e Morali, poco avanti la sua morte, di fresco seguita, diede alla luce la Teologia Morale, speculativa, e prattica... La celebre Storia Ecclesiastica di Natale Alessandro, illustrata con erudite Annotazioni, e correzioni.*

VI. In nostris Comitiis habitis Lucæ anno 1738. Patres insequenti Elogio eundem cohonestarunt: *In Domo Lucensi P. Constantinus Roncaglia scientia, virtute maximus, sibi tantum minimus obiit die 24. Februarii 1737.*

VII. In Libro Defunctorum nostri Lucani Collegii de eodem Roncaglia hanc legimus laudationem: 1737. *P. Constantinus Roncaglia Antonii Nob. Lucensis filius, Sacerdos nostræ Congregationis Vir gravis, doctus, severioribus disciplinis excultus die 24. Februarii difficultate respirandi sævius solito aggressus hora prima noctis animam Ecclesiæ Sacramentis, quæ instanter petierat, munitam suo Creatori reddidit. A puero Religionem ingressus, decursis Romæ studiorum spatiis, Philosophiam, & Theologiam Scholasticam & Dogmaticam, nec non eam quam Moralem vocant nostros & exteros magna cum laude Lucæ per multos annos docuit. In concionibus frequens, in audiendis confessionibus assiduus, Sacramentorum frequentiam in nostra Ecclesia promovit plurimum. Errorum fidei, morumque corruptorum, & verbo, & scriptis persecutor acerrimus. Innocentia morum, pietate in Deum, & zelo regularis observantiæ insignis. Per sexennium Rector hujus nostræ Domus, & Vicarius Generalis domesticæ disciplinæ custos, & exactor tenacissimus fuit. Examinator Synodalis, Librorum Censor, otii inimicus, suæ eruditionis, & doctrinæ testes opera plurima posteris dereliquit, inter quæ insignia sunt, & celebria Nat. Alex. Hist. Eccl. ab eo notis, & Animadversionibus illustrata; Universa Theologia Moralis ab ipso duobus Tomis impressa, Tractatus de Sacramentis, & alia vulgari idiomate conscripta suum Zelum, pietatem, doctrinam, eruditionem indicantia. Tanti viri jacturam flevere plurimi, sed per quam maximè nostra Religio.*

VIII. De eodem pariter cl. Auctore aliud extat Elogium in Libro Paræciæ ejusdem Lucani Collegii, sed ne eadem repetamus fastidiosa nar-

narratione, studiosè missum facimus.

Joannes Dominicus Mansius in sua Præfatione VII. Tom. Commentariorum in sacram Scripturam P. Calmet, loquens de S. Petri Principis Apostolorum Primatu, ipsum Calmet perstringens *Ab ulteriori*, inquit, *disputatione abstineo ... Lectoresque harum rerum studiosos ad Cl. P. Roncagliam in suis adnotationibus ad Hist. Nat. Alexandri Tom. 9. pag.* 450. *remitto*. IX.

A R T. XXXIX.

De Vincentio Maria de Nobilibus.

I. Vita ex Diario aliisque monumentis deprompta.

VIncentius Maria de Nobilibus Lucensis præstanti ingenio, præclara stirpe, bonisque studiis commendatus cum XIII. Kal. Novembris 1680. in hanc vitam venisset, anno 1699. abdicato Canonicatu, quo potiebatur, Congregationi nostræ se adjunxit. Neapoli sub Venerabili, sanctissimoque Viro Alexandro Saminiati Lucensi tyrocinium gessit, eoque præclarè expleto VIII. Kal. Majas solemnem sacrorum votorum professionem emisit. Romam deinde profectus ad Philosophicas Theologicasque Institutiones addiscendas Dominico Perronio Doctore totum se contulit. Scientiarum Orbe perfecto, Neapolim iterum remeavit Collegio S. Birgittæ adscriptus, ubi ad finem usque permansit, Singulari eloquentia ornatus in concionibus sacrisque Paneg. Orationibus maxima cum animi voluptate semper auditus, nomen suum in amplissima augustaque illa Civitate præclarum reddidit. Cum Cardinalis Ursinus, postea Benedictus XIII. Pont. Max. solemni pompa quintum clarissimi sui Prædicatorum Ordinis Sæculum Beneventi celebrandum indixisset, nostrum Vincentium de Nobilibus alios inter celebres Oratores illuc advocavit, præconceptamque de eo existimationem auxit. Celeberrimæ Academiæ quæ in ædibus cl. Mecænatis D. Josephi Ruffo cogebatur, aggregatus, super Libros veteris Testamenti multas elucubravit Dissertationes quas Mss. reliquit, & cum plausu illo in eruditissimo cœtu semper habuit. A sacræ Majestatis Carolo Borbonio utriusque Siciliæ Rege invictissimo Regius Concionator constitutus, demandatum sibi munus quàm attentissimè explevit. Testes sunt ea de re Conciones in Regio Sacello habitæ, postque ejus mortem typis mandatæ a Dominico de Nobilibus Fratre unà cum aliis ejusdem Auctoris operibus, quæ tamen Vincentius ipse publici juris facere meditabatur: at morte præventus evulgare non potuit. Ejusdem etiam Regiæ Majestatis Vincentius de Nobilibus Thelogus fuit.

Regius Neapoli Concionator & Theologus.

II. Ampliationi exornationique nostræ Ecclesiæ S. Birgittæ operam suam cum aliis ejusdem Collegii Patribus eodem studio incensis probè præstitit; in eaque multis annis magna Eruditorum frequentia acclamationeque sacram Scripturam doctè explicuit. In eodem Collegio S. Birgittæ non semel Pro-Rectoris munere functus est. Demum vir de litteris, deque nostra Congregatione optimè meritus, repentino morbo correptus XV. Kal. Augusti 1742. ex hac vita decessit, ætatis suæ 62. Ejus Effigies in ejusdem Collegii Bibliotheca apposita est in per-

perenne tanti viri monimentum insequenti decorata inscriptione.

P. VINCENTIUS MARIA DE NOBILIBUS
CLERIC. REGUL. MATRIS DEI LUCENSIS
EXPLICANDIS S. SCRIPT. LIB. NULLI SECUNDUS
OB. NEAP. ANNO REPARATÆ SAL. MDCCXLII. ÆT. SUÆ LX.

§. I.

De Vincentii Mariæ de Nobilibus Operibus editis.

Orationes illas XV. de Passione Domini sub ementito S. Birgittæ nomine Romæ, Venetiis, Neapoli & Beneventi non semel procusas speciali Præfatione Vincentius Maria de Nobilibus confutavit castigavitque, atque in meliorem formam redactas edidit Neapoli typis Nicolai Valierci *A.* 1716. *in* 16. sub hoc Titulo: *Tesoro Celeste di Devozioni &c.* I.

Considerazioni Morali-Cristiane per un' Apparecchio di nove giorni alla solenne Commemorazione di tutti i Fedeli Defunti, e per istimolare la pietà de' Cristiani a porger suffragio alle anime del Purgatorio. In Napoli 1732. *in* 12. nec non 1749. *in* 4. II.

Meditazioni, ed Orazioni per un' Apparecchio di nove giorni alle due principali solenni Feste del Glorioso Protettore S. Gennaro, e per celebrare divotamente le ottave di dette solennità. In Napoli 1733. suppresso Auctoris nostri nomine. III.

Ragionamenti Cristiani sovra la morte Repentina e improvvisa, con un Ragguaglio della pia Congregazione della improvisa morte istituita nella Città di Napoli. In Napoli 1737. *in* 8. IV.

Lezioni sacre e Morali Tom. III. in 4. *In Napoli nella Stamperia di Angelo Vocola* 1749. *Opera Postuma*. Tom. I. sed ordine editionis tertius continet Lectiones XXIII. a Mundi Creatione ad ortum usque Abrahami. Habet etiam *Le Riflessioni sacre, e Morali dalla Nascita di Abramo sino alla morte di Giuseppe*: Tomus Secundus, sed ordine Primus comprehendit Lectiones XXXVII. *Sopra l' Istoria de' Patriarchi*. Tomus II. sed ordine Tertius amplectitur Lectiones XXII. *Sopra i Vangeli*; *Panegirici, e Discorsi sacri*; *Discorsi sacri e Morali sopra il Salmo* Miserere, *detti in Napoli ne' Venerdì di Quaresima nella Regia Cappella alle Reali Maestà delle due Sicilie. Predica della Passione di nostro Signor Gesù Cristo detta nel Venerdì Santo nella medesima Reale Cappella, con la Novena per l' Anime del Purgatorio*, iterum hic impressa. V.

Hæc

Hæc autem Vincentii de Nobilibus præclara monumenta, quæ ipse in mellius redigere meditabatur (ut sæpè dixerat) tenebris obruta jacerent, nisi noster Dominicus de Nobilibus Auctoris Frater, & Congregationis nostræ Scriptor haud vulgaris, de quo suo loco honorifica mentio facienda est, ea edi curasset. Quantum autem studii, & laboris ipse impenderit testatur Typographus hisce verbis: *Al P. Domenico de' Nobili, a cui e da suo Fratello, e da chi comandargli poteva fù raccomandato di dare alla luce le sue Opere, è convenuto faticar molto per metterle nel miglior ordine che ha potuto, acciò con onore comparir potessero al Publico.*

§. II.

De Vincentii Mariæ de Nobilibus Operibus Mss.

I. *Dissertazioni sopra la Sacra Scrittura fatte, e recitate nell' Accademia Ruffense. Tom. 1. in 4.*

II. *Sei assortimenti di meditazioni per gl' esercizj spirituali, e Ragionamenti adattati per detto tempo. Tom. 1. in 4.*

III. *Quaresimale per Monache, tutto appropriato allo stato delle Religiose opera per quanto si sappia non ancora fatta da altri, ne data alle stampe. Tom. 1. in. 4.*

IV. *Novena pel Natale del Signor nostro Gesù Cristo, detta nella Catedrale di Capua.*

V. *Illustrationes, & notæ Variorum, idest D. Augustini, Ambrosii, Basilii, Hieronymi &c. in sacrum Genesis librum. Tom. 1. in fol.* Faxit Deus ut hæc etiam ingenii sui monumenta, quæ ulla sine controversia Mss. reliquit, quandoquidem anno 1731. ea scriptis mandasse, suis litteris humaniter mihi aperuit, tandem lucem aspiciant.

§. III.

Testimonia Virorum Illustrium de Vincentio Maria de Nobilibus.

I. Julius Marchini in opere prænotato: *Riflessioni sopra la maniera di comporre l' Orazione Panegirica Lib. 3. cap. 2. pag.* 135. de nostro

ſtro Vincentio de Nobilibus hæc habet: *Il P. Vincenzo Nobili (di cui or non abbiamo, che le ſole Conſiderazioni Morali da me più sù citate; ma di cui tra breve averemo un corſo numeroſo non meno, che bello d' erudite Lezioni ſopra la Sacra Scrittura) e da eſſo apprender ſi può un maneggio vivaciſſimo di Metafore, una focoſa, e nobil maniera d' eſprimerſi*. De eo pariter cum laude ſcribit *Lib. I. cap. 6. pag. 36., & Lib. 2. cap. 4. pag. 79. & alibi*.

Typographus *Tom. I.* Lectionum ſuper Sacram Scripturam brevem ejuſdem Auctoris vitæ Synopſim Lectoribus ſubjiciens ait: „ Ecco finalmente che dopo di eſſere ſtate ammirate, e con „ univerſale applauſo udite, dopo che furono lungamente con l'Au„ tore ſepolte le Lezioni, ed i Panegirici del P. Vincenzo Maria „ de' Nobili della Congregazione della Madre di Dio, ſono or da „ me con piacere pubblicate alla luce, ſperandone dalla Repubbli„ ca Letteraria non ſolo approvazione, ma laude e ringraziamen„ to. Doverei io qui per far noto al Mondo un ſoggetto sì rag„ guardevole per la profonda e copioſa ſua dottrina, ſceltezza d' „ erudizione, eleganza e dolcezza di ſtile, vivezza di immagini, „ proprietà di ſimilitudini e paragoni, farvene una compiuta lode, „ e teſſervene un lungo Panegirico. Ma... tacerò tutto ciò che „ di giuſta meritata lode dir potrei di lui; ed in poche parole vi „ fò ſapere, ch' egli è ſtato uno degli inſigni Predicatori de'noſtri „ tempi, ed uno degl' illuſtri Soggetti della ſua Congregazione... „ onde ſenz' altro aggiungere da per voi medeſimo potrete ben „ conoſcere che ogni ſua Lezione e Panegirico, è il vero, e pro„ prio Elogio, che far potrebbeſi all'Autore. Per farvi concepi„ re la giuſta idea della preſente opera, ſaper dovete, che il P. „ Vincenzo Maria de Nobili per il corſo di otto anni fece le Lezio„ ni della Sacra Scrittura nella Chieſa del ſuo Collegio di S. Brigida „ di queſta Regia Capitale di Napoli, e ſempre con applauſo d'una „ copioſa ſceltiſſima Udienza che per udirlo a bella poſta, e con „ impegno concorreva non ſolo dalle più remote parti della vaſtà „ Città, ma da Borghi, e Caſali vicini. Ed il medeſimo pieno „ ſcelto concorſo vedevaſi in tutte le Chieſe, dove era invitato a „ predicare; e ſenza mai diminuirſi ſe lo mantenne con piacere di „ di quanti l' udivano ſino all'ultima ſua Predica &c.„ Et infra „ Le „ due operette, del Purgatorio, e della morte repentina, hanno „ incontrato ſi grande applauſo preſſo tutti i Letterati, che dive„ nute rariſſime ſi conſervano oggidì come coſe preziose &c. II.

Ad calcem Diarii Ludovici Marracii Senioris ad annum 1742. inſequens legitur Elogium: *Alli 18. del preſente meſe di Luglio è morto nella Caſa di S. Brigida il P. Vincenzo Maria de' Nobili Uomo celebre nell'Arte Oratoria, ed in molta ſtima preſſo i Letterati, e no-* III.

nobiltà della Città di Napoli. Per più anni spiegò nella suddetta Chiesa di S. Brigida la sac. Scrittura con grandissimo concorso, e plauso ... Era Teologo del Rè di Napoli, e suo Predicatore. Faticò assai per finire la fabbrica della Chiesa di S. Brigida. In detta Casa due volte esercitò la carica di Vicerettore. Il suo male è stato d' accidente, che in poche ore lo tolse di vita in età d' anni 62.

IV. In nostris Comitiis habitis Romæ 1745. hoc de eo extat monumentum: *In Domo Neapolitana S. Birgittæ ... die 19. Julii 1742. an. 60. decessit P. Vincentius de Nobilibus Lucensis, cujus præcipuè dexteritati & industriæ debetur amplissimæ Ecclesiæ constructio a medio areæ usque ad finem, tandem favente Deo, collectisque plurium Benefactorum symbolis absoluta. In ea inde per novennium sacrorum Bibliorum interpretationi cunctis diebus Dominicis vacavit, ea eloquentiæ ac eruditionis vi, ut famam sibi comparaverit, quam nulla ætas delebit.* In Libro Sacrarii ejusdem Collegii S. Birgittæ *pag.* 65. de eodem pariter laudabiliter agitur.

N O T Æ.

INscriptio apposita Iconi ejusdem Vincentii M. de Nobilibus supra relata, necnon Elogium mox exscriptum, atque in nostror. Comitior. Actis exaratum, eundem Vincentium anno ætatis suæ sexagesimo obiisse testantur; sed cum ipse XIII. Kal. Novembris 1680. natus sit, obieritque XV. Kal. Augusti 1742. constat an. eundem agen. LXII. ex hac vita migrasse.

ART.

A R T. XL.

De Antonio Sbarra.

ANtonius Sbarra Lucæ ortum habuit V. Id. Novembris 1673. Suæ nobilissimæ familiæ Primogenitus, mundi vanitates exosus, clàm è paterna Domo discessit, atque Romam se contulit, ut inter Nostros accenseretur. A Laurentio Parensio Rectore Generali humaniter exceptus, Neapolim missus est, ut in Domo tyrocinii suæ probationis tempus a nostris legibus præscriptum expleret. Anno igitur 1692. Clericali veste indutus, tanto animi ardore perfectionis iter arripuit, tanto studio ad exactas regularis disciplinæ leges se formavit, ut omnibus exemplo esset, quod imitarentur. Absoluto biennali tyrocinio XVI. Kal. Martias 1694. solemnia vota nuncupavit. Studiis Romæ confectis Alexandro de Podio socius datus est, ut in instituendo Collegio Mediolanensi operam præstaret suam. Ea in amplissima Civitate, Pagisque finitimis cùm concionibus, tùm catechesi, ac sacris Confessionibus excipiendis plurimùm adlaboravit, tantaque sanctitatis fama apud omnes de eo invaluerat, ut ab omnibus maxima coleretur observantia etiam a clarissimæ memoriæ Cardinali Odescalco ejusdem Civitatis Archiepiscopo, cui Congregatio nostra, ob innumera ab eo recepta beneficia, devincta semper erit. I. Vita ex Originali Alex. Berti collecta.

Eamdem sanctitatis famam Genuæ pariter assecutus est; & quamvis ipse de se demissè semper sentiret, ejus tamen virtutes domi forisque adeò splendescebant, ut essent in omnium admiratione. Sui semper similis pro animarum bono ad annum usque ætatis suæ septuagesimum strenuè laboravit, nec a proprii Instituti legibus unquam deflexit. Ibidem Pro-Rectoris officium exactè obivit. Virtutibus clarus, sanctisque operibus cumulatus decessit de repente in Oppido *Pietra Santa* nuncupato, dum Medicorum judicio Lucam petebat, ut nativi aëris salubritate fractas recuperaret vires. Dies ejus emortualis fuit VI. Kal. Augusti 1743. Alexander Berti ejusdem vitæ Synopsim italicè exaravit. II.

Institutionem nostri Collegii Mediolanensis historica narratione, latinoque sermone diligenter a se exaratam nobis reliquit, quæ Ms. in meo Archivio adservatur, cui Titulum hunc indidit: *Descriptio fundationis Domus, seu Collegii Mediolanensis*. In fol. III. Scripta.

Præterea in nostra Bibliotheca Genuensi Matris Dei extant Mss. ejus *Carmina Sacra* latinè concinnata, atque *Tomo I. in* 4. comprehensa; quo in Opere Auctoris pietas in Deum, Deiparam, & San- IV.

Sanctos magis magisque relucet, quibus labores suos hoc titulo consecravit: *Dedicatio Operis Sanctiss. Trinitati, Patri, Filio, & Spiritui Sancto, Jesu Christo Servatori Nostro, Coaeterno Filio Patris, Deiparae Virgini Mariae, Angelis omnibus, & Sanctis Dei mea Carmina do, dono, dedico.*

V. Laudes. In Libro Mortuorum Collegii Matris Dei Januensis ad an. 1743. sempiternum hoc reliquit P. Nicolaus Priani monumentum: *P. Antonius Sbarra Lucensis ex Patritiis Parentibus ortus, vir a teneris annis, virtutibus, proximo, & Caelo natus; dum ex consilio Medicorum remedium male affectae valetudini ex nativo aëre quaerit, in itinere inopinata ipsi socio suo religioso ex nostris homini morte obit in curru die 27. Julii, & in Fratrum Minorum Ecclesia in Thusciae Castello, quod* Pietra Santa *vocant depositi loco tumulatur. Primo ejus mortis nuncio in lacrymas abiere hujus nostrae Patriae pauperes, quos quaesitis undecumque eleemosynis vivens perpetuò sublevarat. Sanctimoniales plurimae, quae amissum vitae suae spiritualis ducem in tenebris lumen, in angustiis Paracletum defleverunt. Tota denique ferè Civitas, quae in ejus ad Deum precibus in virtutum omnium exemplis ab eo relictis, sartam tectamque incolumitatem suam habebat. Jacturam tanti viri, quem quasi suo nomine* Sanctum *appellare consueverant, compensaturi plurimi ex omni ordine homines ejus reliquias ex suis vestibus expetiere. Omnes ejus memoriam laudibus eximiis ornarunt; omnes a praesenti pestiferae luis periculo se ejus meritorum apud Deum praesidio, precumque tuentur. Apud nos in aeterna erit benedictione memoria ejus, quibus, quandiu inter nos vixit, exactissima regulae nostrae observantia, perpetuo de caelestibus colloquio, modestiae, humilitatis, patientiae, animarum zeli, omniumque virtutum exemplo praeluxit, orationis praecipuè quam non ad horas, sed ad omne suae vitae tempus domi forisque protraxit.*

VI. In additamentis Diarii Ludovici Marraccii Senioris hoc in tanti viri commendationem extat praeconium: „ 1743. A dì 27. Luglio in „ Pietra Santa, Terra ragguardevole del gran Duca di Toscana, „ appena entrato in Calesse per portarsi a Lucca morì il P. Antonio „ Sbarra Religioso di gran virtù dotato, e massime d' una purità „ Angelica, e di un gran dono d' orazione, per le quali sue virtù fù onorato come Santo ed in Lucca sua Patria, ed in Milano „ ove dimorò molti anni, e fù uno de primi compagni del P. Alessandro Poggi nella fondazione di quella Casa, ed ultimamente nella Casa di Genova, dove parimente è stato più anni, avendo sempre da per tutto data somma edificazione per l' esatta sua „ osservanza di tutte le regole, ancora delle più minute. Esercitò „ in Roma la carica di Prefetto delli Giovani, ed in Genova quella di Vicerettore. Morì in età di 70. anni. Ejus memoria semper in benedictione erit.

Fran-

Franciſcus Franchi in ſua Relatione de vita, & virtutibus ejuſdem Antonii Sbarra, hæc alia inter multa habet: „ Io France- „ ſco Franchi ſono ſtato per tre anni nel noſtro Noviziato di Chia- „ ja inſieme col P. Antonio Sbarra, e in tutto il tempo in cui hò „ dimorato con lui, non hò mai notato in eſſo alcuna traſgreſſio- „ ne di regola, benche minima, ne mai alcun minimo mancamen- „ to, ma ſempre l' ho conoſciuto per un fervente Novizio... In „ tutto quel tempo, in cui l' ebbi per compagno in Roma, non po- „ tei mai notare in lui alcuna traſgreſſione di Regola, benche mi- „ nuta, applicato ſempre allo ſtudio, alla Orazione, e alla mor- „ tificazione .... Nel Settembre del 1709. fù chiamato dal P. Aleſ- „ ſandro di Poggio a Milano, ove ſi applicò più che mai alla Ora- „ zione, e allo ſtudio per ſempre più abilitarſi a noſtri Miniſterj. „ Andava le Quareſime, mandatovi dal Signor Card. Odeſcalchi Ar- „ civeſcovo, per le Terre vicine, e vi faceva del gran bene... „ dicendoſi communemente che era un Santo Antonio....Nel 1723. „ fù aſſegnato di ſtanza alla noſtra Caſa della Madre di Dio di „ Genova ... e ſempre che ſono paſſato per quella Città l' ho tro- „ vato il medeſimo, tutto dato all' Orazione, e al ritiro della „ ſua camera ... Morì in caleſſe, appena partito dall'Oſteria della „ Poſta di Pietra Santa ... Queſto è quanto poſſo dire del noſtro P. „ Antonio Sbarra, un' altro S. Luigi Gonzaga prima del Sacerdo- „ zio, e Religioſo di gran lume di Dio nel guidar Anime dopo „ che ebbe l' incumbenza di udire le Confeſſioni &c. „ De eodem pariter honorifica fit mentio in noſtrorum Comitiorum Actibus anni 1745. in quibus eximiæ ejus virtutes magnificè extolluntur. VII.

Alex. Betti in ejus vitæ Synopſi.

A R T. XLI.

De Angelo Benedicto Brignole.

I. Vita e nostro Diario aliisque monument. excerpta.

Angelus Benedictus Brignole Genuensis in lucem editus est IX. Kal. Majas 1670. Inchoato Neapoli Tyrocinio VIII. Id. Maij 1689. sub attenta disciplina religiosissimi Viri Fulgentii Marraccii, eoque praeclarè absoluto III. Non. Junii 1691. vota nuncupavit sua. Studiorum curriculum, Caesare Trenta Philosophiae, atque Theologiae Lectore Romae confecit. Lucae in nostris Scholis Rethoricam laudabiliter docuit. Conciones Quadragesimales in multis Italiae Civitatibus habuit, potissimùm verò Romae, Neapoli, Venetiis, Mediolani, Genuae, & Beneventi. Benedicto XIII. Pont. Max. acceptus, spiritualibus privilegiis ab eo auctus est. Coloniae Genuensis Arcadum adscriptus, nonnulla poëtica monumenta publici juris fecit. Rectoris munus in nostro Collegio Genuensi per triennium exercuit. Religiosis moribus commendatus Genuae vitae hujus cursum absolvit V. Id. Novembris 1743.

II. Opera edita & Mss.

Per l' Ingresso alla Religione dell' Illma Signora Maria Teresa Cittadella nel Nobilissimo Monastero di S. Giustina col nome di D. Caterina Teresa. Canzone dedicata all' Emo, e Rmo Sig. Cardinale Bonvisi Vescovo di Lucca. In Lucca per Domenico Ciuffetti 1699. in 4.

III. *L' Amor di Dio. Centuria di Sonetti del P. Angelo Benedetto Brignole, chiamato tra gli Arcadi Libisto Trapezunzio. Dedicata alla Santità di Nostro Signore Papa Clemente XII. In Lucca per Salvatore e Gio: Domenico Marescandoli in 4.*

IV. *Compendio della Vita della B. Caterina da Genova. Ms.*

V. Reliquit etiam Mss. Concionum Volumina XXIV. & Orationes L.

VI. Laudes.

In nostris Comitiis anni 1745. insequentibus verbis ejusdem Angeli Benedicti Brignole memoria decoratur: „ P. Angelus Benedictus Brignole Genuensis annos 74. agens, vir pietati deditus, in „ concionibus sacris diu exercitus, in ultima sua aegritudine patientissimè tolerata, omnibus Ecclesiae Sacramentis refectus, de„ siit vivere Mundo, maerente Arcadum Academia, quae eum plura saepissimè, ac suaviter canentem audierat. „

VII. In Libro Mortuorum nostri Collegii Genuensis, hanc de eo P. Nicolaus Maria Priani memoriam exaravit: „ 1743. 10. Novembris „ P. Angelus Benedictus Brignole annum 74. agens hesterna die de„ functus, hac die sepulturae traditus est. Vir pietati in primis de„ ditus, in concionibus sacris diu exercitus, Divini Amoris etiam in-

,, inter Musas præco, ut testatur liber de Divino Amore poëticè
,, scriptus; in ultima ægritudine patientissimè tolerata omnibus Ec-
,, clesiæ Sacramentis munitus animam Deo reddidit, desiderio sui
,, inter complures, quibus charus fuit, principes cives relicto; mœ-
,, rente Arcadum Academia, quæ eum plura quotidie canentem,
,, tanquam urbanioris fistulæ compastorem excipere sæpissimè con-
,, sueverat.,,

In additamentis Diarii Ludovici Marraccii Senioris ad an.1743. VII.
hæc scriptis mandata legimus: ,, A dì 9. Novembre 1743. passò nel-
,, la Casa di Genova a miglior vita il P. Angelo Benedetto Brigno-
,, le Genovese in età di anni 73. Fù Rettore di quella Casa. Pre-
,, dicò la Quaresima nella Chiesa dello Spirito Santo di Napoli, nel-
,, la Catedrale di Benevento, ed in molte altre Città con molto
,, zelo. Dette alle stampe un Tomo di Poesie sacre. Fù Religioso
,, di illibati costumi, ed amatore della Santa osservanza, e in molta
,, stima presso la Nobiltà Genovese.,,

ART.

A R T. XLII.

De Henrico Burlamacchio.

I. Vita ex Diario aliisque monument. collecta. HEnricus Burlamacchius VI. Id. Februarii 1682. ex nobilissima Prosapia Lucæ natus est. Anno 1697. inter Nostros cooptatus Neapoli, Antonio Mansio Tyronum Præfecto, religiosæ vitæ fundamenta jecit. Completo exactè suæ probationis biennio, XVIII. Kal. Septembris 1699. solemnem professionem emisit. Romæ sub optimis Præceptoribus Dominico Perronio Neapolitano, & Antonio Maria Baccicalupio Genuensi, qui anno 1732. a Clemente XII. Pont. Max. ad Episcopatum Ventimiliensem assumptus est, Philosophiæ ac Theologiæ cursum feliciter absolvit. Neapolim deinde missus, in Collegio S.Birgittæ proximorum salutem cùm concionibus, tùm sacris Fidelium Confessionibus excipiendis procuravit. Genuæ in Ecclesia Metropolitana, aliisque in Civitatibus Conciones Quadragesimales habuit. Romæ item in Basilica S. Petri Apostolorum Principis per Adventum concionatus est. Politiores Litteras, reique antiquariæ studium excoluit. In nostris Comitiis habitis an. 1723. Rector, & Tyronum Magister nostræ Neapolitanæ Domus S. Mariæ in Porticu Suburb. Plag. renuntiatus, per triennium gravissima illa munia accuratè obivit, nec non Tyronum Domicilium, privatumque Sacellum exornavit. Religiosæ quietis amore flagrans ad Collegium S. Birgittæ iterum remeavit, cujus Bibliothecam plurimis selectisque Operibus auxit. Ibidem religiosissimo fine ex hac vita decessit Non. Junii 1744. Ejus Effigies in eadem Bibliotheca grati animi ergo locata est, cui adjecta hæc legitur Inscriptio.

P. HENRICUS BURLAMACCHI
CLERIC. REGUL. MATRIS DEI LUCENSIS
VIR PIETATE ET ERUDITIONE MELIORIBUS HAUD IMPAR
OB. NEAP. IN COLLEGIO S. BIRGITTÆ
ANNO REP. SAL.MDCCXLIV. ÆTAT. SUÆ LXII.

II. Opera edita & Mss. *Orazione Panegirica in lode di S. Agostino detta in Napoli nel giorno della sua Festa nella Chiesa de' Padri Agostiniani ... dedicata all' Illmo Sig. D.Paolo Doria. In Venezia per il Prodocimo* 1715.in 4.

III. Reliquit etiam Mss. præter Conciones Quadragesimales, & Orationes Panegyricas disertè elaboratas, *Virorum Illustrium Brevia Elogia*, seu rerum ab ipsis gestarum Synopsim latino sermone affabrè concinnatam, quæ digna certè est, ut in lucem prodeat; nec non

non *Somma Teologica dell'Angelico Dottore S. Tommaso distribuita in Discorsi Toscani per utile de' Parochi, de' Confessori, de' Predicatori, e per istruzione di chi brama sapere le più nobili verità della Cattolica Religione*. Tom. 4. in fol. in nostra Bibl. Neap. S. Birgittæ.

Nostrorum Comitiorum Acta anni 1745. hanc ei laudem tribuunt: *P. Henricus Burlamacchi Lucensis, Vir non uno nomine laudandus. Scriptioni, & lectioni addictus amplissimam librorum suppellectilem comparavit, qua post ejus mortem communis Bibliotheca mirabiliter ditata fuit. Lenta pectoris hydropi tactus, cujus per longum tempus sustinuit incommoda, illud sæpè recinens*: Mortem nec opto, nec timeo, *ex humanis exemptus est die sexta Junii* 1744. IV. Laudes.

Ad calcem Diarii Ludovici Marraccii Senioris hæc de eodem laude digna habentur: „ 1744. 5. Giugno nella Casa di S. Brigida „ alle ore 23. di detto giorno passò a miglior vita il P. Errico Burlamacchi, che per molti anni faticò in detta Casa, e fù sempre „ Religioso di buon' esempio. Fù Rettore della Casa di Chiaja, ed „ insieme Maestro delli Novizj. Predicò la Quaresima in più Città. „ Fù amantissimo delle belle lettere, e lasciò molte raccolte. Scrisse le vite latine in compendio di molti celebri Autori; e colle „ sue copiose raccolte hà arricchito non poco quella Libreria. Il „ suo male fù di Idropisia. Morì in età d'anni 62. con grandi sentimenti di religiosa pietà.„ V.

In Libro Sacrarii ejusdem Ecclesiæ S. Birgittæ *pag.* 65. hæc item verba leguntur: *Il P. Errico Burlamacchi Religioso di tutta probità, e dottrina morì in età di anni 62. munito di tutti i Sacramenti, e fù sepolto nella nostra sepoltura*. VI.

ART.

ART. XLIII.

De Petro Simone Schiava.

I. Vita ex Diario aliisque monument. excerpta.

PEtrus Simon Schiava Lucensis VIII. Id. Aprilis 1680. natus est. In Congregationem nostram ascitus, exactoque Neapoli Tyrocinio, XII. Kal. Augusti 1697. vota sua solemnia emisit. Lucæ scientiarum cursu absoluto, nostræ huic Campitellanæ Domui assignatus, in ea strenuus operarius semper extitit, atque pro animarum bono, potissimùm verò in excipiendis Christifidelium Confessionibus, moribundisque opem suam ferendo, ad extremum usque suos præclarè impendit labores, immò vitam ipsam profudit ob Confessionem Generalem auditam a Muliere maligna febri laborante, cujus morbum quantocyus contraxit. Ex hac vita migravit XVIII. Kal. Julii 1745. receptis maxima cum pietate religioneque Ecclesiæ Sacramentis. In hac nostra Romana Domo IX. an. Pro-Rectoris officium exercuit, sexennio Assistentis Generalis munere decoratus est. Otii inimicissimus plura volumina mox recensenda exaravit, quæ Mss. in hac nostra Bibliotheca adservantur.

II. Opera Mss. *Theologicum, Canonicum, nec non Morale Dictionarium nonnullis elucidationibus illustratum. Tom. I. in fol.*

III. *Serie sacra Cronologica de' Romani Pontefici, Concilj da essi tenuti, ò coll' assistenza de loro Legati. Origine degl' Ordini sacri e Militari con la nota in fine d' ogni Secolo degli Uomini Illustri che in quello vivevano. Tom. I. in fol.*

IV. *Studio Genealogico, e Geografico. Tom. I. in fol.*

V. *Istoria sacra del Vecchio, e Nuovo Testamento compendiata. Tom. I. in fol.*

VI. *Istoria della Città di Lucca con la serie de' Vescovi che hanno retta la detta Chiesa, e con le Iscrizioni che sono in Roma de' Lucchesi. Tom. I. in fol.*

VII. *Inscriptiones Sepulcrales nonnullarum Nobilium Familiarum Lucensium. In fol.*

VIII. Præterea extant etiam *Tom. II. in fol.* inscripti: *Varia*, in quorum secundo adest Historia veteris Ecclesiæ S. Mariæ in Campitello a Carolo Antonio Erra recensita in suo Opusculo prænotato: *Storia dell' Imagine, e Chiesa di S. Maria in Portico di Campitelli Cap. VIII. pag.* 42. quo in loco hæc habet: *Hò stimato bene dare al Lettore qualche notizia dell' antica Chiesa di S. Maria in Campitelli, intorno alla quale i Padri Francesco Leonardi, e Simone Schiava hanno lasciate due piccole Storie, che si conservano manuscritte nel nostro Archivio.* Ad

Ad calcem non semel laudati Diarii Ludovici Marraccii insequens de hoc nostro Auctore legimus Elogium : 1745. *Adì 14. Giugno alle ore 20. passò a miglior vita il P. Simone Schiava Lucchese in questa Casa di Campitelli, in cui esercitò per nove anni l' ufficio di Vicerettore, e per sei anni quello d'Assistente Generale. Fù assiduo in ascoltare le Confessioni, ed aveva buon numero di Penitenti, anche di nobiltà. E' stato sempre osservante delle nostre Regole, ed ha giovato a questa Casa anco nel temporale. La sua morte è stata di universale dispiacimento sì in Casa, come fuori. Hà lasciate molte memorie Mss. raccolte in varj Tomi. L' infermità è stata di febre maligna attaccatali da una Penitente inferma, da cui udì la Confessione Generale; e l' età sua era di anni 65. compiti.* IX. Laudes.

In nostris Comitiis an. 1748. hæc verba de eo habentur: *In Domo Romana*, obiit, *P. Simon Schiava animabus Sacramento Pænitentiæ expiandis addictissimus.* X.

A R T. XLIV.

De Quintino Roncaglia.

I. Vita ex Lib. Defunct. signato L. D. collecta.

QUintinus Roncaglia Patritius Lucensis, Constantini Roncaglia, cujus supra meminimus, Germanus Frater, atque Congregationis nostræ Theologus celeberrimus, & Rector Generalis X. natus est VIII. Id. Junii 1683. Optimis institutus disciplinis ad Congregationem nostram advolavit, in eaque expletis magna cum laude probationis suæ annis, VI. Id. Augusti 1700. ad solemnia nuncupanda vota ardenti studio admissus est. Romæ sub Dominico Peronio Philosophiæ atque Theologiæ sedulam navavit operam, quibus in scientiis adeò longè aliis excelluit, ut statim ab studiis Lector omnium suffragiis sit conclamatus. Eam laboriosam provinciam plurimis sustinuit annis, maximo cum Congregationis nostræ ornamento, atque bono. In sacra Theologia hic Romæ tanti Magistri auditor fui; ejusque ingenii vastitas & facilitas in enodandis explicandisque difficillimis etiam quæstionibus maximam semper mihi ac sodalibus meis admirationem excitabat. Eum pariter vitæ spiritualis Magistrum nactus sum. Hinc duplici vinculo ei obstrictus gratam sempiternamque beneficiorum memoriam de eodem me habiturum profiteor. Nec tantum perspicax acutumque ejus ingenium in rebus Scholasticis effulsit; sed in Dogmaticis quoque, Canonicis, Moralibus, Mysticis, ac Historicis quibuscumque inclaruit. Cubiculi & studiorum cultor ab aulis Principum semper abhorruit; dies noctesque in sanctis meditationibus, assiduaque sanctorum Patrum lectione, Doctoris Angelici potissimùm, cujus solidæ probatæque doctrinæ in perpetuum mordicus adhæsit, piè impendebat.

II. Post obita magna cum laude præcipua Congregationis nostræ munia Rectoris, Assistentis, & Procuratoris Generalis, abdicata in nostris Comitiis habitis Romæ anno 1735. a Cæsare Trenta suprema Congregationis Præfectura, in ejus locum Quintinus Roncaglia applaudentibus omnibus suffectus est VI. Non. Maji Rectorque Generalis X. renuntiatus hujusmodi Elogio: *Patres sedulo cogitantes de successore eligendo, præmisso ab omnibus Capitularibus juramento de eo in Rectorem Generalem assumendo, quem cæteris digniorem ducerent, primis schedulis, & favorabilibus omnium calculis voti compotes evasere; dum Divino annuente Numine, & Bma Virgine Maria Patrona nostra benignè favente Capitularium vota unanimiter colli-*

Rector Generalis X. renuntiatur An. 1735. die secunda Maji.

ma-

marunt in Ad. R. P. Quintinum Roncaglia, virum merito eximium, muneri parem, & dignitate majorem.

Universæ Congregationi singulari prudentia, studio, curaque annis undecim, & mensibus novem præfuit. In provehenda in sacra Rituum Congregatione V. P. Joannis Leonardii Congregationis nostræ Parentis causa totus fuit, cui peculiarem semper venerationem cultumque præstitit. Nostram hanc Romanam Bibliothecam locupletavit, Prædiaque ad uberiorem fructum reddendum instaurari curavit. Dum itaque potiora pro totius Congregationis, & hujus nostræ Domus moliebatur bono, diutina fractus infirmitate, summa religione præditus, ac Sanctis Ecclesiæ Sacramentis roboratus VI. Id. Januarii 1747. obdormivit in Domino: ejusque Effigiem Patres hujus nostræ Domus hac cohonestarunt inscriptione: III.

P. QUINTINUS RONCAGLIA LUCENSIS
CONGREGATIONIS CLERIC. REGUL. MATRIS DEI
RECTOR GENERALIS X.
PIETATE ET SCIENTIA INSIGNIS
POST ANNOS FERE DUODECIM IN REGIMINE EXACTOS
ROMÆ DECESSIT DIE VIII. JANUARII ANNI MDCCXLVII.
AETATIS LXIII. M. VII. D. II.

Præter scripta Philosophica & Theologica ab eo doctè elucubrata, reliquit Opus indefesso studio concinnatum *contra Lampridium pro Immaculata B. M. Virginis Conceptione in primo instanti*. Quod opus *Tom. I. in fol.* comprehensum, ac penè ad finem redactum, morte præreptus omnino absolvere non potuit; sed Ms. in Archivio Romano P. Generalis asservatur. Opus equidem doctissimum ac publica luce dignum, si Auctor extremam manum ei addere potuisset. IV. Opera Mss.

De Mystica Theologia Opusculum in fol. Tractatus etiam iste ad absolutas solidæ Theologiæ leges confectus, est mancus & imperfectus. V.

Præterea reliquit Tractatum *de Justitia & Jure*, nec non plurimas Casuum Conscientiæ Decisiones. VI.

Demum scripsit *de Virtutibus Theologalibus in gradu heroico in specie*. Quæ omnia Mss. in eodem Archivio conservantur. VII.

In nostris Comitiis anni 1748. hæc de eodem extat laudatio: *In Domo Romana*, obiit, *Ad. R. P. Quintinus Roncaglia Rector Generalis, doctrina, exemplo, prudentiaque nulli secundus.* VIII. Laudes.

In Libro Defunctorum Paræciæ S. Mariæ in Porticu in Campitello signato *L. D. pag.* 104. hoc item legitur præconium a P. Petro Maria Puccetti Paroco exaratum: „ Anno 1747. die 8. Januarii „ circa 4. noctis horam in Communione S. M. E. & Sacramentis IX.

 „ Pœ-

„ Pœnitentiæ, Viatici, & Extremæ Unctionis munitus, nec non
„ Pontificia Benedictione in articulo Mortis ditatus a Benedicto
„ XIV. specialiter obtenta, post diuturnam ægritudinem, gravesque
„ corporis cruciatus duobus circiter annis frequenter perpessos in-
„ victa animi patientia, & constantia, in hac Regulari Domo S.Ma-
„ riæ in Porticu in Campitello spiritum Deo reddidit R. A. P. Quin-
„ tinus Roncaglia Patritius Lucensis, Philosophiæ & sacræ Theo-
„ logiæ plurimis annis emeritus Lector, necnon Juvenum Magiste-
„ rio in rebus quoque spiritualibus, adhuc Juvenis sedulò ac lau-
„ dabiliter perfunctus: postea muneribus decoratus Rectoris Domus
„ Regularis S. Mariæ in Porticu in Campitello, Assistentis, & Pro-
„ curatoris Generalis, ac tandem omnium Electorum calculis to-
„ tius Congregationis Cleric. Regular. Matris Dei... Rector Ge-
„ neralis inauguratus mense Majo anni 1735. æquali prudentia, vi-
„ gilantia, ac zelo Regularis disciplinæ annis undecim, mensibus no-
„ vem universæ Congregationi præfuit... Vir tum pietate tum do-
„ ctrina illustris, sacra & prophana historia eruditus, Sanctorum
„ Patrum lectioni quàm maximè addictus, Philosophicis ac Theo-
„ logicis artibus, quæ in Scholasticam, Polemicam, Moralem, at-
„ que Mysticam dispertiuntur adeò excelluit, ut earumdem artium
„ Magistri quæcumque ad eum deferrent insurgentia dubia, & oc-
„ currentes difficultates, protinus ab eo præstantiorum Doctorum, ac
„ præsertim Angelici Præceptoris doctrina elucidatas referrent at-
„ que enodatas. Has inter ingenii dotes animi modestia enituit,
„ ab aula Principum, & ab eruditorum Virorum cœtu alienus, le-
„ ctioni atque divinarum rerum meditationi vacans dies transige-
„ bat, & quamplurimas noctis horas in Ecclesia, vel in Cella Ora-
„ tioni tribuebat... Parentem optimum amissum universa ipsius fa-
„ milia deflet, sed præsertim hæc nostra Romana Domus peculiari-
„ bus beneficiis ab eo acceptis adstricta, tum ob ejusdem novæ Do-
„ mus ædificium, cui dum præerat, non leves sustulit labores, atque
„ ærumnas, tum ob auctam & locupletatam ab eo communem Bi-
„ bliothecam quamplurimis & quidem selectis libris, tum ob resti-
„ tuta ejus prædia ad uberiorem fructum, & mirificè ornatam Tu-
„ sculanam recreationis Domum. Summo itaque animi mœrore
„ Patres sepulturæ Nostris communi tradiderunt ipsius Cadaver eo
„ ritu ac forma qua singuli nostræ Congregationis Sacerdotes tumula-
„ ri solent. „

X. In Libro pariter Archivii Patris nostri Generalis prænotato *Reg. de nostri Morti* ejusdem pia memoria hisce verbis concelebratur: *Il M. R. P. Quintino Roncaglia X. Generale della nostra Congregazione, soggetto qualificatissimo per la sua gran dottrina, e pietà morì in questa Casa di Campitelli alli* 8. *Gennaro* 1747. *in età di anni* 64. *dopo aver*

aver ricevuti con molta edificazione li Santissimi Sagramenti, e dati esempj di Eroica pazienza, e rassegnazione al Divino volere nella penosa, e longa sua infermità di idropisia di petto. Fù divotissimo del V. Padre Fondatore, e ne promosse la Beatificazione con tutto l' ardore. Visitava spesso il di lui sepolcro, e vi passava molte ore in Orazione, affermando che dal detto sepolcro del servo di Dio sentiva uscire una fragranza particolare, come ancora è stata sentita da più altre accreditate Persone. Adest etiam ad calcem Diarii Ludovici Marraccii Senioris ad an. 1747. de eodem plena uberrimaque narratio: sed ne fastidiosa repetitione Lectores fatigemus, data opera, ea quæ ibidem conscripta sunt, missa facimus.

ART.

ART. XLV.

De Carolo Roncaglia.

I. Vita ex Lib. Defunct. nostri P. Generalis collecta.

Carolus Roncaglia prælaudati Quintini Germanus Frater Lucæ ortum habuit VIII. Id. Januarii 1686. Neapoli nostræ Congregationis veste indutus, VII. Kal. Augusti 1704. solemniter Deo se devovit. Lucæ studiorum cursum absolvit. Ad Collegium Mediolanense recenter fundatum missus, ibidem multis annis religiosam vitam traduxit, concionibus, & sacris Confessionibus excipiendis addictus. In eodem Collegio Pro-Rectoris munus exercuit; Rector deinde renuntiatus temporalia ejusdem Collegii bona integro sui regiminis sexennio plurimum auxit. Pedum tumore correptus Neapolim anno 1747. se contulit, ut ejusdem loci salubritate bonam valetudinem recuperaret. At res ex sententia non evenit: ingravescente quippe morbo, cum de ejus salute nulla spes haberetur, spiritualibus adjutus subsidiis, Ecclesiæque Sacramentis ritè corroboratus, religiosa morte a nobis decessit IX. Kal. Septembris ejusdem anni 1747. in Collegio S. Mariæ in Porticu Suburb. Plag.

II. Opera edita.

E Gallica in Italicam linguam transtulit doctissimum opus ad Anglorum potissimùm vesaniam retundendam, Romanæque Catholicæ Religionis veritatem magis magisque obfirmandam, cui Titulus: *La Conversione dell' Inghilterra al Christianesimo paragonata colla sua pretesa Riforma. Opera tradotta dall' Inglese dal R. P. Nicerone Barnabita, e tradotta dal Francese in Italiano da un Padre della Madre di Dio. Dedicata all' Illmo, e Rmo Monsignore Lamberto Gaetano Ponsampieri Decano della Chiesa Insigne Collegiata di S. Michele. In Lucca per Giuseppe Salani, e Vincenzo Giuntini 1748. in 8.* Hujus libri, post obitum interpretis, Lucæ evulgati Carolum ipsū Roncagliam esse verum Auctorem liquidò constat ex facultate illi tributa a Quintino Roncaglia Rectore Generali, cum typis mandandi, quæ ibidem legitur *pag. CXIX.*

III. Laudes.

In mei Archivii Codice inscripto: *Registro de' nostri Morti L. C.* de eodem Carolo Roncaglia hoc extat monumentum: *Il P. Carlo Roncaglia morto in Chiaja alli 24. Agosto 1747. in età di anni 61. compiti, è stato sei anni Rettore della Casa di Milano, e tra li primi Padri mandati a quella nuova fondazione. Con sentimenti di grande edificazione, e di perfetta rassegnazione al Divino volere sene passò al Signore, dopo aver ricevuti con molta pietà li Santissimi Sagramenti. Rettore della Casa di Milano avvantaggiò assai li stabili della medesima*

ſima con la ſua attenzione , e diligenza , ed accrebbe quella Libraria con buone opere .

In noſtris etiam Comitiis an. 1748. de eo præclare agitur hiſce verbis : *In Domo Neapolitana S. Mariæ in Porticu* (obiit) *P. Carolus Roncaglia , qui ſe exemplum colligendi ad extremum diem Noſtris omnibus præbuit .* IV.

ART.

A R T. XLVI.

De Ascanio Arnulfinio.

I. Vita ex Lib. Actor. Congregat. Ascanius Arnulfinius XVI. Kal. Julii 1682. Lucæ claro genere natus est. Ab ineunte adolescentia nuncium seculo remittens, Congregationi nostræ nomen dedit. Neapoli in Domo Tyronibus mancipata, per biennium in omni virtutum genere probatus, anno sæculari 1700. sexto Id. Augusti, ut solemnia profiteri posset vota locus ei datus est. Studiis Romæ confectis, Lucæ Rethoricam publicè docuit, ubi & Congregationi nobilium Adolescentulorum Præfectus, eos in Christiana pietate informavit. Mediolanum anno 1719. missus eadem munia pari cum fructu & laude exercuit. Magno semper in pretio apud illam Nobilitatem fuit. Ejusdem Collegii Mediolanensis Rectoratum gessit, eique haud exiguum emolumentum attulit. Religiosis moribus ornatus, pro æterna animarum salute in tuto collocanda navus extitit operarius. Obiit Lucæ III. Id. Aprilis 1750.

II. Opera edita. *Dissertazione Istorica intorno all'Invenzione del Corpo di S.Pantaleone Medico, e Martire Nicomediense, seguita nella Città di Lucca l'Anno* 1715. *In Lucca per il Ciuffetti* 1718. *in* 4.

III. *Relazione delle virtuose azioni della Serva di Dio Anna Regina Guizzetti Melli Milanese. Dedicata a sua Eccellenza la Signora Marchesa D. Claudia Visconti. In Milano, nella Regia Ducal Corte, per Giuseppe Richino Malatesta stampatore Regio-Camerale* 1740.*in* 4.

IV. Laudes. In nostris Comitiis anni 1751. his verbis ejus condecorata fuit memoria: *In Domo Lucensi P. Ascanius Arnolfini, vir pietate, & exemplo omnibus charus obiit die* 11. *Aprilis* 1750.

V. In Libro Defunctorum nostri Collegii Lucensis pag. 8[illegible] num 1750. in ejusdem Ascanii Arnulfinii laudem hæc l[illegible]

Die 11. *Aprilis post primam noctis horam, animam Deo tradidit P. Ascanius q. Ferdinandi Arnolfini Patritii Lucensis Filius, qui ab ineunte juventute inter Nostros cooptatus, ibique studiorum cursu peracto, Scholarum, & Congregationum Adolescentium cura in hac Domo suscepta, in excolendis eorum animis tum pietate & exemplo, cujus semper præclarum specimen dedit, tum literis informandis, in quibus non mediocriter versatus fuerat, sedulo incubuit: donec Mediolanum evocatus, ibique Rectoris etiam munere functus, in Patriam reversus, dum ruri ex laboribus solatium quæreret, apoplexiæ ictu correptus, & sacræ Eucharistiæ, & extremæ unctionis Sacramentis munitus, sexagesimum octavum expletum ætatis suæ annum agens,*

agens, eadem pietate qua vixerat, etiam extremum obiit diem &c.

Alexander Pompejus Berti in suo Diario ad diem 18. Aprilis VI.
1750. hæc de eodem Arnulfinio scripsit: *Questa sera con le lettere di Lucca è venuta la nuova della morte del P. Ascanio Arnolfini Nob. Lucch. della nostra Congregazione, buon servo di Dio, di grande osservanza, e mortificazione. E' stato molto tempo a Milano nella nostra Casa di S. Pietro in Campo Lodigiano, ove fù anche Rettore, e faceva fiorire l' osservanza. Fece il Giovanato in Roma. Poi fatto Sacerdote passò a Lucca, ove fece la Scuola della Rettorica, e quelle Congregazioni. Fù poi mandato a Milano, e per tutto fù molto esemplare, e di osservanza esatta. Era di coscienza innocente ed illibata. Tollerò però qualche croce con invitta pazienza. Fù sorpreso in Campagna col Canonico suo Fratello da accidente apopletico, e riportato a Lucca nella nostra Casa di Cortelandini munito degli ultimi Sacramenti rese l' anima al Signore il dì 11. Aprile.*

A R T. XLVII.

De Sebastiano Paulio.

I. Vita ex Commentar. Epistolar. Cl. Viri Pauli Mariæ Paciaudi Cler. Reg. decerpta.

SEbastianus Paulius Lucensis, eruditione cùm sacra, tum prophana clarus, Scriptor, atque Orator celeberrimus Prid. Non. Novembris 1684. natus est. Egregiam indolem nactus, statim eximiam ingenii spem popularibus suis injecit. Politioribus Litteris Lucæ, Philosophiæ Pisis egregiam navavit operam. Unum supra vicesimum annum agens,regularem vitam profiteri cupiens, sub attenta nostri Claudii Demiville Burgundi disciplina Neapoli anno 1705. tyrocinium incœpit, eoque an. 1707. juxta nostras leges absoluto ad tria solemnia vota nuncupanda VI. Non. Julii ejusdem anni omnium suffragiis exceptus est. Lucam deinde sacræ Theologiæ addiscendæ causa contendit, ubi pariter Juventutem illam, Rethoricam docuit; & Academiæ *dell' Anca* nuncupatæ præsedit maximo litterarum incremento, ejusdemque studiosæ Juventutis bono. In Arcadum Collegium, cœtus universi consulto cooptatus, *Thedalgus Tenejus* dictus est, dignusque habitus Peneja, & Parnasside lauro. Imo nulla ferme fuit Academia, quæ laudi & ornamento non duxerit illum sibi socium adsciscere. In quibus seu soluta, seu ligata diceret oratione, omnium admirationem adeò excitabat, ut nemo esset, qui ei in omni litteratura primas non concederet.

II. Adversa interim affectus valetudine Neapolim an. 1713. migravit, ibique brevi tempore pristinis donatus viribus, mihi atque sodalibus meis sacræ eloquentiæ præcepta tradidit, novumque concinnavit opus prælo dignum, ad ritè concionandi munus peragendum. Hinc illi maximas debemus gratias pro sua diligentia, studio, curaque in eliminando a Nostris adulterino fucatoque dicendi genere, quo superioris sæculi plures Oratores delectabantur; & in solida genuinaque eloquentia substituenda, qua domesticos informavit.

III. A docendi munere expeditus, studiis gravioribus impensius operam dedit. Cum enim probè sciret virum sacris muniis officiisque sustinendis addictû,Sacra potissimum,atque Ecclesiastica doctrina & eruditione pollere debere;in Divinis scripturis, in Patribus, in Conciliis, & in Ecclesiæ historia ità profecit, ut Bibliorum quæstiones magna Auditorum frequentia copiosissimè sit interpretatus; ac Concionum Quadragesimalium dicendarum Apostolicum munus susceptum plusquam triginta annos præclarè exercuerit eo plausu & acclamatione, eo populorum concursu admirationeque, ut ab omnibus

bus Civitatibus certatim conquisitus expetitusque, non semel in eodem sacro suggestu perorare coactus fuerit. Bis enim apud Carolum VI. Imperatorem Augustum, Romæ, & Bononiæ; ter Venetiis, Augustæ Taurinorum, Melitæ, Panormi, Neapoli, Genuæ, Senis, Faventiæ, Urbevetere, aliisque in celeberrimis Italiæ Civitatibus conciones habuit. Hinc illius amicitiam appetiere viri hac nostra ætate, doctrina præstantissimi, Orsius, Salvinius, Lazzarinus, Manfredius, Fontaninius, Santinellius, Georgius, Valisnerius, Garellius, Zenus, Caryophilus, I. Valetta, Blanchinius, Maffejus, Matthæus Ægyptius, Paciaudius, Muratorius, cui & torquem aureum Caroli VI. Imperatoris jussu detulit. Ejusdem augustissimi Monarchæ Theologus, atque in Regno Neapolitano olim Historicus fuit. Sacri etiam Hierosolymitani Ordinis Historicus renuntiatus, ejusdem militaris Ordinis Diplomaticam conscripsit Historiam. Academiæ Ecclesiasticæ Historiæ a Josepho Cardinali Spinellio, qui Paulium peramanter colebat, Neapoli institutæ adscriptus, in illo doctissimorum Virorum cœtu magnam semper sibi eruditionis famam comparavit. Concilio Romano a Benedicto XIII. Pont. Opt. Max. anno 1725. in Lateranensi Basilica habito Sebastianus Paulius uti Theologus interfuit, Diatribamque scripsit ad Patres ejusdem Concilii de Ecclesia Lucensi, in qua multa & præclara de sacra Geographia disputavit. In syllabo Theologorum ejusdem Concilii editi Romæ an. 1725. nostri Sebastiani nomen legitur.

Cæsareus Concionator.

Caroli VI. Imper. Theologus, & Historicus. Hierosolymit. Ordinis Historicus.

Concilii Lateran. sub Benedicto XIII. Theologus.

IV.

Congregationis nostræ Procurator Generalis renuntiatur.

Congregationem nostram tenerrimo semper dilexit affectu. In nostris Comitiis habitis Romæ anno 1729. Procurator Generalis renuntiatus, Patres insequenti Elogio ejus electionem exornatam voluere: *Proposita tandem electione Procuratoris Generalis, Patres volentes aliquam animi significationem ostendere erga P. Sebastianum Pauli, qui summa laude, & nostræ Congregationis honore munus Apostolicum exercuit, & exercet, bis apud Cæsaream Majestatem, & in præcipuis Italiæ suggestis, fuerunt in sententia quod primo loco proponeretur ad tale officium, & datis calculis placuit.* In Collegio Neapolitano S. Birgittæ Rectoris munus pariter gessit, atque in eo novam amplamque instruxit Bibliothecam non sine maxima impensa; quam Bibl. selectissimis Operibus copiosè locupletavit, eique Museum adjecit nedum veteribus monumentis, & rerum naturalium copia, sed & illustrium Pictorum graphidibus refertum.

V.

Augusta Taurinorum redux anno 1747. ubi Concionibus Quadragesimalibus, ob male affectam valetudinem, finem imposuit, Neapolim iterum petiit. Etsi firma corporis constitutione, optimo habitu, maximisque viribus præditus videretur, alternis tamen morbi vicissitudinibus sævius conflictari cœpit. Incidit in mortiferam hydropisim, qua biennii spatio laborans absumtus est, ac sublatus anno

ætatis suæ LXVI. Mense VII. die XVI. omnibus quæ Christianum, quæque Religiosum hominem decent, piè persolutis XII. Kalendas Julias MDCCLI. Rerum ab eo gestarum Synopsim cultissimo stylo concinnavit Cl. Vir Paullus Maria Paciaudius e nobilissima æque ac doctissima Clericorum Reg. Familia, atque de nostra Congregatione optimè meritus. Predictam Synopsim Neapoli evulgavit typis Novelli de Bonis eodem anno 1751. *in* 4. cui titulum hunc præfixit: *Paulli Mariæ Paciaudi Cl. Reg. Presbyteri de Rebus Sebastiani Paulii Congregationis Matris Dei Commentarius Epistolaris ad Scipionem Maffejum.* Hujus Epistolaris Libelli frons ex adverso refert Numisma Sebastiani Paulii effigie ac nomine ex una parte insignitum, ex altera illis Propertii verbis *III. Eleg. I.* lauro in corollæ formam circumornatis notatum, scilicet: *At non ingenio quæsitum nomen ab ævo excidet*. Atque infra hæc in perenne monimentum leguntur: *Paullus M. Paciaudius Cl. R. Dulcissimæ Memoriæ Caussa*. Hujusmodi Paulli Mariæ Paciaudi Commentarius Epistolaris de rebus Sebastiani Paulii recusus est Romæ.

Patres Collegii nostri Neapolitani S. Birgittæ, Pauli beneficiorum memores, ipsius Iconem in eorundem Bibliotheca ab eo constructa exornataque locarunt, cui hanc subjecere inscriptionem.

SEBASTIANO PAULIO LUCENSI CONGREG. MATRIS DEI
VIRO DOCTRINA AC ELOQUENTIA CLARO
OB CONDITAM IN HOC COLLEGIO BIBLIOTHECAM
ET VARIO LIBRORUM AC NUMISMATUM
GENERE INSTRUCTAM
SODALES PP. ANNO CIƆIƆCCLIII.

Hic prætereunda haud est alia inscriptio, quam Cl. Michael Joseph Morei Arcadiæ Custos, sub Paulii effigie ære incisa, in Tomo Arcadum unà cum Auctoris vita propediem edenda apposuit.

C. V. C.

Θ. THEDALGO. PENEJO. P. A.
ORATORI, ET. HISTORICO.
TARGESTES. CRETIDES. P. A.
COLONIÆ. MYTIRTÆÆ. NOMINE.
VRO. CL. SOC. BM. P.
OLYMP. DCXXXII. AN. III. AB. A. I.
OLYMP. XVI. AN. II.

§. I. *De*

§. I.

De Sebastiani Paulii Operibus editis.

VIX ex ephebis exierat Sebastianus Paulius, cum prima ingenii sui monumenta edidit Lucensibus typis hoc titulo: *Sonetti in occasione di celebrarsi la solennità della SS.Vergine addolorata nella Terra di Villa Basilica con una Parafrasi in verso dello* Stabat Mater &c.Quo in genere Poëseos alia nonnulla evulgavit suppresso nomine. Inter quæ prætereundus non est Italicus Rhythmus in honorem S. Thomæ Cantuariensis, quem Lucæ impressit typis Frediani 1711. dum nostrarum scholarum Juventus in laudem ejusdem Sanctissimi Præsulis Academiam habebat. Posterioribus annis iterum eusus typis Ciuffetti. Legitur etiam iisdem typis, sed suppresso Auctoris nomine *Componimento per Musica diviso nelle tre giornate della Celebre Funzione delle Tasche della Serenissima Republica di Lucca l'Anno* 1711. nec non anno 1722. prodierunt Lucæ *Sonetti Pastorali di Tedalgo Penejo per la Monacazione di Maria Virginia Bottini*. Sub Thedalgi Peneji nomine latet Sebastianus Paulius, ut ex supra dictis liquet. I.

La costanza combattuta negli accidenti di S. Eustachio Martire, Opera tragicomica col nome anagrammatico di Anastasio Paubeli. Venezia Napoli per Isippo Prodrocimo 1710. *in* 12. II.

Disquisizione Istorica della Patria, e Compendio della vita di Giacomo Amannati Piccolomini, Cardinale di S. Chiesa, detto il Papiense, Vescovo di Lucca, e di Pavia. In Lucca presso Pellegrino Frediani 1712. *in* 4. III.

Ephemerides Venetæ anni 1712. *Tom. X. pag.* 511. hæc de eodem Opere habent: „ Il P. Sebastiano Paulì Sacerdote della Congre-
„ gazione de Chierici Regolari della Madre di Dio, prova molto
„ eruditamente essere Lucca, e non Pescia la vera Patria del Car-
„ dinale Amannati, e ne illustra le azioni particolari della vita di
„ lui con molti gravi riscontri e autentici documenti. „

Della Poesia de' Santi Padri Greci e Latini ne primi secoli della Chiesa.In Napoli nella Stamperia di Bernardo-Michele Raillard 1714. *in* 8.„ L'Autore (subdunt Ephemerides Venetæ)adempie molto bene IV.
„ il suo assunto, tuttoche ex professo non più da altri intrapreso. Tom. 23.pag.465.
„ Il celebre Sig. Costantino Grimaldi Regio Consigliere, deputato
„ alla Revisione del Libro, con tutta giustizia attesta d' averlo ravvi-
„ sato ripieno di dottrina, e di erudizione degna d' essere pubblicata
„ alle stampe.

Difesa delle Censure del Sig. Lodovico-Antonio Muratori contro l'Eu- V.

l' Eufrasio. Dialogo di due Poeti Vincentini. In Napoli per Niccolò Nasi 1715. *in* 8.

Loc. laudat. Tom.: 4. pag. 400. „ I due Poeti Vicentini si possono gloriare, che se le cose loro „ non sono state approvate dal Pubblico, hanno però meritato „ l'onore d'essere considerate, e censurate da tre de i più celebri „ Letterati d'Italia, cioè da Sigg. Muratori, ed Amenta, e dal „ P. Pauli, negli scritti de quali viverà certamente il lor nome „ viè più di quello che sarebbe vivuto ne' loro poetici compo- „ nimenti. „

VI. *Della Vita, e Virtù della Serva del Signore Elisabetta Albano del Terzo Ordine di S. Francesco Libri due. In Napoli per Domenico Roselli* 1715. *in* 4.

VII. *Prefazione all' Opera di Giacomo Antonio del Monaco sul culto Asinino attribuito agli antichi Cristiani. Napoli* 1715. *in* 4.

VIII. *Vita del Ven. Monsignor F. Ambrogio Salvio dell' Ordine de' Predicatori eletto Vescovo di Nardò dal Santo Pontefice Pio V. e di altre notizie Storiche spettanti a quella Chiesa. In Benevento nella Stamperia Arcivescovale* 1716. *in* 4. Paciaudius in suo Elencho Operum Sebastiani Paulii scribit prælaudatam vitam impressam esse Neapoli anno 1715. De ea autem Ephemeris Veneta hæc habet: „ Correegesi „ dall'Autore qualche abbaglio preso dall' Ughelli, e da altri va- „ lentuomini; e mostrasi da per tutto una buona critica, ed un' „ ottimo gusto, ed in somma l'opera è degna del suo Scrittore. (Tom. 29. Art. 14. Pag. 351.)

IX. *Vita di Filippo Macchiavelli Eremita Camaldolese. Napoli per Felice Mosca* 1716. *in fol.* Legitur in fronte Libri inscripti: *Notizie di S. Romualdo, e suoi Beati Compagni del P. Filippo Macchiavelli Eremita Camaldolese della Congregazione di Monte Corona.*

X. *Lettera al Signor Marchese Scipione Maffei sopra tre Manoscritti Greci. Venezia* 1719. *in* 8. Extat etiam in non semel laudatis Venetis Ephemeridibus *Tom. XXXII. Art. III. pag.* 58.

XI. *De Ritu Ecclesiæ Neritinæ exorcizandi aquam in Epiphania Dissertatio ad Illustrissimum & Rmum D. Antonium Sanfelicium Neritinorum Antistitem. Neapoli typis Felicis Mosca* 1719. *in* 4. Laudatur hæc Dissertatio non semel a Cl. Viro Josepho Catalano, ut infra §. III. inter Elogia videbimus. Laudatur etiam in Opere, cui titulus: *Lettera Apologetica dell' Esercitato Accademico della Crusca contenente la Difesa del Libro intitolato Lettere d' una Peruana per rispetto alla supposizione de' Quipu &c.* edito Neapoli MDCCL.

XII. *Mantissa nummorum Byzantinorum*. Hoc Opusculum satis eruditum Sebastianus Paulius inseruit Operi Bartholomæi Beverinii de Ponderibus, & Mensuris III. Editionis Lucæ impresso 1719. *in* 8. Recole ea, quæ supra diximus in recensendis Operibus ejusdem Beverinii.

No-

Novam editionem celeberrimæ Tragœdiæ, *Merope* nuncupatæ Cl. Viri Scipionis Maffei curavit, eamque edidit Neapoli prælo Felicis Mosca anno 1719. *in* 8. cum notis, atque erudita Dissertatione. In ea excellentiam ejusdem Operis expendit. Librum item ejusdem Auctoris inscriptum: *La Scienza Cavalleresca* nova Præfatione disertè illustravit, ediditque Neapoli *an.* 1721. XIII.

De ambabus hisce editionibus in Ephemeridibus Venetis hæc legimus: „ Il P. Pauli ha ultimamente procurata nella Stamperia di „ Felice Mosca nel 1719. una nuova impressione della Merope, „ Tragedia del Sig. Marchese Maffei in 8. Alla Tragedia si premet- „ te la consueta Lettera dedicatoria, e innanzi a questa si legge „ uno assai erudito, ed or la prima volta impresso Ragionamento „ di Tedalgo Pastore Arcade sopra la Merope .... In questo Ra- „ gionamento và Tedalgo, nome Arcadico del suddetto P. Pauli, di- „ saminando l' artificio, e le bellezze generalmente di tutto questo „ Poema, e spezialmente delle sue parti costitutive, siccome poi „ nel fine di questo Volume abbiamo dell' istesso Editore (Paulii) non „ poche Annotazioni sù varj luoghi del Poema stesso . . . Allo „ stesso P. Pauli sarà tenuto il suddetto Sig. Marchese Maf- „ fei, anzi tutto il publico d' una sesta edizione che qui si và fa- „ cendo de tre Libri della *Scienza* chiamata *Cavalleresca*, e d' una „ nuova sua Prefazione con cui quel dotto Religioso gl' ha illu- „ strati. „ Tom. 33. Art. 13. pag. 447.

De nummo aureo Valentis Imperatoris Dissertatio, in qua, & de C. Cejonii Ruffii Volusiani Præfectura, & Gente fusius differitur. Lucæ typis Sebastiani Dominici Cappuri 1722. *in* 4. & Venetiis in opere cui titulus *Raccolta d'Opuscoli scientifici* 1741. *Tom.* 24. XIV.

Ragionamento sopra il titolo di Divo dato agl' antichi Imperadori. In Lucca per Sebastiano Cappuri 1722. *in* 4. nec non Venetiis in mox laudata Collectione *Tom. XV.* Vinciolus in laudem dictorum opusculorum hæc habet: „ Hujus, Paulii, doctrinam ac eloquentiam benè „ indicat Dissertatio de Titulo *Divi* Imperatoribus dato, quam Vien- „ næ, cum sacri Oratoris munere apud Cæsarem fungeretur, in no- „ bilissima Virorum illustrium Academia recitaverat, mox edita Lu- „ cæ typis Sebastiani Cappuri an. 1722. in 4. cura, & studio Petri „ Pauli, Auctoris fratris, ut ex Epistola apparet ad Ab. Hierony- „ mum Bonvisium. At qua eruditionis, & eloquentiæ laude non „ mirantur viri docti aliam Dissertationem iisdem typis, & anno im- „ pressam „ *de nummo Aureo Valentis Imperatoris* „ penes Cl. Vi- „ rum Apostolum Zenum, ponderis aureorum Hungaricorum ferè un- „ decim cum dimidio, in qua & de C. Cejonii Ruffii Volusiani „ Præfectura, & Gente fusius differitur? Non hæc tamen miramur „ sola, ut & de his, & de aliis testantur Venetæ Ephemerides Tom. „ 34. art. 12. pag. 380. „ XV. Epist. de XII. Lucens. Viris Cong. Matris Dei pag. 27.

Re-

XVI. *Relazione de solenni Funerali fatti in morte di D. Giovanna Pignattelli Duchessa di Monteleone*. *Napoli* 1723. nec non *In morte di D. Maria Chiara Imperiali Spinelli Marchesa di Fuscaldo* 1743. *in fol.*

XVII. *Dedicatoria alla Perfetta Poesia del Muratori*. *Venezia per Sebastiano Coleti* 1724. *in* 4.

XVIII. *Orazioni*. *In Lucca per Sebastiano Domenico Cappuri* 1724. *in* 4. Orationes hæ eximia laude prædicatæ ab omnibus eruditis, Lucæ fictè, at verè Neapoli primùm editæ typis Felicis Mosca, sequentibus annis ab Auctore novis accessionibus locupletatæ prodierunt cùm Lucæ an. 1738. tum Venetiis 1743. 1748. & 1750. Postrema hæc editio omnibus aliis auctior. In Ephemeridibus Venetis sparsim laudantur *Tom.* 33. *pag.* 444. *Tom.* 35. *pag.* 436. 457. & 524. nec non in Epistola Hiacynthi Vincioli *pag.* 28. Sæpissimè etiam eas concelebrat Julius Marchini in suo Opere prænotato: *Riflessioni sopra la maniera di ben comporre l' Orazione Panegirica*, edito Lucæ *an.* 1733.

XIX. Cum ex Decreto Benedicti XIII. Pont. Max. emanato in Concilio Romano anno 1725. omnes Episcopi, etiam Apostolicæ Sedi immediatè subjecti Metropolitam seligere obstringerentur; ne pervetusta Ecclesia Lucana, quæ in Romana Provincia semper extitit, summoque Pontifici, tanquam suo Metropolitæ semper paruit, prædicto Decreto subjiceretur; & ut ejus privilegia sarta tectaque servarentur, Sebastianus Paulius laudati Concilii Theologus eruditam doctissimamque Dissertationem ad PP. ejusdem Lateranensis Concilii dedit inscriptam: *Sacra Congregatione Particulari a Sanctissimo Deputata Lucana Jurium Episcopalium pro Insigni Ecclesia Lucana*. *Romæ Typis Rev. Cam. Apostolicæ* 1725. *in fol.*

XX. In Opere, cui Titulus: *Lezione Accademica intorno l' Origine delle Fontane con le Annotazioni per chiarezza maggiore della medesima di Antonio Valisnieri &c.* edito Venetiis *an.* 1726. *in* 4. *pag.* 374. legitur *Una Lettera del P. Sebastiano Pauli intorno ad una Fontana osservata in Puglia ne Feudi del Sig. Principe di Torella che conferma il Sistema del medesimo*.

XXI. *Annotazioni Critiche sopra il nono Libro del Tom. II. della Storia Civile di Napoli del Sig. Pietro Giannone in* 12. suppresso nomine, editionisque loco. Has Adnotationes edidit Sebastianus Paulius an. 1731. Quo pariter anno prodiit suppresso item nomine *La Risposta alle Annotazioni Critiche sopra il nono Libro della Storia Civile del Regno di Napoli*. Hujus autem Responsionis Auctor dicteria convitiaque in Sebastianum Paulium fundit. Acta etiam Eruditorum Lipsiæ an. 1732. maledicta in eum congerunt, ut Giannonium Romanæ Ecclesiæ obtrectatorem propugnent: sed eum pleno calamo refutat, evertitque Cl. & doctissimus Vir P. Bianchi Lucensis O. Observantiæ S. Francisci, Scriptor illustris ac celeberrimus.

Della Podestà e della Politia della Chiesa contro le nuove Opinioni di Pietro Giannone da Gio. Antonio Bianchi Frate Osservante dell' Ordine de Minori Tom. VI. in 4. *In Roma* 1751.

" Co-

Codice Diplomatico del sacro Militare Ordine Gerosolimitano oggi di Malta, Raccolto da varj documenti di quell' Archivio, per servire alla storia dello stesso Ordine in Soria, e illustrato con una Serie Cronologica de gran Maestri che lo governarono in quei tempi, con alcune notizie storiche, Genealogiche, Geografiche, ed altre osservazioni. In Lucca per Salvatore, e Giandomenico Marescandoli. Tom. II. in fol. Primus prodiit an. 1733. secundus verò an. 1738. XXII.

Franciscus Ficoroni in erudito suo Opere inscripto: *I Piombi Antichi*, edito Romæ typis Mainardi 1740. *in* 4. nostri Sebastiani Paulii labores in colligendis illustrandisque Diplomatibus ejusdem sacri Ordinis Hierosolymitani permultum extulit. XXIII.

Solenni Esequie di Maria Clementina Sobieski Regina dell' Inghilterra celebrate nella Chiesa di S. Paterniano in Fano dall' Illmo, e Rmo Monsignor Giacomo Beni Vescovo di detta Città li 23. Maggio MDCCXXXV. e descritte da Sebastiano Paoli della Congregazione della Madre di Dio. In Fano appresso Gaetano Fanelli Stampator Vescovale, e del S. Uffizio. In fol. Legitur etiam Oratio funebris ejusdem Sebastiani Paulii, qui eodem anno ibidem Conciones Quadragesimales habuit. In folio prænotato: *Supplemento alle Novelle di Pesaro num. XXI. die* 31. *Maggio* 1735. hæc legimus: *Tramezzò la solenne Messa un' eloquentissima Orazione del celebre Padre Sebastiano Paoli della Madre di Dio, che fù maravigliosamente piaciuta, e della quale non si aggiunge altro, mentre essa ancora colle elegantissime Iscrizioni da lui distese si vedrà nella stampa unita all' intera Relazione*. Præterea in Italica Relatione edita Genuæ 1738. *nella solenne Festa pel Matrimonio del Rè delle due Sicilie*, Inscriptiones, & Emblemata ejusdem Auctoris fœtus sunt. XXIV.

De ratione Jejunii in Esurialibus feriis (quod unum, ante non multos annos, magno partium studio, in controversiam disceptationemque vocabatur) suum Paulius interposuit judicium eo libello, quem edidit Lucæ typis Marescandoli sub nomine *Apostoli Augusti an.* 1738. *in* 8. Sed controversiam illam diremit suis Apostolicis Litteris Sanctissimus æque ac doctissimus Benedictus XIV. Pont. Opt. Max. in forma Brevis, quas ad omnes Episcopos Orbis Catholici dedit anno 1741.quarum primæ incipiunt: *Non ambigimus* &c.alteræ verò: *In suprema* &c.easque etiam roboravit confirmavitque sua *Epistola Encyclica ad Patriarchas, Primates, Metropolitanos, Archiepiscopos, & Episcopos universos gratiam, & communionem Sedis Apostolicæ habentes*, cujus initium: *Libentissimè quidem amplectimur &c.* Quibus firmatur, *ne ulla in posterum, sive peculiaris, sive generalis pro aliqua Civitate, vel Oppido concedatur facultas adhibendi carnes ad mensam tempore Jejunii, vel Quadragesimæ, nisi conditio ser-*

vandi Jejunii sive unius comestionis interponatur, & illud quoque monitum addatur, nequaquam licere mensam eandem carne, ac piscibus instruere,

XXV. *Lezione sopra un Sonetto del Sig. Gio. Battista Richeri intorno al Sistema Neutoniano de' Pianeti. Venezia* 1740. *in* 12. Lucæ etiam Opusculum hoc impressum est typis Marescandoli eodem anno. *Lezione sopra una Gemma Cesarea rappresentante un' Apaturia. Vienna* 1725. *in* 8.

XXVI. *Prosa detta in Arcadia per la solenne Ragunanza di Natale. Venezia per Tomaso Bettinelli* 1740. *in* 8.

XXVII. *Modi di dire Toscani ricercati nella loro Origine. Venezia appresso Simone Occhi* 1740. *in* 4.

XXVIII. *Vita di Fra Giaimo Zummo Cavaliere Gerosolimitano &c. Napoli* 1741. *in* 4. *per Nicola Naso*.

XXIX. *Mese Eucaristico cioè Preparazioni, Aspirazioni, e Rendimenti di grazie per lo Ricevimento della SS. Eucaristia distribuite per ciascun giorno del Mese &c. in Napoli, MDCCXLII. nella Stamperia Muziana*. Hæc in italicum idioma versio Mensis Eucharistici &c. a P. Jacobo Alvarez de Paz Soc. Jesu propositi, & ab alio ejusdem Societatis Anonymo deprompti, ac Panormi impressi elucubrata est a nostro Paulio cum nonnullis additamentis, quamvis ipsius nomen taceatur a Typographo, qui eamdem versionem tantùm docet pag. 11. ab uno ex Nostris editam.

XXX. *De Patena argentea Forocorneliensi (ut fertur) S. Petri Chrysologi Dissertatio. Cujus occasione nonnulla differuntur de SS. Eucharistia; de Vasis ad ipsam spectantibus, præcipuè de Calicibus, & de Imagine Boni Pastoris in eis insculpi solita; item de Monogrammate Christi, Christianorum sepulchris apposito, contra Jacobum ac Samuelem Basnagios. Emo Principi Jo. Baptistæ Spinula S. R. E. amplissimo Cardinali Dicat. Neapoli typis Turrianis* 1745. *in* 8.

XXXI. *Ragionamenti Familiari a guisa di Meditazioni sopra la SS. Vergine che và al Calvario, che si ferma sul Calvario, che ritorna dal Calvario. Per consacrare un triduo in meditare i suoi santi dolori nella Passione di Gesù Cristo. In Venezia presso Tommaso Bettinelli* 1748. *in* 12.

XXXII. *S. Petri Chrysologi Archiepiscopi Ravennatis sermones. Editio omnium castigatior & auctior. Accesserunt sermones ex D. Augustino & ex Luca D. Acheriis, & notæ editoris. Venetiis apud Thomam Bettinelli* 1750. *Tom. I. in fol.*

XXXIII. *Prediche Quaresimali. Venezia presso Tommaso Bettinelli* 1752. *in* 4. Opus posthumum.

XXXIV. *Biblioteca Gerosolimitana, ò sia Notizia degli Scrittori ed Uomini*

mini Illustri in Lettere del sacro Militare Ordine Gerosolimitano, oggi di Malta. Opus posthumum propediem edendum.

Prediche sacro-Politiche dette alla Corte di Vienna. Sub prælo. XXXV.

Suppresso nomine Neapoli festivissimum cusit Libellum, quem inscripsit: *Il Filofilo Dialogo*, ubi quendam Fabium Troylum Appulum mirè carpsit ob tot sphalmata Grammaticalia, quibus ille insperserat librum suum prænotatum: *Animadversiones de Antipaschali Jejunio*. XXXVI.

Demum in *Tom. I. pag.* 87. Operis inscripti: *Notizie Istoriche degl'Arcadi morti* adest *Vita di Carlo Sanseverino Principe di Bisignano*; *& pag.* 186. legitur alia *di Nicola Amenta*. Pariter in *Tom. II.* ejusdem Operis *pag.* 341. extat Vita *di Donato Antonio Leonardi Lucchese*. Quas Vitas noster Sebastianus Pauli scripsit sub suo nomine Arcadico Thedalgi Peneji. XXXVII.

§. II.

De Sebastiani Paulii Operibus Mss.

Considerazioni sopra il Buon Gusto in materie Rettoriche, divise in tre Libri. Tom. I. in 4. Nonnulla exemplaria penes Nostros extant. Opus utilissimum atque publica luce dignum. I.

Adnavigatio Sicula seu in nostri avi versificatores Satyra. De hoc Opere in Veneta Ephemeride *Tom. XVI. Art. XII. pag.* 506. hæc habentur: *Il P. Sebastiano Pauli ... pensa di dare alle stampe la sua* Adnavigatio Sicula, *che è un Dialogo assai curioso fra i Sigg. Egizio, Amenta, e Lucina, tutti e tre nostri bravi Letterati, con alcune erudite annotazioni, e vi si tratta parimente di Poesia, e della corruttela di essa nel secolo nostro*. II.

Vindiciæ veterum Sanctorum Patrum, quibus in eos conflata calumnia, quasi Mysterium Sanctissimæ Trinitatis a Platone didicerint, expungitur. Tom. I. in fol. Opus hoc Sebastianus Paulius absolvit Romæ an. 1727. Idipsum ego vidi, & perlegi. III.

Lettera contenente alcune speculazioni Filosofiche intorno alle funzioni dell'anima al Sig. D. Nicolò Saverio Valletta. IV.

Notæ in C. Sedulii opus Paschale, nec non *in S. Eucherii Opera*. V.

Austriacæ in Campaniam expeditionis Liber unus. VI.

Inscriptiones Sepulturariæ Lucenses notis illustratæ. VII.

Parere sopra i Vescovi Napoletani notati nel Calendario Marmoreo scritto da Sebastiano Paoli per ordine dell'Emo e Rmo Sig. Cardinale Spinelli Arcivescovo di Napoli. VIII.

Acta Ecclesiastica, seu Prospectus disciplinæ Ecclesiasticæ totius Re- IX.

Regni Neapolitani , erutus ex collatione ultra trecentarum Synodorum tùm Provincialium , tùm Diœcesanarum ejusdem Regni . Hujus autem ardui operis specimen exhibet ex tract. de Sacram. Eucharistiæ, aliisque ad eam spectantibus S. P.

X. *Celebriorum quorundam Auctorum , qui de rebus ad Ecclesiasticam historiam pertinentibus scripsere* ΤΑΣΦΑΛΜΑΤΑ *a recentioribus Auctoribus passim & obiter emandata , & ad novam uberemque commoditatem in unum congesta locum .*

XI. *Lexicon sacrorum Rituum Ecclesiæ Grecæ , & Latinæ Libri duo, in quibus Ritus utriusque Ecclesiæ exponuntur , & elucidantur : nec non plura ad eos spectantia sacra vasa , vestes , libri , Cantus , Festivitates , Munera Ecclesiastica , Officia , sacrorum Ædium partes , sacrorum Ordinum collationes , Monachorum antiquorum consuetudines, vestes , & quidquid sacram Liturgiam spectat. ex probatissimis Auctoribus recensentur . Tom. II. in fol.*

XII. *Dissertazioni erudite ... Prediche ... Panegirici .*

XIII. *Collectio quarundam precum , quas in sacris Liturgiis , aliisque Ecclesiasticis Officiis quondam adhibitis partim ex Mss. partim ex editis vetustis Codicibus eruit, notis illustravit Sebastianus Pauli Tom. II. in fol.*
Hæc omnia adservantur in nostra Bibliotheca Neapolitana S. Birgittæ , partim ad finem producta , partim inchoata , & imperfecta .

XIV. Postremo Catalogum Librorum ejusdem Biblioth. Neap. nostræ Domus S. Birgittæ Sebastianus Paulius subcisivarum horarum impendio ità confecit ; ut de Auctoribus , Auctorumque Operibus notitiam , argumentum , judicium , & quæ scitu sunt potiora , eruditè ac criticè perpaucis Lectori aperiat . Tom. 2. in fol.

§. III.

Testimonia Virorum Illustrium de Sebastiano Paulio .

I. Stanislaus Santinelli Congregationis Somaschensis olim Procurator Generalis , Vir pietate æque ac doctrina commendatus , in sua Erudita Epistola *sopra un antico Bicchiere di vetro , che serbasi nel Museo in Milano dell' Illustrissimo Sig. Abbate D. Eriprando Visconti* , quam an. 1727. publici juris fecit ; de nostro Sebastiano Paulio hæc , multa inter alia , laude digna habet : *Il gentilissimo P. Sebastiano Pauli C. R. della Madre di Dio , Teologo , e Predicatore della S. C. C. M. di Carlo VI. , soggetto a tutti notissimo per la singolar sua erudizione , e dottrina , e sì nel nostro , che ne Giornali stra-*

stranieri rinomatissimo &c. Infra *Il Dottissimo P. Pauli, a cui, come a tutta la sua Religione professo per molte cagioni tutta la stima, e venerazione.*

II. Doctissimus Josephus Catalanus, in Opere, cui Titulus: *De Codice Sancti Evangelii*, edito Romæ typis Antonii de Rubeis an.1733. in 4.: *Memorat*, inquit, *ipsa hæc Evangelia vetus Ecclesiæ Neritonensis ritus solemnis aquarum benedictionis die Epiphaniæ Domini in Cathedrali Templo a Protopapa, & Sacerdotibus Græcis peractæ, editus, ac præstantissimis notis illustratus a viro clarissimo Sebastiano Pauli Congregationis Matris Dei, qui hoc anno Quadragesimæ tempore, summo doctorum virorum plausu, in S. Laurentii Basilica, dicta in Damaso concionatur.* Et *Lib. 2. cap. 2. pag. 33. ut prodit vir magnæ eruditionis Sebastianus Pauli de Ritu Ecclesiæ Neritinæ.* Et cap. 19. pag. 92. *Eruditissimus Sebastianus Pauli* &c. Lib. 3. Cap. 7. pag. 158.

III. Paulus Paciaudius Cl. R. Vir omnigena eruditione ornatissimus, a Nostris semper magno in honore habendus gratique animi affectu commemorandus, in suo Commentario Epistolari de rebus Sebastiani Pauli ad Scipionem Maffejum impresso Neapoli 1751.&Romæ,ut diximus,totus in Paulianis laudibus recensendis,hæc inter cætera plurima ait: „ Sebastianus Paulius Lucæ, quæ est Tusciæ Annonariæ urbs in primis nobilis, ortus est.... Florente ætate, Divino Numine afflatus, Deo se integrum in religiosam servitutem devovit, nomenque dedit Clericis Regularibus spectatissimæ Congregationis Matris Dei. Ut primum in litteris studium posuit, elucere visi sunt in eo animi & ingenii celeres quidam motus ad excogitandum acuti, ad explicandum exornandumque uberes, ad memoriam firmi ac diuturni.... Verum, ut hominis decus est ingenium, sic ingenii lumen eloquentia. Quanto merito ille hoc tam grave Oratoris nomen sit adeptus, exprimere neque propositum nobis est hoc loco, neque necessarium. Testis est Italia universa, Sicilia, Melita, Vindobona, quæ eum de sacro suggestu voce erudita Romanis Græcisque auribus digna perorantem admiratæ sunt, & flexanimo Sermone potentem exstupuerunt. Quis illo gravior in Cœlitibus laudandis? acerbior in vitiis vituperandis? in sententiis acutior? in docendo disserendoque subtilior? Refertæ sunt verbis & rebus illustribus Orationes ipsius sæpius typis mandatæ. At Oratorias virtutes ex fontibus Græcorum hauserat; nam etsi Tullianorum scriptorum frequentem adhiberet lectionem, Demosthene, cui sine controversia summa vis dicendi tribuitur, mirum in modum delectabatur.... Interea quia in Oratore acumen Dialecticorum est requirendum, studiose in ea sapientiæ parte exercebatur, quæ veluti contracta & adstricta eloquentia est.... Finitimus Oratoribus

„ bus Poëta, qui natura ipsa valet, & mentis viribus excitatur;
„ qua de caussa ingenii æstu fervens Poesin adamavit impense,
„ & versus ornatissimos variis numeris, atque modis aliquando etiam ex tempore fundebat. Lyricos Poëtas per horas subcesivas lectitare consueverat .... At quamvis cum majorum gentium Theologis Petavio, Morino, Huetio, Lamy, quum per otium licebat, carmina contexere dignitate & persona haud alienum putaret, nihilominus non in his tantum disciplinis terendam esse ætatem apprime noverat Sebastianus, atque ad sacræ Scripturæ, penitioris Theologiæ, Historiæ Ecclesiasticæ, Rerumque Liturgicarum studia se contulit....Atque illud in ejus vita prædicabile, & gloriandum, quod sanctissimus æque ac doctissimus Benedictus XIV., dum Bononiam præsentia ac numine suo impleret, jucunda ipsius consuetudine summa voluptate perfrueretur, & eum perhumaniter benigneque semper acciperet. Nec tamen ullius benevolentiam Paulius uspiam blanditiis, & assentationibus colligere instituit: ab iis longissimè ipsius abhorrebat ingenium .... Tanta erat Sebastiani integritas, tantumque tuendæ Religionis studium, ut si semidoctos quosdam audiret, illi Homerico Jovi nubila congreganti similes, qui dubitandi disputandique licentia incensi adversus verenda Divinæ fidei dogmata, & oracula vel paullisper mussitarent, posita continuo comitate & affabilitate sermonis, exardesceret iracundia, & procaces disputatores objurgaret, atque refelleret.... Fuit in eo singularis cupiditatum moderatio, qua ab omni ambitione, honorumque contentione aberat quam maxime. Numquam superbe se efferebat; numquam arroganter quicquam a se gestum prædicabat: de cæteris liberalissime & honorifice, de se humiliter, demisseque sentiebat...Hoc illi peculiare fuit,ut Deiparam Mariam summis doloribus transfixam, & Beatissimum Martyrem Johannem Nepomucenum coleret incredibili religione..... Ita ille Dei muneribus sapienter utebatur, & pietatem cum litteris felici nexu copulabat.Quæ dum mente reputo, mirari desino, cur tantam gratiam a summis Principibus, Virisque Ecclesiastici ordinis primoribus inierit, iisque fuerit acceptissimus &c.„

IV. Vinciolus in sua Epistola de nonnullis Congregationis nostræ Scriptoribus *num. XI.* ità de eo scribit: „ Sebastianus Paulus omni „ scientiarum genere ornatus sese ostendit. Ad omnes virtutes aptus, consiliique plenus..... In hoc de humano ingenio natura quid efficere possit, videtur experta. Quod quidem testantur ejus varia scripta, & quæ passim oretenus ex sacris suggestibus audire fas est. Ut nuper Genuæ verbum Dei suavissimè prædicantem suppetit perjucunda memoria.„

In

In Opere inscripto: *Memorie Istoriche per la vita del P. D. Stanislao Santinelli C. R. Somasco*, edito Venetiis *an.* 1749. *in* 12. a Jacobo Maria Paitoni ejusdem Congregationis Professore *pag.* 136. de hujus nostri Scriptoris laudibus verba hæc legimus: *Il P. Sebastiano Paoli della Madre di Dio, soggetto a tutti noto per le sue molte ed erudite produzioni non meno, che per lo suo Ministero di Predicatore &c.* V.

Ephemerides Venetæ præter loca supra producta, de eodem pariter eximia cum laude loquuntur *Tom. XVI. Art. XII. pag.* 506. ubi hæc habent: „ Il P. Sebastiano Pauli Lucchese, chiarissimo soggetto della Congregazione della Madre di Dio, ha posto sotto il „ Torchio del Raillard in questa Città di Napoli, dove ora legge Rettorica nel Collegio de' Padri della sua Congregazione, „ una sua dotta opera intorno alla Poesia de' Santi Padri de' primi Secoli .... Ne qui si fermerà la penna di questo insigne Religioso &c. „ Et Tom. XXXV. pag. 524. subdunt: „ Dovunque trovasi questo dotto Religioso, in Lucca sua Patria, in „ Napoli, in Vienna, in Venezia, da per tutto lascia chiare vestigia di suo ingegno e di suo sapere &c. „ Videsis Tom. XX. „ Art. XVI. pag. 441. Tom. XXIV. Art. XIII. pag. 400. Tom. XXIX. „ Art. XIV. pag. 351. Tom. XXXI. Art. XIII. pag. 418. Tom. XXXII. „ Art. X. pag. 397. Tom. XXXVII. Num. XI. pag. 281. „ quibus in locis idem Sebastianus Paulius amplissimis exornatur laudibus. VI.

Bartholomæus Antonius Passi in suo Præloquio affixo Orationi ejusdem Paulii in laudem S. Joannis Nepomuceni edit. Romæ anno 1733. hæc in ejus commendationem litteris consignavit: „ Il „ P. Paoli nel corso di pochi anni nella medesima Chiesa (di „ S. Maria dell'Anima) tre volte ha ragionato delle gloriose gesta del S. Martire, e sempre diversamente, ma sempre altresì „ ottimamente, e come si conveniva alla vantaggiosa opinione, „ che da per tutto si è acquistata. VII.

Cl. Octavius Antonius Bayardi in suo opere edito Neapoli hoc anno 1752. cui Titulus: *Prodromo delle Antichità d'Ercolano, Part.* 1. *pag.* 281. hæc habet: *L'Erudito Sebastiano Pauli Uomo profondo in ogni genere di dottrina, a cui tanto deve la Religione Gerosolimitana:* Et pag. 285. *L'avvedutissimo, e dotto Sebastiano Pauli.* De eodem pariter præclarè loquitur *Part. II. pag.* 541. *&* 628. VIII.

Alexander Trenta in vita Ms. Beverinii de Ponderibus & Mensuris ait: *Prodiit tertio Neapoli an.* 1719. *cum additione & Mantissa Nummorum Byzantinorum Sebastiani Pauli nostræ Congregationis, præstantissimi ac prompti ingenii, nec minoris eruditionis, & in rebus agendis dexteritatis ac mentis, Carolo Cæsari feliciter regnanti non inter ultimos, ab eoque pluribus muneribus aucti.* IX.

Ca-

X. Carolus Antonius Erra Diarii Ludovici Marraccii Senioris prosequutor accuratus ad *an.* 1751. hoc monumentum reliquit : „ Alli „ 20. di Giugno si è fatta la gran perdita del P. Sebastiano Paoli „ in età di anni 67. Benche grande fosse la sua erudizione , assai „ maggiore fù il suo ingegno , ed avendo composto molte opere , „ un gran numero delle quali sono stampate , ha molto illustrata la „ nostra Congregazione . Il suo pregio più eccellente è stata l' e„ loquenza , nella quale a tempo suo , può dirsi , che non abbia „ avuto pari . L' Orazione funebre , che fece in Napoli per l'Impe„ ratrice Eleonora , gli aprì la strada a tutti i migliori Pulpiti ; ed „ essendo stato due volte a Vienna per servire le Maestà Imperiali „ di Predicatore meritò , che Carlo VI. gli mostrasse il suo gra„ dimento con due pensioni ascendenti a circa quattrocento ducati „ annui ; con il quale ajuto potè fabricare ed arricchire la Libra„ ria di S. Brigida . Tra le sue virtù morali merita particolar „ lode l' affetto , che portò alla Congregazione alla quale constan„ temente stette attaccato .... Iddio lo ha voluto provare con due „ anni d' idropisia , nel qual tempo ha avuto occasione di mettersi „ in punto più volte per andare all' altro Mondo , ricevendo i Santi „ Sagramenti con molta pietà &c. „

XI. In Codice mei Archivii prænotato : *Reg. de nostri morti* : L. S. insequentia extant verba : *Il P. Sebastiano Pauli Lucchese morì in S. Brigida alli* 20. *Giugno* 1751. *E' stato Predicatore di gran grido , ed ha illustrata molto la Congregazione nostra , e con le Prediche fatte due volte in Vienna , in Malta , Turino , e ne primi Pulpiti d' Italia , e colle sue Opere date alle stampe .*

XII. Ex Libro Defunctorum Collegii Neapolitani S. Birgittæ verba hæc decerpsimus : *Il P. Sebastiano Pauli Istorico del sagro Ordine Gerosolimitano Predicatore per la seconda volta alla Imperial Corte di Carlo VI. uno de più celebri Oratori de tempi suoi , morì in questo Collegio di S. Brigida l' anno* 1751. *in età di anni 66.*

XIII. De eodem Sebastiano Paulio præclaram item condignamque faciunt mentionem Muratorius in suis Annalibus Tom. 2. pag. 736. 788. 806. Collettus in sua Ughelliana editione agens de Episcopis Consentinis ; Theobaldus Ceva in Præfatione Operis inscripti : *Scelta di Sonetti con varie Critiche pag. 6.* Julius Marchini in suo Libro prænotato : *Riflessioni sopra la maniera di comporre l' orazione Panegirica Lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 6. *cap.* 3. *pag.* 12. *cap.* 6. *pag.* 36. *lib.* 2. *cap.* 1. *pag.* 44. *cap.* 2. *pag.* 48. 54. 57. *lib.* 3. *cap.* 2. *pag.* 135. aliique.

ART.

ART. XLVIII.

De Gabriele Grammatica.

GAbriel Grammatica Lucensis XI. Kal. Martii 1673. natus, Congregationi nostræ adscriptus est an. 1688. Neapoli sub religiosissimo viro Fulgentio Marraccio tyrocinii tempus exegit: quo expleto, VI. Non. Julii 1690. religiosa vota emisit. Romæ Rhetoricam, Linguarumque Hebraicæ, & Græcæ notitiam percepit. Lucæ Philosophiæ atque Theologiæ operam dedit. Iis in studiis Alexandrum Saminiatum doctrina æquè ac religiosis virtutibus clarum Præceptorem habuit. Collegium Lucense exornavit, Ecclesiamque amplissimis ditavit ornamentis. Pro-Rectoris munus ibidem exercuit. In nostris Comitiis habitis Romæ an. 1745. ejusdem Collegii Rector, totiusque Congregationis Vicarius Generalis renuntiatus fuit, cujus electionem tali Elogio in Actis decoratam legimus: *Hinc ad Rectoris Lucensis Domus, & Vicarii Generalis electionem deventum, primo statim scrutinio, omnibus quidem affirmantibus calculis P. Gabriel Grammatica renuntiatus est, de cujus beneficentia, & experientia, effusaque in eandem Domum liberalitate Patres certiores facti, hoc ei jamdiu debitum gradum differre noluere*. Sexennio præclarissimo munere functus est. Quod spatium prætergredi juxta nostras leges nefas est. Obiit Lucæ anno Bissextili 1752. die vicesima octava Februarii omnibus Ecclesiæ Sacramentis ritè perceptis. Ministeriis pro animarum salute semper addictus, a tota ferè illa nobilitate magno in pretio habitus semper fuit. I. Vita.

Guida sacra alle Chiese di Lucca per tutti l' anni del Signore. Nella quale si contengono le Feste stabili e mobili di tutto l' anno, Processioni, Indulgenze, Corpi Santi, Reliquie Insigni, Fondazioni, e Pitture di Chiese; in questa seconda edizione corretta, rinovata, ed accresciuta di sacre Erudizioni, che riguardano, o le solennità, o qualche azione del Santo corrente, o altra cosa rimarcabile seguita in questa Patria. Con una nuova esatta correttissima Cronologia de' Vescovi, ed Arcivescovi di questa Città. Dedicata al Gloriosissimo Martire S. Paolino primo Vescovo di questa Città. In Lucca, per Salv. e Giand. Marescandoli 1741. *in* 12. suppresso nomine. II. Opera edita.

Ephemerides Florentinæ an. 1741. ad diem XX. Octobris dememorato opere illustre hoc testimonium perhibent: „ Guida Sacra „ &c. In Lucca 1741. in 12. di pag. 412. L' opera è dedicata a „ S. Paolino primo Vescovo di Lucca, che l' Autore crede, che „ fosse là mandato da S. Pietro Apostolo; e dopo la Dedicatoria è „ un avviso, in cui lo stampatore dà ragguaglio, perche si sia III. Laudes.

„ mosso a ristampare questa operetta, che per la prima volta venne in luce nel 1736. ma molto meno copiosa. Benche l' erudito, e pio Autore per quello, che riguarda l'Erudizione Ecclesiastica in generale abbia stimato bene non allontanarsi dalle opinioni communi, e popolari, pure in ciò che riguarda la storia della Chiesa di Lucca, è piena di ricerche esatte, e di notizie importanti, con non tralasciare di segnare i tempi di ciascheduno avvenimento, e in questa parte può servire d'esemplare a qualunque altra Città, che volesse imprendere una somigliante utilissima operetta.„

IV. In Libro Defunctorum nostri Collegii Lucensis, hoc de eodem nostro Scriptore extat monumentum: „ Die 28. Februarii 1752. P. Gabriel Grammatica, q. Bartholomæi Grammatica Civis Lucensis filius, annorum 78. ad infirmam valetudinem, in qua suam senectutem trahebat, Gangrenæ morbo accedente, brevi ad extremum suæ vitæ actus, Sacramentis omnibus summa devotione susceptis, inter astantium preces animam Deo reddidit die 28. Februarii hora 2. noctis anni 1752. In eo præcipuum fuit inter viri religiosi laudes, quod decorem Ecclesiæ Dei quàm maximè dilexerit, ita ut non solum totus fuerit in excipiendis in ea confessionibus, sacris functionibus procurandis, in festis solemniter celebrandis, & præcipuè S. Annæ Deiparæ Matris, quam in Patronam sibi delegerat.... verùm etiam pretiosam supellectilem auxit, serica paramenta ad aulæa quæ extabant, pretiosiora addidit, ærea candelabra majoris Altaris perfecit, & innumera pene ornamenta non levis expensæ ubique curavit: ita ut ad plura aureorum milliaria quæ ab ipso expensa sunt in commodum, ornamentum, & nitorem Ecclesiæ accesserint. Reliqua etiam munera, quæ omnia obivit in hac Domo, nempe Parochi, Vicerectoris, Rectoris & Vicarii Generalis, non solum laudabiliter obivit, sed etiam æterna memoria alicujus beneficii aut commodi notavit. Dignus propterea qui non solum ut præclarus inter Nostros, sed ut etiam inter benefactores æterna memoria recolatur.„

V. Carolus Antonius Erra prosecutor Diarii Ludovici Marraccii hæc habet: *Alli 28. Feb. 1752. nella Casa di Lucca passò a miglior vita il P. Gabriello Grammatica Lucchese di anni 78. de' quali ne aveva spesi 63. nella Congregazione con molta esemplarità, impiegato sempre in ajuto delle anime. Era molto amato dalla nobiltà Lucchese, e con le limosine che gli somministravano gli Amici ha con maggior decenza ornata la Casa, e nobilitata la sagra suppellettile della Chiesa. Nella sua GUIDA ALLE CHIESE DI LUCCA, si è mostrato pio Religioso, diligente Scrittore, e buon Cittadino.... Li suoi Amici, pochi giorni dopo la sua morte gli fecero un solenne funerale con Messa cantata in Musica.*

ART.

A R T. XLIX.

De Alexandro Pompejo Bertio.

ALexander Pompejus Bertius Lucenſis x. Kal. Januarias 1686. neutiquam 1684. ut ſcribit Vinciolus, ortus eſt. Congregationi nobilium adoleſcentulorum adſcriptus, atque a Noſtris pietate æque ac litteris inſtructus, religioſæque vitæ amore illectus, Neapoli an. 1702. inter noſtros Tyrones locum meruit. Cumque tempus a noſtris legibus pro tyronum experimento præſtitutum explevisset, xix. Kal. Januarii 1704. religioſa vota ſolemniter profeſſus eſt. Mox ad Philoſophicas Theologicaſque ſcientias aſſequendas Lucam profectus, doctiſſimos viros, Roncagliam, & Franchium vii. annis audiit. Sacerdotio initiatus, Hiſtoriæ Sacræ, & prophanæ, politioribusque litteris, etruſcis præſertim carminibus operam dedit: quibus apud Eruditos omnes magnam laudem eſt aſſecutus, multiſque in Academiis Arcadum, Intronatorum, obſcurorum, aliorumque adſcribi meruit. Ne tamen potiſſimis Congregationis noſtræ muneribus deeſſet, ſacris item Concionibus incubuit, ſingulisque totius anni ſecundis feriis in Eccleſia, *del ſuffragio* nuncupata, dum Lucæ moratus eſt, Sermones ad populum habuit; necnon ſequentibus annis, Apoſtolico Concionum Quadrageſimalium laborioſiſſimo operi, multis in locis, ac Civitatibus, Venetiis potiſſimùm, religioſè ſe totum addixit. Florebat Lucæ ea tempeſtate Academia, vulgò *Dell' Anca* dicta, quam a noſtri Sebaſtiani Paulii diſceſſu, moderatus eſt. Quo item tempore, cum Scriptorum Lucenſium Bibliotheca a nemine inſtructa fuiſſet, ipſe primus, ut eruditiſſimæ Civitatis, Clariſſimorumque Scriptorum gloriæ, ac famæ conſuleret, operoſæ huic provinciæ manum admovit, inceptumque opus, multorum annorum ſpatio productum, ac ferè abſolutum nobis reliquit. Utinam publica, qua dignum eſt, luce tandem fruatur. I. Vita.

Neapolim an. 1717. miſſus, juventutem noſtram, artem Rhetoricam edocuit. Quod munus per triennium magna cum laude obivit; tantumque ea in eruditiſſima ampliſſimaque Civitate ſui nominis fama inclaruit, ut brevi doctiſſimorum, ac Principum Virorum amorem, exiſtimationemque ſibi conciliarit. Celſiſſimi Principis Cæſaris de Avalos Piſcariæ, & Vaſti Marchionis, de noſtra Congregatione optime meriti intimus ac familiaris, ejuſdem juſſu ipſius Bibliothecæ Hiſtonienſi præficitur, quam multis ſelectiſque Operibus auxit. Ibidem Bibliothecam noſtram pariter inſtruxit, II.

Collegiumque exornavit; Arcadum Coloniam, haud exiguo ejusdem Civitatis bono instituit; nec non Rhetoricam, Philosophiam juxta Recentiorum placita, & Theologiam Moralem publicè in nostris Scholis docuit. Ejusdem Collegii sexennio præfecturam gessit. Lucæ Juvenes nostros in regulari observantia, cujus cultor semper extitit, instituit. Romæ verò in hac nostra Domo Pro-Rectoris, & Assistentis Generalis munia obivit. In nostris Comitiis habitis Romæ 1748. Historicus Congregationis nostræ renuntiatus fuit hoc Decreto: „ Ne memoria Patrum Fratrumque nostrorum, „ qui doctrina, pietate, & probitate excelluerunt, exolescat; statuerunt ut P. Alexander Berti, missa ab omnibus Rectoribus ad „ eum acta, in unum redacta volumen ordine Historico, posteris „ nostris imitationis exempla proponat, gaudeatque Lectorum privilegio. Teneatur tamen in qualibet Generali Congregatione „ exhibere monumenta Nostrorum ad eam usque diem collecta. „ Sacræ etiam Indicis Congregationis Consultor declaratus est, cujus censuræ Eminentissimi Patres sæpe libros animadversione dignos supposuere. Arcadicæ Coloniæ Mytirtææ nostræ Congregationis Pro-Custos primus sub nomine Nicasii Porriniani. In Arcadia non semel inter XII. Moderatores adscriptus. In eadem coram cœtu universo, Eminentissimisque Patribus Dissertationes summo exceptas plausu habuit. Muratorio, Maffejo, Zeno, Minorellio, aliisque doctissimis viris charus fuit summopere. Dum prælo nonnulla sua Opera, inferius inter Mss. recensenda, mandare meditabatur, anno 1751. molesta diuturnaque ægrotatione, & epilepsiæ assultibus pressus, a studiis, quibus semper fuit addictissimus, animum avertere compulsus, supremum sibi imminere diem cogitans, instanti morti piè se præparavit, & in Domino obdormivit apoplexia correptus x. Kal. Aprilis 1752. in hac nostra Romana Domo S. Mariæ in Campitello.

§. I.

De Alexandri Pompeji Bertii. Operibus editis.

I. *Lettera al Sig. Lodovico Antonio Muratori intorno allo scoprimento delle Reliquie di S. Pantaleone Martire Nicomediense nella Città di Lucca l' anno* 1714. Hæc Epistola, *in qua*, inquit Vinciolus, *facile est dignoscere quanta usus fit doctrina, & eruditione*, legitur in Ephemeride Veneta anni 1716. *Tom.* 27. *art.* 8. *pag.* 293.

De nonnullis Congregat. nostræ Script. pag. 25. num. X.

II. *Relazione del solennissimo funerale celebrato dalla Città di Napoli alla S. C. M. della Imperatrice Eleonora Maddalena Teresa Palatina*

tina di Neoburgo con l'Orazione funebre recitata dal P. Alessandro Pompeo Berti della Congregazione della Madre di Dio nella regal Chiesa di S. Lorenzo il dì 14. Marzo 1720. In Napoli per *Agnello Cirillo in* 4. De hoc opere ita scribit Vinciolus loco supra praenotato: „ Hujus etiam extat Oratio cusa typis Agnelli Cirilli Neapoli „ in 4. an. 1720. cum historia funeris facundè conscripta Imperatricis Eleonorae Magdalenae Tereſiae, quam pariter referunt Venetae „ Ephemerides Tom. 33. par. 2. ad pag. 446. „

Orazione recitata nell' Insigne Collegiata Chiesa di S. Maria Maggiore della Città del Vasto l'ultimo giorno dell'Anno 1723. in rendimento di grazie a Dio de beneficj dell'Anno medesimo, avanti l'A. del Sig. Marchese di Pescara, del Vasto &c. In Napoli pel Parrino 1724. in 4. III.

E Gallico in Italicum transtulit Opus inscriptum: *Saggi di Morale del Signor di Chanteresme. In Venezia presso Nicolò Pezzana 1729. Tom. IV. in 12.* IV.

Item vertit ejusdem Auctoris aliud Opus, cui titulus: *Lettere scritte dal fù Signore di Chanteresme. In Venezia appresso Lorenzo Baseggio 1733. Tom. II. in 12.* V.

Ejusdem pariter Auctoris traduxit librum prenotatum: *Trattato della Orazione.* Ibidem apud eundem 1736. *Tom. II. in 12.* VI.

Storia di Francia in Compendio del P. Gabriele Daniello della Compagnia di Gesù. Traduzione dal Francese del P. Berti. Venezia pel Pezzana 1737. Tom. II. in 4. VII.

Continuazione della Storia di Francia in Compendio del P. Alessandro Pompeo Berti dall' anno 1610. fino al 1715. Ibidem apud eundem 1737. *Tom. I. in 4.* seu *Tom. III.* VIII.

Dell' Unità della Chiesa, ovvero Confutazione del nuovo sistema del Sign. Jurieu, Opera del fu Sign. di Chanteresme tradotta dal Francese Idioma. In Venezia appresso Lorenzo Baseggio 1742. Tom. I. in 12. Opus hoc in duos Libros dividitur, quorum posteriori praefigitur quaedam Dissertatio, qua confutatio Auctoris conciliatur cum doctrina Romanorum Theologorum. IX.

Ephemerides Florentinae *an.* 1742. ad diem XXI. Julii *num.* XXIX. *pag.* 225. de memorata translatione haec habent: *Nulla diremo del merito della versione, essendo cognita l' abilità del P. Berti dopo tanti di lui saggj, e principalmente quello che appare dalla storia di Francia del P. Daniello.*

Vita di Niccolò Tegrimi. In Lucca per Sebastiano Domenico Cappuri 1742. in 4. Legitur in Opere edito Lucae iisdem typis, cui Titulus: *Vitae Castruccii Antelminelli Lucensis Ducis Auctore Nicolao Tegrimio equite, ac Jurisconsulto Lucensi &c.* De quo in Ephemeridibus Florentinis *an.* 1742. *num. XXXVI. ad diem VII. Septembris* X.

haec

hæc leguntur : „ Vi ha premessa la vita di Niccolò Tegrimi scritta
„ in Toscano dal P. Alessandro Berti della Congregazione della Madre di Dio, in occasione che va raccogliendo tutte le notizie degli Scrittori Lucchesi da darsi fuora in una Biblioteca de' medesimi, che non vi ha dubbio, che non sia per ricevere tutta l'approvazione, mentre non può essere se non desideratissima dagl' Eruditi ; e i vicini Fiorentini ne potrebbero prendere esempio per darne fuora una compitissima de' loro Scrittori, la quale in verità si aspetta da molti . „

XI. *Vita di Monf. Cristoforo Guidiccioni Lucchese Vescovo d'Ajace in Corsica . In Lucca pel Benedini* 1747. *in* 8. Extat in Opere inscripto: *Memorie spettanti alla vita di Monsignor Cristoforo Guidiccioni* edito Lucæ *an.* 1747. typis Benedini *in* 8. atque eruditissimis notis illustrato a Cl. Viro Dominico Felice Leonardio Lucensi, qui de nostro Alexandro Berti ita scribit : „ Ecco quanto fino a noi, dopo quasi due Secoli, è per gran sorte arrivato della vita di un tanto valentuomo (Cristoforo Guidiccioni) L'onore però della lodevole fatica di avere ancora questo poco raccolto, vuol la giustizia, e la gratitudine, che per la maggior parte ricada sul degno Letterato de' nostri tempi il P. Alessandro Pompeo Berti della Congregazione della Madre di Dio, il quale ci ha cortesemente communicate tutte le notizie ch' esso aveva raccolte riguardo alla vita di Cristoforo Guidiccioni, ed inserite nelle sue memorie Manuscritte degli Scrittori, e Letterati Lucchesi, Opera del medesimo P. Berti per gloria della nostra Patria tempo fà intrapresa, adesso lodevolmente compita, e per commune disgrazia non ancora fatta publica con le stampe . „

XII. *Opere di Monsignor Giovanni Guidiccioni Vescovo di Fossombrone aggiuntavi la Vita dell'Autore dal P. Alessandro Pompeo Berti della Congregazione della Madre di Dio. Tom. I. in* 4. *In Genova nella Stamperia Lerziana* 1749. *in* 4.

Ephemerides Venetæ *an.* 1751. *num.* 28. *pag.* 221. de prædicta editione hæc proferunt in medium : „ Il P. Berti dalla cui penna e diligenza si attende da qualche tempo la Storia de' Letterati Lucchesi, ha certamente reso non piccolo servigio al publico col darci il primo Tomo delle Opere di Monsig. Gio. Guidiccioni, avendolo arricchito d' una esatta Vita dell'Autore, nella quale egli ci porge un lodevole saggio e Preludio delle vite degli altri Letterati Lucchesi sopraccennati . „

XIII. Præterea in Opere inscripto : *Notizie Istoriche degli Arcadi morti in III. Tom. in* 8. distributo, ac Romæ edito 1720. & 1721. sub nomine Arcadico Nicasii Porriniani, Alexandri Bertii leguntur IX. Vitæ Arcadum Illustrium, nempe in *Tom. I. pag.* 20. *num. VII.* Vita

Vita di Don Carlo Caraffa Napolitano Principe di Belvedere; *pag.* 213. *num. LXXI.* Vita di Don Francesco Maria Caraffa; *pag.* 289. *num. XCVI.* Vita di Don Antonio Gallio de Duchi di Alvito. *In Tomo II. pag.* 126. *num. XLV.* Vita di Giuseppe Valletta; *pag.* 240. *num. LXXXV.* Vita di Francesco Muscettola Duca di Spezzano; *pag.* 354. Vita di Domenico Bartoli; *pag.* 361. *num. CXXXII.* Vita di Lorenzo Adriani. *In Tom. III. pag.* 72. *num. XXXIV.* Vita di Francesco Cardinale Buonvisi; *pag.* 83. *num. XXXVIII.* Vita di Bernardino Moscheni.

Demum de hoc nostro Auctore haud pauca etrusca Carmina in Ephemeridibus Venetis eximiis laudibus celebrata leguntur in variis collectionibus cùm Lucana *an.* 1719. tum Romanis *an.* 1744. *&* 1749. nec non in Opere prænotato: *Tyrrhi Creopolitæ P. A. De Jesu Infante Oda Anacreontica cum Italis interpretationibus aliorum Arcadum* edito Romæ ex Typographia Palladis 1747. *pag.* 16. Præterea typis Ciuffetti edidit is noster Scriptor Lucæ an. 1715. *in* 12. Oratorium sacrum, cui titulus: *L'Annunzio, e adorazione de Pastori &c.* & anno 1717. Drama inscriptum: *La caduta de Decemviri della Romana Republica per la Funzione de' Comizj della Serenissima Republica di Lucca in* 4. nec non Carmen in 4. *Per le Vittorie del Principe Eugenio contro il Turco.* Alia etiam ejusdem metri evulgavit Neapoli. In Opere itidem cui titulus: *Vita di Girolamo Gigli Sanese ... con l'aggiunta delle Lettere delle principali Accademie d'Italia* edito Florentiæ 1746. *in* 4. extat Epistola XII. scripta a nostro Alexandro Bertio in laudem Operum S. Catharinæ Senensis. Denique Oratio Italicè concinnata quæ legitur in fronte Operis inscripti: *Componimenti degli Arcadi nella morte di Filacida Luciniano Custode Generale d'Arcadia editi Romæ* 1744. est fœtus nostri Alexandri Bertii. XIV. Pag. 16.

§. II.

De Alexandri Pompeji Bertii Operibus Mss.

Memorie degli Scrittori, e Letterati Lucchesi. Opus hoc II. magnis voluminibus comprehensum, indefesso labore ac studio ab Alexandro Bertio conscriptum, ab Eruditis omnibus exoptatum, magnam certe Reipublicæ nostræ gloriam existimationemque compararet, si in lucem ederetur. De eo in Veneta Ephemeride hæc legimus: *Dalle stampe del Marescandoli sta per uscire una bell' Opera, che molto illustrerà la Storia Letteraria, ed è la seguente:* Memorie degli I. Tom. 29. art. 12. pag. 439.

Scrit-

Scrittori Lucchesi raccolte da Alessandro Pompeo Berti de' Chierici Regolari della Madre di Dio, Pastor Arcade, Accademico oscuro, e dell'Anca. *Il merito dell'Autore è assai noto, e l'argomento del Libro è del tutto nuovo, e sopra materia erudita; onde come è atteso con impazienza, così sarà accolto con applauso.*

II. *Dissertazione indrizzata al Sig. Marchese Scipione Maffei, nella quale si spiega un' Iscrizione lapidaria antica di M. Bebio, e si discorre di alcune antichità della Città del Vasto.*

III. *Il Volgo di Lucca corretto nella sua mala pronunzia di alcune voci Toscane.*

IV. *Dissertazione sopra le specie Eucharistiche, ove si difende l' opinione de Filosofi moderni dalle accuse degl'Avversarj.*

V. *Discorso sopra la lingua Italiana in cui si mostra che quanto più si scosta dalla latina, tanto è migliore.*

VI. *Notizie raccolte circa l' insigne Ordine del Toson d' Oro, dedicate al Sig. Marchese del Vasto mentre doveva conferirlo al Sig. Contestabile Colonna.*

VII. *Contese col P. F. Fortunato de Pizzis Domenicano circa una Medaglia di M. Antonino Pio che contengono alcune Lettere erudite dell' uno, e dell' altro.*

VIII. *Controversia circa le Commedie degl' Istrioni col P. D. B. A. in cui si sostiene esser peccato mortale l' andare ad udirli.*

IX. *Se fosse maggior Dignità il Consolato, o la Dittatura nella Republica Romana. Controversia col Sig. Abbate Girolamo Bados.*

X. *Dissertazioni Ecclesiastiche, una sopra il Battesimo dato in nome di Cristo; e l' altra sopra la mano dritta, che si trova nelle antiche pitture data a S. Paulo.*

XI. *Institutioni Geometriche per introduzione alla Filosofia Cartesiana.*

XII. *Introduzione alla Geometria, overo Trattato della Sfera Armillare.*

XIII. *Arnaldi, seu potius Petri Nicolii Ars cogitandi in Epitomen redacta.* De hoc Opere hæc scribit Alexander Bertius: *Logica hæc quæ Arnaldi creditur, est Opus Nicolii. Patet hoc ex Geometria ipsius Arnaldi, qui Logicam hanc impugnat; & ex vita Tillemontii Gallicè scripta.*

XIV. *Physica Carthesiana in duobus Tomis distributa*, & *Metaphysica Carthesiana.*

XV. *Rettorica, overo Arte di parlare del P. Bernardo Lamy Prete dell' Oratorio di Francia tradotta in Toscano, accresciuta, e accomodata all' uso degl' Italiani*, nec non *Rime Varie.*

XVI. *Difesa della Religione, così naturale, come rivelata contro gli Infedeli, e gl' Increduli cavata da diversi Autori Inglesi, e tradotta*

in Francese dal Sig. Gilberto Burnet , ed ora corretta , e tradotta in Italiano dal P. Alessandro Pompeo Berti &c. Tom. I. in fol.

XVII. *Brevi Vite di alcune Monache Salesiane cavate dal Francese ad esempio , ed edificazione delle Religiose di Italia . Tom. II. in fol.*

XVIII. *Brevi Vite di alcuni de Religiosi della Congregazione della Madre di Dio insigni per virtù e santa vita .*

XIX. *Discorso Pastorale su l' uso della Lingua Toscana .* Extat Ms. in Pluteis Arcadum cum nonnullis ejusdem Auctoris Dissertationibus. *In Tom. IV.* Orationum Arcadum propediem edendo locum habebit.

XX. E Gallica transtulit in Italicam linguam celeberrimum Opus Joannis Vaillant de Numismatibus Imperatorum Romanorum præstantioribus , quod vivens Venetias misit : sed nescimus ad cujusnam manus Opus pervenerit.

§. III.

Testimonia Virorum Illustrium de Alexandro Pompejo Bertio .

I. Ludovicus Antonius Muratorius, Vir, si quis alius, eruditissimus , atque de Litteris optimè meritus , in sua Præfatione affixa Vitæ Operibusque celeberrimi P. Pauli Segneri junioris doctrina æquè ac sanctimonia spectatissimi (quem ego in mea adolescentia cognovi , ejusque præclarissima virtutum exempla crebrò inspexi) loquens de nostro Alexandro Bertio , qui eidem Muratorio nonnulla ejusdem Servi Dei fragmenta miserat, hæc habet: *Ed eccoli* (fragmenta Exercitiorum Spiritualium) *tali quali furono a me trasmessi dal P. Alessandro Berti Lucchese , della Congregazione della Madre di Dio , Amico mio, e Persona per la sua erudizione già nota fra i Letterati* . Et Tom.II. Antiquit. Italic. Medii Ævi pag. 11. *Accipe chartam* , inquit , *quam ex Tremetensis Monasterii Canonicorum Regularium Lateranensium Tabulario descriptam ad me misit pro suo erga me amore doctissimus P. Pompejus Alexander Bertius Lucensis e Congregatione Matris Dei .*

II. Pater Alfani O.P.scriptor clarus,in sua Epistola præfixa *Alle Rime, e Prose di Mons. Giovanni Guidiccioni* edit. Neapoli an. 1720.in ejusdem Bertii laudem sic scribit: *Della qual* (Collectionis nempè) *anni addietro non risparmiando a fatica nel collazionare più edizioni , ne prese la diligente cura il dottissimo P. Alessandro Pompeo Berti . . . nella Repubblica Letteraria ben conosciuto ; con pensiero anche di farla uscire adornata di sue erudite annotazioni , e di una esattissima vita di questo illustre Scrittore* . Laudata Cl.Joannis Guidiccionii Opera Alexander

 Ber-

Bertius quidem collegit ordinavitque; sed quoniam a Civitate Neapolitana absens, eidem editioni incumbere haud potuit, ideo absque Auctoris vita adnotationibusque prodierunt. Ejusdem autem Auctoris vita ab Alexandro Bertio concinnata evulgata est Genuæ *an.* 1749. uti supra §. I. *num. XII.* adnotavimus. Ephemerides Venetæ de memorata Neapolitana editione hæc habent: „ Altro degno Religioso pur Lucchese ... cioè il P. Alessandro Berti lavora intorno ad altra commendabile edizione d'Autore celebratissimo, e suo concittadino. Ella è delle Rime e Prose di Monf. Giovanni Guidiccione, le quali non ancora mai finora sono state tutte insieme impresse. Questa edizione, la quale non può riuscire se non accettissima al publico, sarà più assai pregievole per le annotazioni erudite, e per un' esattissima vita di quell' illustre Prelato, di cui dallo stesso P. Berti ci vien fatto sperare che sarà ella corredata. „

Tom. 32. pag. 550. art. 16.

III. Eques Carolus de Rubeis in suo Poëmate cuso Taurini, cui titulus: *Il Ricovero delle Muse*, Lippium, ac Bertium nostrum his versibus exornat.

Lib. 2. num. 182.

E voi dal piccol Reno inclito Cigno
Sani partiste, e qui spiccaste il volo
A saettar l' atro livor maligno
Voi Berti, e Lippi abbandonaste il suolo
Per noi del Serchio. Ah che per voi digrigno
Trista vi dice Invidia; ed io vi colo,
Risponde lieto con la cetra al collo
Illustri Vati, dal suo seggio Apollo,

IV. Vinciolus in non semel memorata sua Epistola *num. X. pag.* 25. inquit: *Alexander Pompejus Dominici Berti, & Mariæ Franc. Morganti Filius, natus an.** 1684. *accedit & ipse laudatissimus. Nam isti sine dubio alios non præfero ingenii laude, animi candore, in litteras amore. Res multas memoria dignas gessit. Et in dies aliæ expectantur aquè dignæ.* Et in alio opere prænotato: *Varia in compendium*, ejusdem Auctoris opera recensens, *Alexandri*, ait, *Pompeii Berti præstantissimi Religiosi viri Lucensis Congregationis Matris Dei hæc sunt plausu dignissima opera.*

* l. 1686.

V. In Opere inscripto: *Memorie Istoriche per la vita del P. D. Stanislao Santinelli Chierico Regolare Somasco*, edito Venetiis *an.* 1749. *in* 12. *pag.* 160. in ejusdem Bertii laudem hæc leguntur: *Il P. Alessandro-Pompeo Berti della Madre di Dio soggetto noto distintamente per le sue nobili traduzioni di alcune opere del Sign. di Chanteresme &c.*

VI. Joannes Tegrimius Lucensis Vir emunctæ naris in sua Præfatione *vitæ Castrucii Antelminelli Lucensis* &c. edit. Lucæ 1742. *in* 4. hæc habet: *Nec minus bene de me, deque universa familia mea meritus est alterum ejusdem Congregationis lumen, P. Alexander Bertius, a quo dono*

dono accepi Auctoris nostri vitam, etrusco sermone perelegantes conscriptam. Et paulo infra vocat eundem Bertium *Eruditissimum Auctorem*.

Sebastianus Paulius in suis additamentis ad Walchii Præfationem, hæc in ejusdem Bertii commendationem subjungit: *Alia edidit, Beverinius, majora scripsit, quorum Catalogum propediem exhibebit Bibliotheca Scriptorum Lucensium a P. Alexandro Berti eruditè conscripta*. VII. De Pond. & mens. Barthol. Beverinii in i. Edit.

Demum, ut laudibus ejusdem Alexandri Bertii percensendis modum imponamus, de eodem præclarè scribunt Ferdinandus Caraffa in sua Præfatione *All' Esposizione sopra il Salmo CXVIII.* P. Scarafò in suis Opusculis, potissimùm verò *nella Lettera al Sig. D. Biagio Majoli*, nec non in collectione *Delle Rime di Poeti Illustri viventi* edita Faventiæ; Falconius *nella Lettera al P. Tournemine Gesuita Francese*; Hieronymus Gigli *nel Diario Sanese, Part. 1. pag. 263.* ubi enumerans Viros exteros, atque eruditione claros Academiæ Senensi adscriptos, alios inter, nostrum Alexandrum Bertium accenset; *Epistolæ circulares A. 1719.* Academiæ Innominatorum; Dini in sua *Arte Poëtica*; Ephemerides Venetæ *Tom. XXXV. pag. 250. & Tom. XXXVII. pag. 112.* præter loca supra memorata; Morei in suis Carminibus editis Romæ 1740. Matthæus Ægyptius in sua Epistola ante Litteram Phylologicam, aliique. VIII.

Auctor Ephemerid. Florentinarum ad diem secundam Junii 1752. *num.* 22. hoc illustre Testimonium litteris consignavit: „ Essendo morto il P. Alessandro Pompeo Berti Lucchese, è dovere „ dare qualche ragguaglio della sua vita, e delle opere da lui lasciate. Nacque il P. Alessandro Pompeo Berti nell' anno 1681. il „ di 20. Dicembre in Lucca d' assai civile ed onesta Famiglia. Per „ adempimento di voto fatto vestì l' Abito Religioso nella Congregazione de' Chierici Regolari della Madre di Dio verso il fine „ dell' anno 1702. ove fatta la sua solenne professione, fù applicato „ al consueto corso de' Filosofici, e Teologici studj sotto la Disciplina del P. Costantino Roncaglia, soggetto oggimai al mondo noto „ per l' accreditate sue opere. Fatto Sacerdote rivolse l' animo allo „ studio suo geniale della varia erudizione, in cui poi divenne per „ vero dire assai celebre. Fù sin d' allora annoverato in varie Accademie, e Adunanze di Letterati, in cui diede sempre mai illustre saggio del suo alto sapere. In Lucca nell' Accademia *Dell' Anca*, e *degli Oscuri*; in quella di Brà in Savoja, detta degli *Innominati*, in quella degli *Intronati* di Siena; nell' Arcadia di Roma col „ nome di *Nicasio Porriniano*. Godè dell' Amicizia si può dire di „ tutti i Letterati Italiani del suo tempo, ma quei, che in amarlo „ fra gli altri furono i principali, fù *Girolamo Gigli*, *Eustachio Man-* IX.

„ *fredi*, il Cavalier *Marmi*, *Giuseppe Valletta*, il Padre D. *Guido* „ *Grandi*, Il Padre D. *Pietro Caterino Zeno*, il P. D. *Stanislao San-* „ *tinelli*, il Proposto *Muratori*, il Sig. Marchese *Maffei*, ed altri, „ che lungo troppo sarebbe il riferire. Fu nella sua Religione con „ cariche ragguardevoli distinto, in cui visse fino al dì 23. Marzo „ prossimo scorso, nel qual giorno sorpreso da gagliardo accidente „ di testa, di cui, Mesi sono, aveva avuto un tocco, se ne passò „ religiosamente all'altra vita in Roma, ove per lo spazio di circa „ tredici anni avea dimorato, impiegato sempre con gran frutto, „ e lode non solo ne' suoi studj, ma in molti e vari ministeri per la „ salute de' Prossimi. Ha lasciate l' Opere seguenti &c. „ Ita clarissimus Lamy in laudatis Ephemeridibus Bibliothecæ Riccardianæ Florentiæ Præfectus. Opera edita ab eodem relata, & a nobis supra transcripta, missa facimus. Laudat ibidem Bibliothecam Scriptorum Lucensium.

X. In Libro mortuorum nostræ Paræciæ S. Mariæ in Campitello *pag.* 17. P. Petrus Maria Puccetti Parochus hoc Elogio ejusdem nostri Auctoris memoriam commendavit:„Anno 1752. 23.Martii „ circa primam noctis horam in Communione S. M. E. in hac Regu- „ lari Domo S. Mariæ in Porticu in Campitello, Apoplexia cor- „ reptus, & Sacramento Extremæ Unctionis munitus, in sexagesi- „ mo sexto ætatis suæ anno obiit P. Alexander Pompejus Berti Lu- „ censis, qui adhuc vivens, inter prospera, & adversa requiesce- „ re dicebatur, in pace; litterarum studiis summoperè addictus, „ tempus, quod regularis disciplinæ studio, ei supererat, in le- „ gendis libris, iis præsertim qui in dies, in lucem edebantur, in- „ sumebat, in Republica Litteraria, & inter Arcades Academicos „ cooptatus, non obscura dedit suæ eruditionis specimina. Libros „ edidit quamplures ex Gallico in Italicum traductos: Munera „ quædam exercuit, quæ inter præcipua Congregationis nostræ ad- „ numerantur; nihilque in eo redargui poterat quod. a religiosis „ moribus abhorreret. In Sacra Indicis Congregatione Consultor „ plurimum in expurgandis libris, quibus Christiana Moralis labe- „ factari poterat, laboravit. His immorans, postremam diem clau- „ sit, ejusque Cadaver in hac nostra Ecclesia in Sepulchro Patrum „ suorum conditum fuit. „

De eodem pariter scribit cum laude P. Carolus Antonius Erra in suo Diario, cujus verba brevitatis gratia omittimus.

NO-

NOTÆ.

I. Bibliotheca Scriptor. Lucens. a Bertio concinnata adhuc inedita.

VIncentius Marchiò Lucensis in suo Libro *del Forestiere informato delle cose di Lucca Cap. XI.* memorans Scriptorum Lucensium Bibliothecam a Bertio adornatam, eam typis editam falsò scribit. Ait enim: *Degli altri* (Scriptorum Lucens.) *che si contano a centinaja, può il Forestiere restarne distintamente informato con leggere l' Opera uscita dalla dotta, e chiara penna del M. R. P. Alessandro Berti Sacerdote nella Congregazione Lucchese, detta della Madre di Dio.* Si enim Advena, & Hospes, ut plenam cumulatamque de Scriptoribus Lucensibus notitiam habeat, adire debet Bibliothecam Alexandri Bertii, quandoquidem ipse ait: *Può il Forestiere restarne distintamente informato con leggere l' Opera uscita dalla dotta, e chiara penna del P. Berti*, jam supponit illam evulgatam typis fuisse.

II. Alexander Pompejus Bertius nunquam Scholis Piis adscriptus.

Epistola, quam noster Alexander Bertius Cl. Viro Ludovico Muratorio misit, quæque supra §. 1. *num.* 1. inter ejusdem Bertii Opera edita relata fuit, in Ephemeridibus Venetis *Tom.* 27. *Art.* 8. *pag.* 239. sic reportatur: *Lettera del P. Alessandro Berti Lucchese, delle Scuole Pie al Sig. Lodovico Antonio Muratori intorno allo scuoprimento delle Reliquie di S. Pantaleone Martire Nicomediense, nella Città di Lucca.* At nostrum Alexandrum Bertium nunquam Scholis Piis nomen dedisse certissimum est. *Velim tamen*, inquit Vinciolus in paulo supra laudata Epistola, *ut hunc credas religiosum Matris Dei, non de Scholis Piis, ut in his Venetis typis error lapsus videtur. Quodque ex eadem Veneta Ephemeride libet arguere cum hujus sequens Opus referatur his verbis. Art.* 12. *pag.* 439. „ Dalle stampe „ del Marescandoli sta per uscire una bell' Opera, che molto illu- „ strerà la Storia Letteraria, ed è la seguente: „ *Memorie degli Scrittori Lucchesi raccolte da Alessandro Pompeo Berti de Chierici Regolari della Madre di Dio.*

ART.

ART. L.

De Hieronymo a Porticu.

I. Vita. Hieronymus a Porticu Vir egregiæ doctrinæ & judicii non vulgaris atque Theologus præstans, Lucæ e Patritia Familia ortus est III. Kal. Majas *1696*. Puer ingenuè educatus, optimisque studiis ad magna contendens, clericali militiæ in nostra Congregatione an. 1711. nomen dedit. Gesto cum laude tyrocinio, IV. Id. Julii 1713. religiosa vota solemniter professus est. Eum Neapoli in Tyrocinii Domo, Romæ verò in Philosophia atque Theologia sodalem habui. Utrobique ejus religiosæ pietatis, ingeniique singularis contemplator extiti. Lucam ipse missus, in nostris Scholis Philosophicas atque Theologicas Institutiones, nec non Theologiam, quam moralem vocant, præclarè docuit. Sacris initiandis exercitia spiritualia tradidit; Clericisque cuicumque se examini offerentibus examinator ab Antistitibus Lucanis constitutus, demandatum munus diligentissimè explevit, Synodo Diœcesanæ a Cl. memoriæ Fabii Colloredi Lucæ habitæ, uti Consultor præsedit. Congregatione nobilium Adolescentulorum ei concredita, magna cum cura spiritualem eorumdem profectum promovit; eamque etiam novis ornamentis decoravit. Nostrorum juvenum præfecturam exactè administravit. Pro-Rectoris, Rectoris & Vicarii Generalis munia non semel obivit maximo regularis disciplinæ bono. Obiit Lucæ anno quo hæc litteris mandamus 1752. XVII. Kal. Decembris magna cum doctrinæ religiosæque pietatis fama, nec non totius Civitatis mærore. Collegium nostrum Lucense, ab ultimis Comitiis habitis Romæ 1751. iterum moderabatur. Ad tanti Viri memoriam servandam, ejus effigies depicta fuit.

§. I.

De Hieronymi a Porticu Operibus editis & Mss.

I. Opera edita. *L'Uso delle Maschere ne' Sacerdoti in tempo del Carnevale esaminato dal P. Girolamo dal Portico della Congregazione della Madre di Dio. In Lucca per Salvatore e Giandomenico Marescandoli* 1738. *in* 8. Hoc in opere Canonicis Theologicisque argumentis solide probatur Sacerdotibus haud licere sine lethalis peccati labe, tempore bacchanalio-

naliorum larvatos incidere. Legitur etiam in hoc opere *pag.* 334. doctissima Differtatio *sopra il Canone* Nullus Presbyterorum &c: *alla distinzione* 44.

II. *Gli Amori tra le Persone di sesso diverso disaminati co' principj della Morale Teologia per Istruzione de' Novelli Confessori. Alla Santità di Nostro Signore Benedetto XIV. In Lucca per Giuseppe Salani, e Vincenzo Giuntini* 1751. *in* 4. De hoc eruditissimo atque doctissimo Opere in Ephemeridibus Florentinis ad an. 1751. verba hæc leguntur: „ Il P. Girolamo dal Portico della Congregazione della Madre di „ Dio, già cognito per altre sue letterarie fatiche, da cui si è trattata „ in tal foggia questa importante materia, che fino ad ora non vi ha „ avuto altri il quale l'abbia come egli in tutte le sue parti sì minuta- „ mente maneggiata, ed arricchita di tante questioni concernenti „ ad essa, con l'abbellimento di più di varie note erudite secondo „ il gusto di oggidì. „

III. Opera Mss. Neapoli, dum adhuc Tyro Oratoriæ arti sub Sebastiano Paulio operam dabat, cultissimo stylo descripsit latinam Historiam postremi adventus Germanorum Militum in Neapolitanum Regnum, de qua hæc scribit Vinciolus ad calcem non semel in hoc Opere memoratæ suæ Epistolæ: *Velim tamen scire, mihi persuasum non de his solis, sed de plurimis aliis Elogia fieri posse, velut inter adhuc viventes, ut unum pariter præ aliis indigitem, de Hieronymo a Porticu, qui Neapolim Germanorum Militum ingressum adeò latinè expressit, ut meruerit exemplar servari apud Literatissimum Virum Matthæum Egizium.* Hæc Vincioli verba cum laude referuntur in Veneta Ephemeride *an.* 1725. *Tom.* 37. *pag.* 285.

IV. Inter Opera Mss. reliquit Opusculum singulare inscriptum: *Meditazioni per gl' Ordinandi, Sermoni Morali, Varie Scritture in jure Canonico.* Omnia quidem prælo digna.

§. II.

Testimonia Virorum Illustrium de Hieronymo a Porticu.

I. IN Opere cui Titulus *Storia Letteraria d'Italia Tom.3.Lib.I.Cap.3.* §. 12. ab eruditissimo Viro P. Zacharia S. J. elucubrata, in nostri Hieronymi a Porticu laudem insequentia legimus: „ Il P. dal Porti- „ co, nome alla Republica de' Dotti ben conosciuto, ha un nuovo „ saggio dato della sua dottrina, e del suo zelo in un Libro, nel „ quale prende ad istruire i novelli Confessori, come debbansi re-

„ go-

„ golare negli amori tra le persone di sesso diverso. Le conversazio-
„ ni, che tra le persone de' due sessi sonosi per dilettevole interte-
„ nimento introdotte, esercitarono lungo pezzo di tempo lo zelo e
„ de Predicatori, e de Casisti; e Libri da più penne uscirono a di-
„ mostrarne i pericoli, e i danni. Ma con qual frutto? Impoli-
„ to uomo e selvaggio colui direbbesi oggimai, il quale contro si
„ fatta usanza si dichiarasse. Il P. dal Portico ha saggiamente fatto
„ a non pigliarsela direttamente contro una moda tanto accredita-
„ ta; ma l' investe di fianco, chiamando ad esame il più pericoloso,
„ ma ancora più naturale effetto, che da tali conversazioni produ-
„ casi, cioè l' amore. Ha ben fatto l'Autore di scrivere il suo Li-
„ bro in volgare, accioche più universale ne sia la lettura .... A noi
„ pare di vedere il bel sesso contro questo libro fatale all'amoroso
„ suo segno, tutto in rivolta. Ma questa è pur la lode che alla dottri-
„ na, forza, e chiarezza, con che scritto è il libro possa per noi
„ maggior darsi, e al merito dell' autor suo più convenevole. „

II. P. Daniel Concina O. P. Theologus, & Concionator celebris in suo Opere edito Romæ hoc anno 1752. *in* 4. *De Spectaculis Theatralibus. Dissert.* 3. agens *de Presbyteris personatis*, simulque probans Presbyteros Clericali veste deposita, larvatos, & laicorum vestibus indutos incedentes, peccare mortaliter: „ Conclusio (inquit) adfir-

Cap. 1. pag. 331. num. 3.

„ mans comunis est, & invictis rationum momentis evincitur. Pri-
„ ma autem, & potissima ratio ab ipsa Sacerdotali dignitate repeti-
„ tur. P. Hieronymus dal Portico Congregationis Matris Dei, qui
„ hanc Provinciam eruditè, & doctè lingua vernacula illustravit,
„ exhausitque, indicatam rationem Sacerdotis dignitatem insitam
„ fuse exponit, eamque cæteri quoque Theologi, & Patres om-
„ nes altius inculcant. „

III. Jo. Dominicus Mansi insequenti Elogio Hieronymi a Porticu memoriam posteritati commendavit: „ P. Hieronymus a Porticu
„ Patre Maximiliano, Matre Angela de Nobilibus ex familia utrin-
„ que patricia & futurorum ac præsentium gloria clara ortus Lu-
„ cæ est anno *1696.* die 29. Aprilis. Ex ephebis vix egressus lautæ do-
„ mus delicias cum claustri austeritate commutavit nomine inter No-
„ stros dato Neapoli in Collegio S. Mariæ a Porticu anno 1711. ubi
„ biennali exercitatione pro solemni Nostris more peracta, sacra-
„ mentis se religiosis obstrinxit anno 1713. die 12. Julii. Ex adole-
„ scente innocentissimo tyro fervens, Religiosus omnium virtutum
„ aggregatione perfectus evasit. Pietate fuit in Deum summa, ca-
„ ritate in proximos ardenti, in precibus assiduus, solidæ religionis
„ in cultu diligens, legum monasticarum tenax, sacrorum admini-
„ strator cautus, in concionibus nervosus & methodicus, evange-
„ licæ veritatis inculcator vehemens. Literarum studia excoluit la-

„ bo-

„ boriose, quibus agellum suum, uberem alioqui & felicem plu-
„ rima scientiarum messe ditavit. Amœniores enim literas, purum
„ præsertim latinum eloquium ita juvenis amavit, ut & ab illis ama-
„ ri & juvenis & senior sit visus. Philosophiam ac ScholasticamTheo-
„ logiam legit Nostris,Moralem exteris clericis. Canonicas scientias
„ ita pervasit, ut legum consultissimus vir Barthol.Lippi,quocum sua
„ omnia communicabat, testari non dubitaverit neminem se nosse in
„ Italia virum Canonicis in scientiis præstantiorem. Libros edidit
„ doctissimos, multiplici eruditione non tam resperfos quam refer-
„ tos. Consultationes de publicis, de privatis rebus requisitus scri-
„ psit laudatissimas. Ita Deo, suis, atque exteris acceptus ab Ar-
„ chiepiscopis Lucanis, Guinisio, Colloredo, Palma, demandatis
„ muneribus functus est amplissimis, Examinatoris, ut vocant, Sy-
„ nodalis, & in cœtu delectorum virorum ad expedienda Diœcesis
„ quæque gravissima Theologi & Canonistæ; ac tandem summa No-
„ strorum omnium approbatione, nostri hujus Collegii Rector
„ totiusque simul Congregationis Vicarius generalis electus,
„ quam administrationem ita tenuit septennio, ut ex integro eodem
„ imperio dignus sit habitus, in quo & immortuus est. Obiit meri-
„ tis quam ætate maturior, maligna hepatis, cujus semper vitio la-
„ boravit, inflammatione correptus, ingenti sui desiderio omnibus,
„ Nostris vero insuper beata probatissimorum exemplorum hæredi-
„ tate relicta, anno 1752. mense Novembris die 15. elatus funere
„ lacrymis potius quam apparatu superbo.„ „ Ita sodali,ami-
„ co, patri J. D. M. parentavit mœstissimus. „. IV.

Noster Dominicus Monti S.Theologiæ Lector Romæ degens, in ejusdem Hieronymi a Porticu laudem hæc scripsit. „ Hieronymus a
„ Porticu Maximiliani filius Lucensis, nobili genere natus, a teneris
„ Mundo valere jusso, nostræ Congreg.Matris Dei se mancipavit.Ty-
„ rocinii biennio, nec non studiorum orbe juxta nostras Constitutio-
„ nes emenso,Philosophiam ac Theologiam quacunque ex parte cùm
„ domesticos, tum exteros Lucæ docuit. Nostris juvenibus præfectus,
„ non minus pietate quàm doctrina omnigenaque literatura ipsis pro-
„ fuit. Collegii Lucensis S. Mariæ Curtis Orlandingorum Rector
„ universæque Congregationis Vicarius non semel (quamvis invi-
„ tus) renunciatus, suis non modò verbo atque auctoritate; verùm
„ etiam virtutum omnium exemplis mirificè præluxit: remque do-
„ mesticam restituit, auxit, firmavit. Ibidem nobiles adolescen-
„ tes sub Virginis Matris auspiciis ac tutela coactos ad Christianas
„ Leges composuit; & in æternam animarum salutem Deique O. M.
„ gloriam multimoda virium contentione annos, quos vixit, impen-
„ dit. Præsulibus Lucensibus in Synodicis controversiis dirimen-
„ dis, in examine promovendorum sive ad Ecclesiæ Ordines,

„ five ad Confeſſiones Sacramentales excipiendas, & in reliquis Pa-
„ ſtoralis regiminis negociis obeundis ſedulam navavit operam. To-
„ ti demum Patriæ conſilio, prudentia, dexteritate præſto fuit, in
„ juris civilis nedum canonici ſcientia nemini ſecundus. Sacra-
„ mentis rite ac religioſe ſuſceptis, omnium luctu maximaque
„ Congregationis noſtræ jactura diem obiit ſupremum XVII. Kal.
„ Decemb. An. Æræ Dionyſianæ MDCCLII. ætatis ſuæ LVI.

N O T Æ.

HUcuſque de Congregationis noſtræ Scriptoribus, qui jam obierunt, diximus. Nunc de iis, qui adhuc ſuperſunt, verba faciemus; eo tamen conſilio ut ab eorum laudibus temperemus. Compertum enim habemus vivorum laudes, quanquam veritati nixas, omnino ab aſſentatione non abeſſe, facilè judicari.

ART.

A R T. LI.

De Francisco Franchio.

FRanciscus Franchius Congregationis nostræ Theologus celebris & Græcè doctus, e Patre Lucensi Florentiæ ortum habuit III.Id. Aprilis 1677. Neapoli religiosa veste an. 1692. inter Nostros indutus, biennio probationis exactè peracto, XII. Kal. Julii 1694. solemnia religiosa vota nuncupavit. Philosophiam sacramque Theologiam Romæ didicit; cumque ejus ingenium acutum, ac perspicax esset; eas facultates, nec non Theologiam Moralem Histonii in Aprutio, & Lucæ multis annis docuit. Novo Collegio Mediolanensi ab Alexandro de Podio an. 1718. instituto, illuc Franchius alios inter selectissimos Patres missus est, ut sua pietate doctorinaque ornamento ei foret ac præsidio. Lucæ Juvenes nostros in regulari disciplina instituit; Mediolani Parochi & Pro-Rectoris munera obivit. Sacrarum Virginum asceteriis addictus a Josepho Palma Lucanæ Ecclesiæ Archiepiscopo, atque Moderatore vigilantissimo, officio suo haud defuit. Vivit Lucæ septuagenario major, anno quo hæc exaramus 1751. non sine sui atque Congregationis nostræ decore. I. Vita.

E Gallico in italicum transtulit idoma Opus sanè utile prænotatum: *Considerazioni Cristiane per tutti i giorni dell' anno cogli Evangelj di tutte le Domeniche del P. Giovanni Crasset della Compagnia di Gesù, poste in migliore ordine ed accresciute di un breve Compendio della Vita, e virtù dell'Autore tradotte dalla lingua Francese nell' Italiana. In Venezia presso Paolo Baglioni 1713. Tom. 4. in 12.* Idem Opus recusum est Bononiæ 1714. typis Longhii. II. Opera edita & Mss.

L'Anno Domenicano, ovvero Diario delle Vite de' Santi, Beati, e Persone illustri per fama di Santità, dell' Ordine de' Padri Predicatori, colle meditazioni sopra le loro principali virtù. Opera composta da M. di Vienna Sacerdote del Terzo Ordine di S. Domenico, divisa in sei Tomi, e tradotta dalla lingua Francese nella Italiana da Francesco Franchi Sacerdote della Congregazione de' Chierici Regolari della Madre di Dio. In Lucca per Salvad. e Gio. Domenico Marescandoli 1738. in 12. Tom. I. Huic editioni nonnulla additamenta Franchius noster fecit. Prædictum Opus in sex Tomos *in* 12. distributum, & a Franchio italicè redditum, præter primum prælo mandatum, reliquos omnes penes se Mss. habet; quia Typographus expensis deterritus est. III.

Præterea utilissimum Tractatum inscriptum: *Lo Spirito del Cristia-* IV.

ſtianeſimo &c. a Patre Nepueu Gallicè elaboratum, Italicè reddidit, & pariter Ms. penes ſe habet; quod opus maximo animarum bono, ab alio verſum, prodiit Florentiæ an. 1744. Traductionem ſecundam Operum inſignis Concionatoris *P. la Colombiere* cuſam Venetiis an. 1737. Franchius noſter ad preces Baglioni Typographi nonnullis in locis caſtigavit, emendavitque.

N O T Æ.

IN Ephemeridibus Venetis *an.* 1715. *Tom.* 24. *pag.* 418. de memorata Joannis Craſſet italica translatione, verba hæc leguntur: *La Traduzione delle Conſiderazioni Criſtiane ſi crede fatta da un Geſuita Lucchese.* Quæ quidem verba corrigenda ſunt, quandoquidem verus ejuſdem verſionis Auctor extra omnem controverſiam eſt noſter Franciſcus Franchius. Error inde ortus, quia nomen ſuum non appoſuit. Cæterum ipſe Franchius, ſe ejuſdem traductionis verum, ac genuinum eſſe auctorem, teſtatur in Præfatione alius operis ſupra recenſiti, cui titulus *Diario Domenicano*, in qua hæc habet: *Un Religioſo Domenicano molto mio amico avuta notizia eſſer ſtate da me tradotte dall' Idioma Franceſe nell' Italiano* Le Conſiderazioni Criſtiane per tutti i giorni dell' anno del P. Craſſet *ſtampate la prima volta dal Baglioni in Venezia l' anno* 1713. *indi mi propoſe il tradurre l'Anno Domenicano &c.*

ART.

A R T. LII.

De Petro Maria Puccetti.

Petrus Maria Puccetti Romanus cum sub accurata Patrum Oratorii S. Philippi Nerii disciplina primos florentis ætatis suæ annos transfegisset, atque in humanioribus litteris in Collegio Romano a Patribus S. J. probè institutus fuisset, sub annum 1702. ætatis suæ XVI. (natus quippe est V. Non. Octobris 1686.) Institutum nostrum amplexus est. Absoluto Neapoli religiosæ biennalis probationis curriculo, Alexandro Saminiati vigilantissimo Tyronum moderatore, VII. Kal. Augusti 1704. per solemnem votorum emissionem se totum Deo consecravit. Lucam deinde missus, Constantini Roncaglia in Philosophia, in sacra Theologia ejusdem, nec non Francisci Franchii auditor fuit. Quibus Facultatibus optimè instructus, iis pariter in tradendis Lucæ primùm, dein Neapoli, Romæ demum operam dedit. Missiones in villis, & Oppidis Lucensis, & Pisanæ Diœcesum magno animarum bono habuit. Sacram Catechesim pluribus annis Lucæ in nostra Ecclesia docuit; quem ego mea in adolescentia audivi. Genesio Calchi Episcopo Lucano fuit a consiliis, a quo *Examinatoris* munere decoratus est. Romæ Orationem Paneg. S. Philippi Nerii primùm in colle S. Honuphrii audientibus etiam pluribus Emis Cardinalibus, alio post anno, recurrente ejusdem S. Philippi Festo, in Vallicellano Templo, & sequenti mox die in Palatio Quirinali coram Benedicto XIII. dixit. Amplissimo Cardinali Jo. Baptistæ Bussio Anconitano Episcopo apprimè charus, coram eo laudes S. Cyriaci M. Anconæ recitavit. Sacræ Congreg. Indicis Consultor est. Procuratoris Generalis in Congregatione nostra munus exercuit; non semel Assistentis Generalis officium ei est demandatum, quod nunc quoque peragit. Vivit Romæ hujus nostræ Campitellanæ Ecclesiæ a multis annis Parochus, Xenodochiis, sacrarum Virginum directioni, aliisque piis Operibus incumbens. I. Vita.

Vita della Serva di Dio Maria Maddalena Turriani dedicata all' Illma ed Eccellentissima Signora D. Maria Eleonora Rospigliosi Chigi Principessa di Farnese. Roma 1731. nella Stamperia Zenobj in 4. II. Opera edita & Mss.

Lettera Parenetica scritta da S. Girolamo a Leta, per istruirla a ben educare la sua Figliuola. Tradotta dal Latino nel volgare idioma, e dilucidata con alcune brevi note... Dedicata all' Illma Sig. Maria Francesca Spada Muti. In Roma nella Stamperia Zenobj 1732. in 8. III.

Vita del Cardinal Leandro Colloredo della Congregazione dell' Oratorio di Roma... Dedicata all' Illmo e Rmo Monsignor Fabio Colloredo IV.

redo Arcivescovo di Lucca , e Conte . In Roma nella Stamperia di Rosati , e Borgiani 1738. *in* 4.

V. *Ragguaglio delle Virtù di D. Antonio Simone Ciccarelli Sacerdote di Camerino , e Fratello dell' Oratorio di S. Filippo Neri di Roma , dedicato all' Emo e Rmo Principe il Sig. Cardinale Antonio Saverio Gentili . In Roma nella Stamperia di Generoso Salomone* 1745. *in* 8.

VI. *Præter scripta Theologica , Polemica , & Moralia , Orationes* item *& Conciones plurimas,* habet etiam ineditam singularem Dissertationem , in qua ostendit : *Esser gran male non solamente il permettersi che il Demonio per mezzo degli Ossessi predichi le verità della Santa Fede , e la osservanza della divina Legge , ma ancora il trattenersi ad udirlo così predicare .*

VII. *Manuale Parochorum Alphabetico ordine digestum . Tom. I. in fol.*

VIII. *Dilucidazione de i Sagri Riti , ed altre circostanze appartenenti al Sagrifizio della Messa distribuita in più Parti .*

IX. *Catechismi sopra tutti i Precetti del Decalogo .*

X. *Dissertazione sopra la Forma della Consacrazione contro il P. Lebrun .*

XI. *Manuductio in Psalmos .*

XII. *Ragguaglio delle virtù , e santa Vita del P. Bernardino Pierotti .*

XIII. Laudes. Petrus Morettus in erudito Opere inscripto : *Notitia Cardinalium Titularium Insignis Basilicæ S.Mariæ trans Tyberim* edito Romæ 1752. *pag.*60. loquens de virtutibus rebusque gestis a piissimo Card. Leandro Colloredo, ait ea *dilucidè , fusèque exposita Lector inveniet in Vita Romæ vulgata an.* 1738. *a R. P. Petro Maria Puccetto e Lucensi Congregatione Clericorum Matris Dei .*

ART.

A R T. LIII.

De Dominico de Nobilibus.

DOminicus de Nobilibus, Cl. Viri Vincentii Mariæ, cujus supra meminimus, Germanus Frater, Lucæ e Patritia Familia v. Kal. Septembris 1688. natus, Neapolim an. 1705. Congregationi nostræ nomen daturus se contulit. Tyrocinii tempore sub Claudio Demivil-le religiosè expleto, vi. Non. Julii 1707. solemnia vota nuncupavit. Romæ doctissimos Viros Antonium M. Baccicalupium, postea Vintimiliensem Episcopum, & Quintinum Roncagliam Congregationis nostræ dein Rectorem Generalem in Philosophia Theologiaque audiit. Lucam deinde, postea Histonium, Neapolim demum missus, ibidem in nostro Collegio S. Mariæ in Porticu religiosam vitā adhuc traducit. Sex annis juventutem nostram in regulari observantia diligenter instituit. Tyronum Præfecturam ac Pro-Rectoris munus in eadem Domo exercuit. Ejusdem Ecclesiæ Sacella exornavit, divinique cultus splendorem auxit. Sacramentum Pœnitentiæ, summo etiam loco natis indefesso labore impertitur. Concionibus Quadragesimalibus incumbens, eas xv. ann. spatio variis in locis, ac Civitatibus, Consentiæ potissimùm, & Capuæ cum fructu, & laude habuit, eique Apostolico muneri multis annis pro animarum bono operam dedit. Sacræ Scripturæ Libros in Ecclesia S. Birgittæ explicuit, suosque labores in id argumentum publici juris fecit. Vivit Neapoli in memorato Collegio S. Mariæ in Porticu Suburb. Plag. anno quo hæc scribimus 1752. regulari observantiæ, studiisque addictus. I. Vita.

Feste della Vergine, Loro mistero e introduzione nella Chiesa. Con una Novena per l'Assunta, e le Meditazioni per tutte le Feste della medesima ... Dedicato all' Illmo, Eccellentissimo Signore D. Mondillo Orsino Patriarca di Costantinopoli, e Arcivescovo di Capua. In Napoli per Francesco Ricciardo 1732. *in* 12. Huic Operi Auctor adjecit Vitam BB. Virginis Mariæ jam prælo paratam. II. Opera edita & Mss.

Breve Compendio della Vita del Glorioso S. Cataldo Insigne Protettore della nobile, e cospicua Città di Taranto con alcune Meditazioni ed orazioni per un'Apparecchio di nove giorni alle due principali solenni sue Feste. In Napoli per Giuseppe Severini 1739. *in* 8. III.

Lezioni Sacre, e Morali sopra i Libri di Ruth, e di Ester; e sopra i Vangelj della Nascita, Passione, e Morte di Nostro Signor Gesù Cristo. Dedicate all' Illma ed Eccellentissima Signora D. Giuseppa Antonia Caracciolo Marchesa della Valle. In Napoli per Giuseppe Severini 1740. *in* 4. *&* 1745. *Tom. II. in* 4. apud eundem. IV.

Vita.

V. *Vita del Ven. Servo di Dio P. Giovanni Leonardi Fondatore della Congregazione della Madre di Dio. Ms.*

VI. Habet pariter inter Mss. *Tom. I. in fol.* comprehensa *Le Novene dell'Assunta della BB. Vergine, e di S. Giuseppe, con discorsi sovra li medesimi Soggetti, Panegirici, Prediche per Esercizj Spirituali, Discorsi del SSmo Sagramento, Prediche Quaresimali.*

VII. Laudes. *In Tom. I. Lectionum* Vincentii Mariæ de Nobilibus leguntur in Præfatione de nostro hoc Scriptore insequentia verba: „ Il P. Domenico de Nobili, che trovavasi ancor esso applicato allo studio „ della sacra Scrittura, e che più volte, essendo il P. Vincenzo impedito, aveva supplito nel fare le Lezioni in S. Brigida, e già „ ne aveva dato un Tomo alla luce sopra varj Libri della Scrittura, „ con approvazione tale del Publico, che essendosi in pochi Mesi „ esitata la prima stampa, Giuseppe Severini ne fece la seconda „ edizione di molto accresciuta, e più corretta, prese di buon „ grado la fatica di rivedere, ordinare, e dar compimento a quel „ numero di Lezioni, e Panegirici, che ora per mezzo delle mie „ stampe vi presento. „

ART.

A R T. LIV.

De Septimio Bruni.

Septimius Bruni Genuæ Prid. Id. Augusti anno a Christi Servatoris ortu 1690. in lucem editus est. Puer litteris edifcendis traditus, brevi liberalibus disciplinis eruditus, ubi adolevit in Congregationem nostram admittitur. Incœpto Neapoli suæ probationis curriculo sub exacta Claudii Demiville institutione, eoque attentissime absoluto, VI. Non. Julii 1709. solemni Professione dignus a Patribus habitus est. Votis emissis biennio sub Josepho de Rubeis Histoniensi, viro religiosis moribus ac litteris exornato, Rethoricæ operam dedit, qua in dicendi arte, quia multùm præstabat, confectis Lucæ suis studiis, Neapolim iterum petiit ad juventutem nostram erudiendam, ubi simul Pro-Magistri Tyronum officio functus est. Lucam reversus in nostris scholis publicè Artem Rethoricam docuit, Academias magno litterarum bono, magnaque auditorum frequentia, ac plausu tenuit, nullumque non movit lapidem ad fere labentia studia restauranda, augendaque. Mox Genuensi Collegio Matris Dei assignatus, in eadem Civitate a multis annis cùm Missionibus obeundis, & Sacramentalibus Confessionibus excipiendis, tùm Concionibus sacrisque Orationibus, pro animarum bono, incumbit, civibus, atque viris eruditis charus. Ejusdem Collegii Rector non semel constitutus, Ecclesiam novis ornamentis decoravit. Vivit Genuæ anno quo hæc exaramus 1753. I. Vita.

Orazione Panegirica per la solennità dell' Unione di Genova detta .... a Serenissimi Collegj, e dedicata al Serenissimo Doge l'Anno MDCCXXVI. In Genova nella Stamperia del Franchelli. II. Opera edita & Mss.

Prolegomena & Dissertationes omnes ab Epistola I. ad Corinthios adusque Apocalypsim, quæ leguntur in versione Latina nostri Joannis Dominici Mansii edita Lucæ typis Venturini 1729. *Tom. II. a pag.* 201. *ad pag. usque* 317. Hæc sunt genuinum opus ejusdem Septimii Bruni, ut ipse Mansius in Præfatione *Tom. I.* candidè fatetur; ubi verba faciens de iis, qui vertendis Dissertationibus Cl. Viri Augustini Calmet, in omnes & singulos S. Scripturæ Libros operam suam contulerunt, hæc habet: *Qua in re operam nobis suam egregiè præstitit P. Josephus Maria Priani, sicut & symbolam contulit P. Septimius Bruni, Genuenses ambo, ac Instituti, sicut & studiorum societate mihi conjunctissimi, quorum postremo debent Eruditi Latinam Versionem omnium Dissertationum ab Epistola I. ad Corinthios adusque Apocalypsim.* Continet *Prolegomena XIX. & Dissertationes X.* Præterea III.

 eidem

eidem Mansio latinis Litteris tradendo Dictionario Biblico prælaudati P. Calmet, Lucæque evulgato *an.* 1725. *typis Sebastiani Dominici Cappuri & Leonardi Venturini Tom. II. in fol.* idem Septimius Bruni labores etiam impendit suos.

IV. *Vita dell'Ammirabile Servo di Dio Don Cesare de Magistris Sacerdote Napolitano. In Lucca per Salvatore e Giandomenico Marescandoli* 1737. *in* 4.

V. Habet Mss. præter multas Orationes prælo dignas, *Compendio della Vita della chiara memoria della Signora Duchessa Felice Maria Orsini, dedicato al Sommo Pontefice Benedetto XIII.*

ART.

A R T. LV.

De Joanne Dominico Mansio.

Joannes Dominicus Mansius nobilis Lucensis, Græcè, Hebraicè, & Latinè doctus, nostræ Congregationis decus & ornamentum, atque universæ Reipublicæ Litterariæ celeberrimus, an. 1692. die XVI. Februarii ortus est. Ingenuè educatus a prima adolescentia pietatem æque ac litteras seriò excoluit. At perfectiora cogitans, Mundo supremum vale dicens inter Nostros adscribi petiit. Anno igitur 1708. ætatis suæ XVI. nostra Clericali veste Neapoli indutus, cum tyrocinii sui biennium exactè explevisset, dies v. Augusti 1710. ad solemniter profitendum ei data est. Deo per sacram votorum religionem propius conjunctus, impensius regulari observantiæ litterisque vacavit. Memoria tenaci, quæ legebat intimè conservabat, nec materiarum dissimilitudo, nec annorum intervalla, semel injectas menti cognitiones oblitterarunt. I. Vita.

II. Post amæniora studia, Philosophiæ, ac Theologiæ Francisco Franchio, & Petro Maria Puccetti earumdem scientiarum Professoribus eximiis Lucæ egregiam navavit operam adversante licèt valetudine; iisque studiis Historiam Ecclesiasticam, rei Theologicæ in optimo lumine collocandæ apprimè necessariam adjecit. Studiorum curriculo absoluto Scholasticas scientias Lucæ multis annis docuit, quo item tempore Theologiam, quam Moralem vocant, Lucensibus Clericis tradere cœpit. Quod munus constanter peregit, licèt aliis curis studiisque totus vacaret. A Bernardino Guinisio, primo Lucanæ Sedis Archiepiscopo, cujus beatam memoriam nulla unquam delebit oblivio, Examinatoris munere decoratus, partes suas desiderari non sivit. Fabius Colloredus illa in amplissima Cathedra Guinisii successor præclarus, & cum honore semper memorandus, ferè totam illam Diœcesim curæ, diligentiæ, fideique Joannis Dominici Mansii concredidit, quem Examinatorem Synodalem, Visitatorem, ac conscientiæ suæ moderatorem constituit. Novus item dignissimusque ejusdem Ecclesiæ Præsul Josephus Palma eundem Mansium maxima in existimatione habet; & apud eruditos nobilesque Lucenses magno in loco est, semperque fuit; immo ejus nomen longè lateque non tantùm per Italiam universam pervulgatum est, verùm etiam apud exteras dissitasque Nationes gloriosum atque celeberrimum extat, novaque incrementa in dies accessionemque acquirit. Hinc unanimi Arcadum consensu ac plausu fuit in eorum cætum expetitus & adscriptus sub Pastorali nomine Cleoptolemi Ar-

taclii, quemadmodum testatur Michael Joseph Morei Arcadiæ Custos Generalis in Litteris ad eum datis.

III. In nostris Comitiis habitis Lucæ an. 1738. Rector Lucani Collegii, totiusque Congregationis Vicarius Generalis electus, collata ei pro merito munera, demississimè renuit. Bibliothecam Lucensem ei commendatam laxatis spatiis, Pluteis extructis, Libris undequaque conquisitis ditavit exornavitque. Academiam de rebus ad Historiam Ecclesiasticam, & Liturgicam spectantibus Lucæ in nostro Collegio, magna auditorum frequentia, nec non scientiarum ac eruditionis incremento instituit. Vivit inibi anno quo hæc scribimus 1753. bonis studiis, atque piis operibus devotus; de cujus regulari observantia, animique moderatione ac candore plura dicerem, si fas esset in viventis his laudibus diutius immorari.

§. I.

De Joannis Dominici Mansii Operibus editis.

I. *Tractatus de casibus, & Excommunicationibus Episcopis reservatis, confectus ad normam Tabellæ Lucanæ Lucæ, typis Sebastiani Dominici Cappuri* 1724. *in* 4. Opus hoc ab Autore nonnullis in locis emendatum castigatumque prodiit iterum Lucæ *an.* 1739. De eo in notis infra subjiciendis mentio iterum facienda.

II. Lepido eruditoque Libello *Jo. Burch. Menckenii de Charlataneria Eruditorum declamationes duæ cum Notis variorum &c.* recuso Lucæ 1726. typis Leonardi Venturini *in* 12. noster Joannes Dominicus Mansius suppresso nomine adjecit *supplementi loco Notas Tumultuarias* ad Auctoris argumentum magis illustrandum.

Ut Eruditorum commodis inserviret, plures annos Mansius impendit in transferendis Operibus Cl. & doctissimi Viri D. Augustini Calmeti O. B. quæ Auctor in S. Scripturam Gallicè elucubraverat. In quorum versione non solùm latini sermonis elegantiam servavit, ac genuinum Auctoris sensum exactissimè reddidit; sed etiam, ut optimi Interpretis munus est, ea quæ vel vitio Typographi, vel Auctoris lapsu in Opus immensum irrepserunt, sive in textu, sive adjecta ad marginem breviori nota, potissimum verò in Præfationibus Dictionario Biblico, Supplemento, Dissertationibus, Commentariisque affixis, correxit, atque castigavit.

III. Igitur *an.* 1725. edidit Lucæ typis Cappuri, & Venturini *Dictionarium Historicum, Criticum, Chronologicum, Geographicum, &* *Lite-*

Literale Sacræ Scripturæ II. Tom. in fol. comprehensum. Quamvis enim in Opere hoc è Gallico in Latinum politè eleganterque vertendo nonnulli è Nostris adlaboraverint, potissimùm P. Septimius Bruni, uti supra innuimus, atque Præfatio (quæ est nostri Jo. Dominici Mansii) sub Editorum nomine prodierit: nihilominus quia præcipuam ejusdem Operis latinis litteris tradendi, & absolvendi provinciam Mansius sibi sumpsit, jure optimo prædictum Opus adscribendum ei est, sicuti pariter illi adjudicarunt Vinciolus in sua Epistola de nonnullis Congregationis nostræ Scriptoribus *num. XII. pag.* 31. Ephemerides Venetæ *an.* 1725. *Tom.* 37. *pag.* 283. nec non Venetus Typographus, qui anno insequenti, seu 1726. anonymum Opus Auctori suo adjudicans, in fronte ejusdem Operis a se recusi, verum Interpretis nomen patefecit.

Acta Eruditorum Lipsiæ *an.* 1729. *pag.* 166. De memorato Opere latinè donato hæc habent: „ Ex Italis etiam Rev. P. Mansi Di„ ctionarium hoc in gratiam Eruditorum, qui Gallica non amant, „ Latina Civitate donaverit satis luculenter, primumque Lucæ „ ante triennium ferè ediderit. Ubi verò Interpres hic Latinus pro „ linguæ genio, nunc paulo latius excurrere, nunc magis sermo„ nem contrahere sibi integrum putavit, modo a mente Auctoris „ non recederet, ita diligentius omnia scrutatus, & Auctores ipsos, „ quibus Calmetus sua congessit, evolvens, cum nonnulla planè „ falsa, seu vitio typographi, sive Auctoris lapsu, aut certè præ„ posterè descripta ex aliis libris deprehendisset, ea in notis dili„ genter emendavit.... Quod reliquum est, optamus, ut, postquam „ superiori anno Parisiis prodiit Cl. Auctoris ad hoc Dictionarium „ Supplementum, Rev. Mansi interpretis munus denuo in se susci„ pere haud detrectet &c. „ Quod Eruditi omnes optabant Mansius præclarè præstitit. Hinc anno 1731. edidit

IV. *Supplementum ad Dictionarium Historicum, Criticum, Chronologicum, Geographicum, & Literale Sacræ Scripturæ Authore R. P. D. Augustino Calmet Benedictino Abbate Senoniensi. Opus Gallicè primùm ab Authore, nunc verò Latinis Literis traditum a Joanne Dominico Mansi Congregationis Matris Dei Lucensi, Emo, ac Rmo Principi Josepho S. R. E. Cardinali Accoramboni. Lucæ Typis Leonardi Venturini* 1731. *Tom. II. in fol.* Integrum hoc Opus, suis locis supplementi verbis insertis, recusum est Venetiis typis Sebastiani Coleti an. 1734. in duos Tomos in fol. divisum; quæ Editio est secunda Veneta. Sebastianus Coletus tertiam fecit editionem an. 1747.

Excepta non solum a Nostris, sed etiam ab exteris hominibus maximo cum plausu Dictionarii Biblici Mansiana versione, statim ad Latinis litteris Dissertationes ejusdem Auctoris donandas Man-

Mansius se contulit. Opus absolutum prælo mandavit, cui hunc Titulum indidit:

V. *Prolegomena & Dissertationes in omnes, & singulos S. Scripturæ Libros ... Emo ac Rmo Principi Prospero S. R. E. Cardinali Lambertino. Lucæ sumptibus Leonardi Venturini 1729. Tom. II. in fol.* Legenda Interpretis Præfatio apprimè docta atque erudita. Idem Opus prodiit etiam Venetiis typis Christophori Zane *an.* 1734.

VI. Demum ut Eruditorum undique votis Mansius indulgeret, vastissimam æque ac laboriosissimam *Commentariorum Literalium in omnes Libros Veteris & Novi Testamenti* versionem aggressus est: cui amplissimo volumini *in IX. Tom. in fol.* distributo accurate cudendo Salvator, & Joannes Dominicus Marescandoli Lucani Typographi operam suam egregiè præstiterunt. I. Tom. complectitur Genesim & Exodum; II. continet Leviticum, Numeros, & Deuteromium: prodieruntque ambo *an.* 1730. III. editus 1731. habet Libros Josue, Judicum, Ruth, & Regum; IV. evulgatus 1732. comprehendit Paralipomen., Esdram, Tobiam, Judith, Esther, Job, Macchabæos; V. impressus non *an.* 1732. sed revera 1733. habet Psalmos, & Proverbia; VI. pariter editus neutiquam 1733. sed 1734. continet Ecclesiastem, Canticum Canticorum, Sapientiam, Ecclesiasticum, & Isaiam; VII. impressus 1735. complectitur Jeremiam, Baruch, Ezechielem, Danielem, & XII. Prophetas Minores; VIII. cusus 1736. habet Commentaria in SS. Matthæum, Marcum, Lucam, & Joannem, necnon in Acta Apostolorum cum variis Lectionibus in Evangelia. IX. Denique editus 1738. Epistolas Canonicas, & Apocalypsim complectens præclarissimo Operi Calmeti latinè reddito finem imposuit.

Altera ejusdem Operis latina versio eodem ferè tempore Venetiis adornata est, sed Prolegomena Dissertationesque, quæ in hac Veneta Editione leguntur, ipsissimæ sunt, quas Mansius vertit, ediditque separatim Lucæ an. 1729. uti paulo supra adnotavimus.

VII. Doctissimum eruditissimumque Opus Ludovici Thomasinii *De Veteri & Nova Ecclesiæ Disciplina* in tres Tomos in fol. distributum, recusumque Lucæ sumptibus Leonardi Venturini 1728. Mansius *Variis Animadversionibus locupletavit*, quæ leguntur ad Calcem *Tomi III. a pag.* 621. usque ad *pag.* 659. In primo ejusdem Operis præstantissimi Tomo extat item *Elogium Historicum P. Ludovici Thomasinii* ab eodem Mansio latinis litteris traditum.

VIII. *Dissertazione in Difesa del Primato nella Cristianità di Toscana della Chiesa di Lucca*. Legitur in Opusculo Gabrielis Grammatica inscripto: *Guida Sacra alle Chiese di Lucca* edito Lucæ 1734. necnon *an.* 1736. *pag.* 132. & 1741. *pag.* 195. In perutili Libello eruditissimi Viri Joannis Marangonii cuso Lucæ typis Marescandoli 1746. *in* 12. inscripto: *Esercizj per la Novena del SSmo Natale del Nostro Si-*

Signore Gesù Cristo, legitur *pag.* 5. diserta hujus nostri Auctoris Præfatio.

Annales Ecclesiastici Cæsaris Baronii S. R. E. Cardinalis unà cum Critice Historico-Chronologica Antonii Pagii singulis Baronii paginis subjecta, ac eorumdem Annalium Continuatione studio Odoryci Raynaldi. Lucæ Typis Leonardi Venturini Tomi hucusque *XXV.* in Folio. Tomus I. prodiit an. 1738. Reliqui insequentibus annis excusi sunt. Huic novæ editioni omnibus numeris absolutæ Cl. Abb. Dominicus Georgius, & noster Joannes Dominicus Mansius eruditas notas sparsim adjecere. Georgius Fastos Consulares ab anno Urbis conditæ 709. ad annum Christi 567. illustravit, castigavitque, ineditaque plurima monumenta protulit, quæ ad castigatissimam lectionem monumentorum, quæ sunt in Annalibus edita, maximè conferunt. Mansius verò Animadversiones digessit:Baronium,Pagium,Raynaldum illustravit; & Chronologiam inferioris ævi in optimo lumine posuit, suisque notis elucubrandis LX. Concilia è tenebris eduxit, quorum nullum nec in collectione quidem Labbeana postrema indicatur. Ephemerides Florentinæ *an.* 1741. *num.* 17. ad diem XXVIII. Aprilis *pag.* 262. hæc habent: „ E' uscito alla luce il Tomo VII. de- „ gl'Annali del Cardinale Baronio colla critica del Pagi secondo la „ nuova Edizione, che in quella Città si fà... Si è saputo al fine „ chi sia l'Autore delle note erudite, che vi si aggiungono. Que- „ sti si è il P. Domenico Mansi Sacerdote della Congregazione della „ Madre di Dio, dotto, erudito, e cortese, che essendo indefesso „ negl' utili studj, procura sempre belle edizioni di ottimi Libri, „ siccome quello che gli ama, e gli fa possedere al Collegio del „ suo Ordine in Lucca con abbondantissima Libraria. Si crede, „ che sarà grato al Mondo Letterario il sapere, che questo cele- „ bre Padre possiede un Manoscritto in carta pecora, nel quale si „ contiene un Compendio delle Antichità Giudaiche di Giuseppe, „ fatto da Egesippo per quanto s' indica nella parte interiore del- „ la coperta del Libro da mano diversa e più moderna. Egli hà „ liberalmente prestato questo Manoscritto ad uno de nostri Colle- „ ghi, acciò lo dia alla publica luce. „ Et ad diem XII. Augusti 1746. *pag.* 502. *num.* 32. hæc pariter reponunt: „ Adesso si daranno i „ Tomi, che contengono la continuazione di quegli Annali fatta „ dal P. Odorico Rainaldi, della quale edizione il Signor Venturi- „ ni Stampatore ha publicato un piano fatto dal celebre P. Gio. Do- „ menico Mansi &c. Dopo tutto questo, o che potesse fare il P. Man- „ si la continuazione degli Annali Ecclesiastici fino a nostri tempi! „ O che bella cosa, e necessaria! O che cosa degna della cura, e „ sollecitudine di Roma! „ IX.

Rerum a Castruccio Gestarum ex quo rediit in Patriam, Series Chro- X.

Chronologica ex editis, ineditisque monumentis expressa a P. Joanne Dominico Mansio cum notis. Incipit ab an. Christi 1314. *& desinit in annum* 1328. Legitur in vita Castruccii Antelminelli Lucensis Ducis Auctore Nicolao Tegrimio edita Lucæ typis Cappuri 1742. *in* 4. In hoc Opere adest Præfatio Cl. Viri Joannis Tegrimii in qua memoratam Seriem Chronologicam Joannis Dominici Mansii, ejusque eruditas notas suis laudibus efferens ait: „ Cujus diligentiæ fructum acceptum referre debeo doctissimo Viro Joanni Dominico Mansi „ Congregationis Matris Dei sodali, qui, quantum subcisivi temporis potuit e suis occupationibus, me flagitante, surripere, id „ omne in hunc Auctorem illustrandum (majori ne humanitatis, an „ eruditionis laude, non facilè dijudicarem) libentissimè contulit. „ Cui quidem hoc etiam magis me obstrictum esse profiteor, quòd, „ dum immensum Ecclesiasticorum Annalium Opus dies, noctesque „ versaret, id ab eo postulare importuni profectò hominis videbatur esse, ac nimium cogitationibus suis blandientis. „

XI. *De Epochis Conciliorum Sardicensis & Sirmiensium cæterorumque in Causa Arianorum. Qua occasione rerum potissimarum S. Athanasii Chronologia restituitur ... Emo Principi Joachimo Cardinali Besutio nuncup. Lucæ typis Philippi Mariæ Benedini* 1746. *in* 8. Hujus Opusculi occasione F. Th. M. Mamachius, Vir aliàs eruditus & doctus, Mansio litem intendere conatus est: sed in notis nonnulla opportunè subiicimus.

XII. *Sanctorum Conciliorum & Decretorum Collectio nova, seu Collectionis Conciliorum a PP. Philippo Labbeo, & Gabriele Cossartio Soc. Jesu Presbyteris primum vulgatæ, dein emendatioris, & amplioris Opera Nicolai Coleti Sacerdotis Venetiis recusæ Supplementum, in quo additamenta, variantes Lectiones, emendationes ad Concilia Veneto-Labbeana; nova itidem Concilia, ac Decreta permulta exhibentur. Omnia ex editis & Mss. Codicibus undique quæsitis Græcis Latinisque collegit, digessit, additisque Præfationibus, Notis, Dissertationibus historicis, criticis, chronologicis, dogmaticis illustravit Joannes Dominicus Mansi Lucensis, Clericus Regularis Congregationis Matris Dei. Lucæ typis Josephi Salani, & Vincentii Junctini Tom. VI. in fol. I. & II. prodierunt an.* 1748. *III.* 1749. *IV.* 1750. *V.* 1751. *& VI.* 1752.

De præstantissimo hoc Opere in Ephemeridibus Venetis ad diem xx. Aprilis 1748. *num.* 16. *pag.* 123. hæc legimus: „ Dopo aver „ terminata l'Autore (P. Mansius) la sua lodevole impresa delle Annotazioni al Pagi *Critica in Annales Baronii*, ed al Rinaldi *Continuatio Annalium Baronii*, la qual Opera risulta dall' edizione, „ che presentemente si eseguisce in Lucca di detti Annali Baroniani, „ e se ne divolgano di mano in mano i Volumi compiuti; ecco s' „ accin-

ccinge ad una nuova importante fatica, vale a dire Collezione
„ de' Concilj, la quale comprenderà sei volumi in foglio. Nella
„ Prefazione spiega egli amplamente il Sistema che ne ha formato...
„ E in questa nuova carriera è così felicemente riuscito, che noi
„ sappiamo di certo aver egli radunato quì di nuovo 600. Concilj
„ e più, i quali non sono raccolti nella sopraccennata Collezione
„ Veneta... Oltre poi il numero suddetto de' Concilj, che il P.
„ Mansi chiama *Nuovi*, egli ci somministra notabili aggiunte a
„ tutti quelli che leggonsi nell' ultima raccolta *Veneto-Labbeana*: e
„ poiche non si è contentato l' autore di conseguir in tal occasione
„ la semplice gloria di Collettore, perciò veggonsi di quando in
„ quando introdotte alcune sue Dissertazioni, nelle quali ci va cor-
„ reggendo l' antica Cronologia, e la Storia Conciliare. In oltre
„ da i Libri inediti egli ha prodotti molti pezzi importanti che as-
„ pettano a Canoni de' Concilj, ed alla miglior Lezione d' alcuni
„ documenti già da altri publicati ... Ha con felicità restituite le
„ sottoscrizioni del Concilio Romano del 743. sotto Zaccaria Papa,
„ le quali per confessione dello stesso *Labbe* erano molto difettose,
„ e mal concie .... Dalle cose fin quì accennate da noi ogni uomo
„ erudito può agevolmente arguire, e rimaner persuaso, come
„ non avrà mancato il chiarissimo P. Mansi di dar luogo in questa
„ sua commendatissima Raccolta a tutto ciò che di nuovo ha pro-
„ dotto il P. Martene nel Tom. VII. ed VIII. *Veterum Monumen-
„ torum* il celebre Davide Wilkins &c... Or non resta, se non che
„ gli Eruditi applaudiscano al P. Mansi per una fatica così lodevo-
„ le, ed utile a tutti gli amatori degli Studj sagri, implorando noi
„ al medesimo vita e sanità, affinche siccome valorosamente egli
„ l' hà intrapresa, così con pari felicità possa ridurla all' intero suo
„ finimento; il che speriamo vedere nel giro di pochi anni, men-
„ tre siamo avvisati, che il secondo Volume uscirà da' torchj tra due,
„ o tre Mesi, e che con sollecitudine saranno pubblicati i tomi sus-
„ seguenti: „ De eodem Opere laudatæ Ephemerides magna cum commendatione scribunt ad diem XII. Aprilis 1749. *num. XV pag. 116.* nec non insequentibus annis, quæ omnia missa facimus, ne eadem in id præclarissimum Opus, anno 1752. omnibus numeris absolutum, congesta Elogia repetamus. Legenda sunt pariter Acta Eruditorum Lipsiæ anni 1750. Kalendis Maji, in quibus prælaudatum Opus commendatur.

XIII. Anno 1749. nova Historiæ Ecclesiasticæ P. Natalis Alexandri Editio Lucæ suscepta est ab eodem qua prior. Huic præter notas integras P. Roncaglia, de quibus suo loco, Adnotationes etiam suas novas adjecit P. Mansius, quibus hinc inde Basnagium Scriptorem Annalium Politico-Ecclesiasticorum arguit, atque refutat. Tertio

 Ope-

Operis Tomo Synopsim Vitæ, & Operum P. Roncaglia, consiliumque Adnotationum suarum addidit.

XIV. *De Insigni Codice Caroli Magni atate scripto, & in Bibliotheca Majoris Ecclesia Lucensis servato Commentarius*. Extat in Opusculis P. Calogierà *Tom. 45. a pag. 73. ad 223.*

XV. In nova Editione Commentariorum in Sacram Scripturam P. Augustini Calmet Additiones quasdam ab Auctore e Nancio trasmissas, Gallicèque scriptas, nec adhuc vulgatas typis, P.Mansius Latinas reddidit, & inserendas suis locis Typographo tradidit. Editio hæc Venetiis suscepta est a Nicolao Coleti an. 1752. *in fol.*

XVI. *Pii II. P. M. olim Æneæ Sylvii Piccolominei Senensis Orationes Politicæ, & Ecclesiasticæ. Ex Mss. Codd. ferè omnes nunc primum eruit; Reliquas hinc inde dispersas collegit, & ad Mss. Codd. recensuit, argumentis, adnotationibus, & præfatione exornavit, atque Appendice aliarum Pii II. lucubrationum ineditarum auxit Joannes Dominicus Mansi &c.* Liburni 1752. *in* 4. Sub prælo.

XVII. *Varie aggiunte, correzioni, e digressioni alla Guida alle Chiese di Lucca del P. Gabriello Grammatica*. Sub prælo.

§. II.

De Joannis Dominici Mansi Operibus Mss.

I. *De Ortu, & Progressu Fidei Christianæ*. De hoc Opere Vinciolus in sua Epistola hæc habet: *Omittam alia quæ a te expectantur non minus elaborata, ut opus præcipuè omni laude dignissimum* de Ortu & Progressu Fidei Christianæ.

II. Defensio Libelli *de Casibus & Excomunicationibus Episcopis reservatis &c.* Eminentissimis Patribus S. Indicis Congregat. exhibita, de qua inferius in notis.

III. Dissertatio & notæ in *Vetustius Occidentalis Ecclesiæ Martyrologium Francisci Florentinii Lucensis* cum Auctoris vita.

§. III.

Testimonia Virorum Illustrium de Joanne Dominico Mansio.

I. Hiacynthus Vinciolus in sua *Epistola de XII. Doctissimis Lucensibus Viris Congregationis Matris Dei ad Cl. R. P. Jo. Dominicum*

cum Mansi edita Venetiis typis Dominici Lovisæ 1725. *in* 8. quæque pariter legitur in Ephemeridibus Venetis *an.* 1725.*Tom.*37.*pag.*283. hæc in ejusdem Jo. Dominici Mansii laudem *num.XII.pag.* 30. scribit: *Et postremus occurris tu literatissime Jo. Dominice , quem ex Mansia gente armis & literis nobilissima natum anno Salutis* 1692. *& ætatis tuæ* 16. *religione donatum adeo amarunt Musæ , ut si quo alio id tempus , tuo præsertim ore , religiosè , ac eloquenter loqui videantur . Testis enim sit liber te auctore nuper editus typis Sebastiani Cappuri, qui inscribitur* De casibus Episcopis reservatis , *& in quo dignoscere haud facilè est , an sapientia , an eloquentia primum locum obtineat . Nec impari laude dignum te vides in S. Scripturæ Lexico celebris Calmet Benedictini , quod e Gallico idiomate in latinum versum iisdem typis Cappurianis modo edi satagis .... Omittam tuæ modestiæ causa animi candorem . Omittam humilitatem . Omittam temperantiam , cæterasque virtutes , quæ mirè te ornant , & dignum faciunt laude , & amore* . Et in Opere prænotato *Varia in Compendium*; *Non desunt*, ait, *hujus spectatissimi Viri* , Joannis Dominici Mansii nempe , *Religiosi Congregationis Matris Dei scripta in lucem prolata , dignissima plausu* .

Ephemerides Florentinæ ad diem VII.Septembris 1742.*num.*36. *pag.* 564. referentes novam Editionem *Vitæ Castruccii Antelminelli* cusæ Lucæ typis Cappuri 1742. subdunt hæc de eadem Vita : *Rivista dall' Eruditissimo P. Domenico Mansi . L' ha di più illustrata con opportune note , e vi ha messo di contro la traduzione fin ora inedita , fatta da Giorgio Dati Fiorentino e dedicata da lui a Cosimo I. Granduca di Toscana* . II.

Cl. Vir Dominicus Felix Leonardius in Opere inscripto : *Tragedie trasportate dalla Greca nell' Italiana Favella da Monf. Cristoforo Guidiccioni Lucchese Vescovo d' Ajace in Corsica* , edito Lucæ typis Benedini 1747. & ab eodem Leonardio eruditissimis Notis illustrato, de nostro Joanne Dominico Mansio hæc laude digna habet de juramento &c. *di cui si fa qui menzione apparisce da uno Strumento del* 1331. *che si conserva tra Mss. della ricchissima Libraria di S. Maria Cortelandini di Lucca , communicatomi dal celebre eruditissimo Padre Gian-Domenico Mansi Bibliotecario della medesima* . III.

Gabriel Grammatica in sua *Guida Sacra alle Chiese di Lucca* edita Lucæ 1734. nec non in sequentibus Editionibus an. 1735.*pag.* 133. & 1741. *pag.* 195. de eodem Mansio cum laude loquitur . IV.

Cl. Vir P. Zaccharia S. J. in suo eruditissimo Opere prænotato : *Storia Letteraria d' Italia Tom. III. Lib. I. Cap. I.* §. 16. novam ejusdem Mansii Conciliorum Collectionem memorans,hæc,alia inter multa habet : *Ne tampoco il celebre P. Mansi della Madre di Dio lascia a comun prò della Letteraria Republica di faticare nella sua avanzata* V.

età. Il quinto Tomo de' suoi utilissimi Supplementi alla Veneta Edizione de' Concilj n' è un chiaro argomento &c. Non rimane, a compimento di questa faticosissima, e a più maniere di studj giovevolissima Opera, che 'l sesto Volume, del quale, conciosiache già sia sotto 'l torchio, avremo l' anno vegnente occasion di parlare.

VI. Josephus Catalani Tom. II. Collectionis Conciliorum Hispaniæ, nostrum Mansium suis laudibus prosequitur ob editum ab eo Canonem Concilii Illiberitani, qui est de Venatione Mulierum in suo ad Concilia Labbeo-Veneta supplemento.

N O T Æ.

I. Mansii Liber *de Casibus & Excommunicat.* nunquam a S. Congregatione Indicis fuit proscriptus, uti falsò Concina scripsit.

P. Daniel Concina O. P. Theologus & Concionator eximius in Opere edito Venetiis, neutiquam Lucæ an. 1745. *in* 4. cui Titulus: *Esplicazione di quattro Paradossi &c. Parados. V. pag.* 47. *num. XXIII.* loquens de Opusculo nostri Joannis Dominici Mansii inscripto: *Tractatus de Casibus & Excommunicationibus Episcopis reservatis*, cujus supra meminimus §. 1. *num.* 1. hæc habet: *Il Libro del P. Mansi fù dinunziato alla Sagra Congregazione dell' Indice. E' stato giudicato meritevole della proscrizione; e quando non lo ristampi spurgato da molte proposizioni false, e scandalose, s' intende (come è notario in Roma) ipsofacto condannato &c.* Ita P. Concina, sed quo jure, qua auctoritate id scripserit nescimus. Ipse quidem memoratum Mansii Opusculum S. Indicis Congregationi denuntiavit, Sac. Congregatio ad examen librum reduxit, Mansius solidissimis responsionibus (quas in nostro Archivio habemus) Eminentissimis Patribus, potissimùm vero Gentili, Besutio, & Tamburinio exhibitis, Adversarii objectis plenissimè satisfecit: immo Epistola sua Lucæ edita typis Josephi Salani, & Vincentii Junctinii 1745. *in* 4. *Admodum R. Patri Danieli Concina Ordinis Prædicatorum Theologo absolutissimo* data, propositionem præcipuam a Concina impetitam clarissimè explicavit dilucidavitque. Quare Liber, ut omnibus compertum est, nunquam a Sacra Indicis Congregatione proscriptus fuit. Hinc quæ P. Concina in Mansium scripsit, falsa omninò putanda sunt. Hæc scripsimus tantùm ad vindicandam Scriptoris nostri doctrinam & famam.

II. Differt. *de Epochis Concilior. Sardicensis, & Sirmiensium* contra P. Mamachii animadversiones propugnatur.

Diximus supra §. 1. *num. XI.* Mansium Dissertationem evulgasse *de Epochis Conciliorum Sardicensis & Sirmiensium &c.* Contra hanc eruditissimam Mansii Dissertationem P. Mamachius e sacra doctissimaque Dominicana Familia, Vir quidem eruditione doctrinaque præstantissimus, insurrexit, stylumque suum acuit, ut Epocham Concilii Sardicensis a Mansio in annum 344. retractam, quod potissi-

tissimum & præcipuum controversiæ caput est, unde reliqua proveniunt historiæ, & Chronologiæ Ecclesiasticæ discrimina, in sua sede cum Socrate, Sozomeno, aliisque Chronologis fixam retineret, seu cum anno 347. componeret. Mansius primus inter Chronologos nostrates in annum, uti innuimus, 344. retraxit, Anonymi a Maffejo eruditissimo Viro producti auctoritate suffultus. Auctor Ephemeridum eruditarum, quæ Romæ vulgantur, Mansium ea de causa carpsit; iste Apologiam suam publici juris fecit, quæ inscribitur: *Ad Cl. Virum Ephemeridum Eruditarum quæ Romæ vulgantur Auctorem Anonymum Jo. Dominici Mansi pro Dissertatione sua de Epochis Conciliorum Sardicensis, & Sirmiensium &c. Lucæ edita anno* 1747. *Apologia*. Mansii hanc Apologiam Mamachiùs debilitare atque profligare contendit singulari Opusculo, cui Titulus: *F. Th. M. Mamachi Ord. Præd. Sac. Theol. Mag. & Bibliothecæ Casanatensi Præfecti ad Joh. D. Mansium de Ratione Temporum Athanasianorum, deque aliquot Synodis IV. Seculo celebratis Epistolæ IV. Romæ. Typis Zempellianis* 1748. *in* 8. At Mansius altera eruditissima Dissertatione Mamachii meditamenta difflavit, cui titulum hunc præfixit: *Jo. Dominici Mansi Cler. Regul. Congr. Matris Dei Lucensis pro sua de anno habiti Sardicensis Concilii sententia ad V. Cl. F. Thomam Mariam Mamachium Casanatensis Bibliothecæ Præfectum Assertio altera. Lucæ* 1749. *typis Josephi Salani, & Vinc. Junctini in* 12.

In hac controversia, quam jam sopitam esse gratulamur, meum judicium proferre supervacaneum esset. Tantùm juvabit referre quæ leguntur in Ephemeridibus Venetis. Istæ enim ad diem 16. Novembr. 1748. *num.* 46. *Pag.* 365. suis laudibus cumulant nostri Jo: Dominici Mansii novam Dissertationem *De Epochis Conciliorum Sardicensis & Sirmiensium &c.* superius relatam, nec non ejusdem *Apologiam*. Ajunt namque:,, Benche non vi sia nota del luogo, in cui è uscita la ,, presente Apologia, pure sappiamo ch' essa è prodotta colle stampe di Lucca. Il P. Mansi, la di cui riputazione è bastantemente ,, nota, avendo publicata la bella Dissertazione *de Epochis Conciliorum Sardicensis & Sirmiensium* di cui parlammo nel Tomo ,, di queste Novelle l' an. 1747. pag. 29., nella Persona del P. Macchio Domenicano, uno degli Autori del Giornale di Roma, ,, ritrovò un Censore, al quale intende il P. Mansi dar risposta e ,, sodisfazione con questa Apologia. Sul principio egli protesta di ,, voler trattar con dolcezza il suo Avversario, tuttoche questo ,, non l' abbia mostrata nella sua Critica; indi passa a mostrare, come male abbia interpretata una sua proposizione della Morale

,, Teo-

„ Teologia, e degli scrittori, o studiosi di essa. In seguito scende
„ il P. Mansi al nodo forte della disputa, la quale consiste nello
„ stabilire l'Epoca del Concilio Sardicense. Esso la pone nell'anno
„ 344. quando al P. Mamacchio piacque rifonderla all'anno 347.
„ Il P. Mansi s'appoggia sopra l'Anonimo Maffejano, che mette il
„ ritorno di S. Atanasio ad Alessandria succeduto due anni dopo il
„ Concilio Sardicense nell'an. 346. Il punto sta, che il P. Mamac-
„ chio avrebbe vinto, se si potesse abbattere l'antichità dell'Anoni-
„ mo Maffejano, il che egli s'è sforzato di fare, ma la prima ra-
„ gione opposta al suo Avversario è falsa, avendo creduto il Gior-
„ nalista Romano, che il P. Mansi si fosse servito per ragione di
„ provarne l'antichità, che questo Anonimo si serve de' nomi,
„ de' Mesi Alessandrini: esso mostra, che non per provare la sua
„ antichità, ma la sua patria, si è servito dell'accennata ragione,
„ come apertamente ricavasi dalle parole medesime della Disserta-
„ zione *De Epochis* in questo luogo citate per dimostrare l'an-
„ tichità di questo scrittore, e tante sono le cose dal P. Mansi in sì
„ piccolo scritto giudiziosamente distese, che d'uopo sarebbe il ri-
„ produrlo intiero, se volessimo il tutto esporre. Noi rileviamo,
„ che il P. Mamacchio ha risposto a questa Apologia; onde non man-
„ cheremo di render ragione della Risposta quando l'avremo ve-
„ duta, e d'una controversia che fra due valorosi soggetti viene
„ agitata. „

Ad calcem Tomi prædicti anni, seu ad diem 28. Decembris 1748. *num.* 52. *pag.* 412. prælaudatæ Ephemerides referunt Responsum P. Mamachii *de ratione Temporum Athanasianorum* paulò supra a nobis indigitatum; & quamvis ibidem fateantur se nihil in hac controversia velle decidere, seque utrumque virum magnifacere, nihilominus ab animo erga Mansium propensiore dimoveri non videntur. Sic enim subiiciunt: „ Molte erudite annotazioni si fanno ad oggetto
„ di dar peso all'opinione del P. Mamachi: ma laddove introducesi
„ un capo d'accusa, per aver chiamato il P. Mansi l'Anonimo col
„ nome di Maffejano a motivo che nelle Osservazioni letterarie del
„ Sig. Marchese Maffei ne fu pubblicata una parte, restando inedi-
„ to il rimanente, noi non sappiamo con qual animo saranno accol-
„ te dal savio lettore le accuse, e le irrisioni fatte in tal proposito
„ all'Avversario &c. „ Videsis ea quæ etiam scribunt in laudem memorati Opusculi nostri Jo. Dominici Mansii *de Epochis Conciliorum Sardicensis & Sirmiensium* ad diem 28. Januarii 1747. *num.* 4. *pag.* 29.

Hic quoque pro hujus argumenti coronide exscribendas esse putamus

tamus Literas Cl. Viri Ludovici Antonii Muratorii, quas hac ſuper re eidem Manſio dedit, cujus præſtantiſſimi Viri judicium Eruditi Doctique omnes ſemper magni facient. Prima Epiſtola ſic ſe habet:

Rivmo Prè Sig. mio, e Prône Clmo.

„ Gran conſolazione hò provato in rivedere il noſtro P. Paoli;
„ e queſta s'è mirabilmente accreſciuta dal grazioſo Foglio di V.R;
„ e dell'anneſſa Diſſertazione, che mi atteſtano la continuata bontà
„ di lei verſo di me; del che le rendo infinite grazie. Non ho
„ tardato a leggere la Diſſertazione, e l'aſſicuro con particolar
„ piacere, per eſſer coſa bella nel ſuo genere, e perche d'Autore
„ Italiano, eſſendoci Nazioni al Mondo, che ſole credono di ſape-
„ re in tali ſtudj. Veramente è entrata V. R. in un boſco molto in-
„ tralciato. Contuttociò ne è uſcita con tutto onore, perche la
„ ſua Operetta è condotta con ſaggia critica da per tutto; e ſe non
„ avrà ragione in tutto, ſon certo che nella maggior parte avrà
„ colpito. L'Epoca del Concilio Sardicenſe, e il ritorno di S. Ata-
„ naſio alla ſua ſede, mi pajono concludentemente provati. E da
„ queſto principio ſtabile vengono in conſeguenza altre verità.
„ Egregiamente ancora ſi tratta del Concilio di Sirmio, per tacere
„ degl'altri. Ora ſi hà da far animo V. R. dopo aver dato un ſi bel
„ ſaggio della ſacra Erudizione ſua, e del ſuo diſcernimento criti-
„ co, a terminare la maggiore impreſa, ch'Ella ci fa ſperare. Noi
„ Italiani ci avviliamo troppo. Dobbiam venerare gli Uomini
„ grandi Oltramontani, ma credere ancora, che ſe non ſono mai
„ mancati, ne mancheranno all'Italia felici e penetranti ingegni.
„ Ella ha da ringraziare Dio del ſuo. Però ſeguiti valoroſamente
„ nella carriera con ſicurezza di riportarne plauſo... Con che ri-
„ novando le proteſte del mio inviolabil oſſequio, mi confermo. „
D. V. P.

„ Modena 28. Gennaro 1747.

„ Divotiſſ. & Obblig. Servitore.
„ Lodov. Antonio Muratori.

Altera verò hujuſmodi eſt:

Rivmo Prè Sig. mio, e Prône Colmo.

„ Appena hò ricevuto i fogli, de' quali mi hà favorito la ſom-
„ ma gentilezza di V. R. che gli ho letti. L'avverſario ſuo aveva
„ ſcrit-

„ ſcritto con del bollore di ſangue, talmente che nell' avermi egli
„ fatto degno del ſuo Libro, gli ſcriſſi, ch' io non vorrei averlo
„ per Nemico. Ma ella hà riſpoſto a ſangue freddo, e però con
„ tutta dignità; e ſe quegli troverà delle punture, non verranno
„ queſte dalle parole, ma dalle coſe. Tale ſarà quel divario di due
„ anni, da' quali riſulta, che Coſtante Auguſto differiſce l' avviſo
„ a i Veſçovi della riportata Vittoria. Mi credeva io, che V.R. vo-
„ leſſe terminar con queſti fogli la ſua vigoroſa difeſa; ma veggo,
„ che Ella promette di più. Continuerà dunque il publico ad eſſere
„ ſpettatore di queſto duello, il quale nondimeno pare, che non
„ doveſſe molto progredire, da che ormai ſi ſon prodotte tutte l'ar-
„ mi tanto dell' una, che dell' altra parte. Mi ſon io rallegrato in
„ veder lei ſi forte in ſella, e la ringrazio vivamente dell' avermi
„ fatto parte di queſta nuova fatica, per cui ella ſi vigoroſamente
„ mantiene l' onorevol ſuo ſeggio fra i letterati di buon guſto. Sem-
„ pre perciò deſideroſo anch' io di comprovarle la diſtinta ſtima, e
„ il vero oſſequio, che profeſſo al ſuo merito, mi confermo. „

Di V. R.

„ Modena 9. Maggio 1749.

„ Divotiſſ. ed Obblig. Servitore
„ Lodov. Antonio Muratori.

ART.

A R. T. LVI.

De Thoma Maria Arrigonio.

THomas Arrigonius Cremensis IX. Kal. Januarii 1694. natus, VI. Id. Decembris 1710. Neapoli religiosis Congregationis nostræ vestibus indutus est. Biennali tempore in tyrocinio ritè expleto, V. Kal. Januarias 1712. solemnem professionem mecum unà emisit. Rethoricas institutiones ab eruditissimis viris Josepho de Rubeis, & Sebastiano Paulio percepit. Romæ Philosophiæ atque Theologiæ curriculum absolvit. Lucæ Parochus constitutus, attentissimè officium suum exercuit. Dein Collegio Mediolanensi adscriptus, Pro-Rectoris munus ibidem explevit. Conciones Quadragesimales cùm Mediolani & Venetiis, tùm Bononiæ in Ecclesia Metropolitana, Ticini in Cathedrali, aliisque Civitatibus magno animarum bono habuit; quod Apostolicum munus indefesso labore peragit etiamnunc, dum hæc scribimus. Evulgavit Orationem, cui Titulus: *Orazione Panegirica in onore di S. Francesco di Sales dedicata all' Illmo, e Rmo Signore Giuseppe Antonio Sassi Dott. di Sacra Teologia, e Prefetto del Collegio, e Biblioteca Ambrosiana. In Milano nella Stamperia di Giovanni Montano* 1749. *in* 8. I. Vita.

A R T. LVII.

De Laurentio Maria Zignaigo.

I. Vita. Laurentius Maria Zignaigus Genuensis cùm prosa, tùm carmine tersè atque eleganter Latinè scribit. Natus is IV.Id.Septembris 1695. Rethoricam, atque Philosophiam in Patria a religiosissimis Patribus S. J. accuratè didicit. Paterna relicta Domo, XVI. ætatis suæ anno incœpto Lucam petiit cum Bartholomæo Rocca itidem Genuensi, ac bonis litteris exornato, eisque in comitem ego adjunctus, Romam, secundo itinere, XII. Kal. Decembris 1710. pervenimus;brevique intermissum iter prosequentes, die tricesima Novembris Neapolim tenuimus, exercitiisque spiritualibus de more absolutis in Domo Tyrocinii, VI. Id. Decembris ejusdem anni 1710. sæculari veste abjecta, clericali & religiosa nos induit P.Antonius Fiola Neapolitanus, Vir eximia pietate clarus, qui tunc in nostro Collegio S.Mariæ in Porticu Suburb.Plag.Rectoratum gerebat.In Tyrocinio primùm Claudium Demiville, dein memoratum Antonium Fiola, demum Nicolaum Marsilium probos piosque Magistros nacti sumus. Oratoriam artem post Josephum de Rubeis, nobis tradidit Sebastianus Paulius. Solemnia vota, elapso probationis biennio, nuncupavimus V. Kal. Januarii 1712. Rectore Alexandro Saminiato, Viro sanctissimo atque probatissimo. Romam an. 1714. profecti, Philosophicis Theologicisque scientiis operam daturi, illas nos docuere Quintinus Roncaglia, & Angelus Benedictus Brignole superius laudati. Studiis ad exitum perductis, Laurentius Zignaigus Lucam migravit, ubi in Seminario Antistitis Lucani Rethoricæ Cathedram assecutus est, doctissimaque Oratione, mox recensenda, delatum munus feliciter auspicatus est. Genuam deinde se contulit, ubi anno quo hæc scribimus 1753. Rectoris munus exercet in nostro Collegio Matris Dei cum magno regularis disciplinæ incremento. In eadem etiam Civitate Consultoris S. Ufficii honore decoratus est. Inter Arcades etiam recensetur. Concionibus item Quadragesimalibus multis in locis operam dedit.

II. Opera edita. *Oratio habita a P. Laurentio Zignaigo Congregationis Matris Dei nunc primùm in Seminario Lucensi Eloquentiæ Professore. Lucæ Typis Sebastiani Dom. Cappuri, & Antonii M. Santini* 1720. in 4.

III. *Compendio della vita di Laura Maria Gianrè cavato dalle memorie lasciate dal P. Francesco Maria Grammatica. In Lucca per Sebastiano Domenico Cappuri* 1741. in 8.

Com-

Considerazioni per ogni giorno de' nove precedenti il Natale del IV.
Figliuolo di Dio . In Genova per Paolo Scionico 1746. in 12. V.
Orazioni Panegiriche Tom. 2. Opera Mss.

Habet etiam Mss. præter multa Carmina atque Epistolas Latino , ac Italico idiomate conscriptas , singularem Tractatum *de Arte Oratoria* . Svetonium item eruditis Notis illustravit . VI.

A R T. LVIII.

De Carolo Antonio Erra.

I. Vita. CArolus Antonius Erra Mediolanensis in lucem prodiit XIII. Kal. Decembris 1695. Bonis litteris satis excultus inter Nostros cooptatus, postquam Tyrocinii sui biennium exactè expleverat, solemni professione dignus a Patribus conclamatus, XVI. Kal. Junii 1717. religiosa vota emisit. Studiorum curriculum partim Lucæ Joanne Dominico Mansio & Hieronymo a Porticu, partim Romæ Quintino Roncaglia & Petro Maria Puccetti Magistris usus, absolvit. Ductus deinde Neapolim a P. Alexandro de Podio Rectore Generali socium Magistri Novitiorum egit, quos & humanioribus Litteris disciplinisque Geometricis imbuit. Ibidem etiam Juvenibus nostris in novo ipsorum Domicilio, a P. Cæsare Trenta extructo, Præfectus datus est. Inde Romam revocatus Theologiam Scholasticam, & Dogmaticam XIV. annorum spatio, magno Congregationis bono, nostros Juvenes docuit. Inter Arcades locum meruit sub nomine Partheniphili Stoatici. Pro-Rector nostræ Romanæ Domus primùm, deinde Assistens Generalis, postea ejusdem Domus Rector, ac tandem Procurator Generalis renuntiatus est; quod munus laudabiliter peragit etiam anno quo hæc scribimus 1753. Idem quoque est Caus. Beat. V. P. Jo. Leonardii Postulator. Congregationis nostræ Chronicon summa diligentia scribit. Otio infensissimus, tempus in bonis studiis, piisque commentationibus religiosè impendit domesticæ disciplinæ cultor. In Sacris Concionibus, Catechesi, Fideliumque Confessionibus excipiendis pro animarum salute strenuè elaborat. Divinæ Historiæ quàmmaximè peritus præclarissimum Opus in id argumentum mox recensendum publici juris fecit, quo nomen suum, Congregationemque nostram haud parum illustrat.

§. I.

De Caroli Antonii Erra Operibus editis, & Mss.

I. B*Reve Ragguaglio della Miracolosa Imagine di S. Maria in Portico di Campitelli particolar Protettrice del Popolo Romano contro la peste, con l'orazione per tener lontano questo mortifero flagello. In Roma nella Stamperia del Komarek* 1743. in 12. suppresso nomine.

Hi-

Historia utriusque Testamenti. Neapoli, ex Typographia Mutiana 1746. Tom. I. Ab Orbe condito usque ad Jacobi obitum. Opus hoc in Tom. VIII. in 8. distributum & a Carolo Antonio Erra jam omnibus numeris absolutum est penes Typographum Venetum, qui se brevi illud editurum spopondit. Speramus autem ipsum fidem suam soluturum, ut nostris, & Eruditorum votis tandem satisfaciat. II.

Storia dell' Immagine, e Chiesa di S. Maria in Portico di Campitelli ... Dedicata a S. A. R. E. Il Sig. Cardinale Duca di Torch Titolare della medesima Chiesa. Roma nella Stamperia del Komarek 1750. in 4. III.

Vita del P. Alessandro di Poggio VIII. Generale della Congregazione della Madre di Dio, propediem edenda. IV. Opera Mss.

Theologia Scholastica & Dogmatica. Tom. IV. in 4. V.

Storia delle Eresie, che sono insorte ne' primi cinque Secoli della Chiesa. Tom. I. in 4. VI.

Notizie Giudaiche per l' intelligenza della Sacra Scrittura. Tom. I. in 4. VII.

Tavole Cronologiche per la Storia sacra, e profana. Tom. I. in 4. VIII.

Storia della Congregazione de' Chierici Regolari della Madre di Dio variis Tomis in folio comprehensa. Opus hoc, anno 1751. ab eo feliciter inceptum, indefesso labore ad suum producitur complementum. IX.

Continuazione del Diario della Congregazione della Madre di Dio, cominciato dal P. Lodovico Marracci Seniore. X.

Vita di Anna Moroni Fondatrice della Congregazione delle Convittrici del SSmo Bambino Gesù. XI.

§. II.

Testimonia Virorum Illustrium de Carolo Antonio Erra.

Reverendissimus P. Abb. Generalis Felix Nerinius in Opere *de Templo & Cœnobio SS. Bonifacii & Alexii* edito Romæ 1752. *p.*480. nostrum Antonium Erra Clarissimum Virum vocat. *De utroque Templo* (S. Mariæ in Porticu, & S. Mariæ in Campitello nempe) inquit, *plura videsis in Libro, quem Cl. Vir Antonius Erra nuper inscripsit: Storia dell' Immagine, e Chiesa di S. Maria in Portico.* I.

Cl. P. Zaccharia de Tomo I. *Histor. utriusque Testamenti* Mutianis typis edito hæc in Ephemeridibus Venetis ad diem 20. Maji 1747. *num.* 20. *pag.* 156. alia inter multa dixit: „ Una delle più belle e lodevoli occu- II.

„ pa-

„ pazioni per un Chierico Regolare ſpezialmente , com' è l'Autore ,
„ non potea ſceglierſi quanto quella d' illuſtrar la Storia dell' uno, e
„ dell'altro Teſtamento; nel che , come è noto, ſta ripoſta la prima e
„ potiſſima parte della Storia della Chieſa di Dio. Ben è vero , che
„ moltiſſimi Autori hanno già riempiuta queſta Provincia ; ma oltre
„ che ſono per lo più digiuni , e ſemplici narratori delle coſe , non
„ uſano il metodo ſerbato quì dal P. Erra, il quale volendo arricchi-
„ re la preſente Opera con varietà di erudizioni altrui , non ſi fa
„ ſervo talmente degli altri pareri , e ſcritti , che non appariſca
„ in eſſo una forte Critica , qualora riprovar convenga l' altrui au-
„ torità , ed opinione &c. ed in queſto primo Tomo ſparge ſemi gra-
„ viſſimi e copioſi di ſana , e varia erudizione . „ De Hiſtoria verò
ſacræ Imaginis Sanctæ Mariæ in Porticu, *Stor. Letter. d'Ital. Vol. III. Lib. II. cap. IV. §. XXVIII.* hæc habet : „ Il P. Carlo Antonio Erra , di cui ſi
„ aſpetta la continuazione , *Hiſtoriæ utriuſque Teſtamenti* , hà ſcritto
„ un Libro dell' Immagine e Chieſa di S. Maria in Portico , che de-
„ gli antecedenti ſtampati dal V. P. Gio. Leonardi , dal P. Giuſep-
„ pe Matraja , e dal P. Lodovico Marracci , non ſolo è più copio-
„ ſo, ma eziandio con maggior critica, ed erudizione lavorato . „

III. Eruditiſſimus Lamyus in Ephemeride Florentina ad annum 1746. de eodem P. Erra hæc habet: „ Il detto autore dedica queſta Opera (*Hiſtor. utriuſque Teſtam.*) all'Emo Sig. Card. Domenico Orſini, ed eſpone
„ al Lettore l'utile, e il piacere, che ſi ha nel leggere l'Iſtoria Eccleſia-
„ ſtica, onde è nato in lui il penſiero di trattare una principale parte
„ della medeſima in compendio , racchiudendola in otto volumetti,
„ dal principio del Mondo fino alla diſtruzzione della Repubblica
„ Giudaica . Egli però non ſi è contentato di riferire puramente
„ l' iſtoria , ma riporta ancora le varietà delle opinioni ſopra alcu-
„ ni fatti , e l' adorna colla copia dell' erudizione , per cui l' età
„ noſtra è ſuperiore alle paſſate . Egli ſi è prevaluto molto in ciò
„ delle Opere del famoſo P. Abate Agoſtino Calmet , benche alcu-
„ na volta abbia abbandonato il ſuo ſentimento , non sò con quanto
„ ſucceſſo , perche ciò apparirà ne' tomi ſeguenti . Si ſerve talvolta
„ ancora di Autori Eretici , e non dubita di citare il Marſamo , lo
„ Spencero , il Clerc , il Grozio , perche gli ſegue nelle coſe pura-
„ mente critiche , e non ha paura de' ſoli loro nomi , come fanno
„ molti ſemplici , e di poco giudizio . Perche il lettore ſia ſuffi-
„ cientemente iſtruito , e preparato per la lettura di queſta ſacra
„ Iſtoria , ha il degno autore premeſſi alcuni trattati , che ſono ne-
„ ceſſariiſſimi circa gli Anni , e Meſi degli Ebrei , le loro Monete, le
„ loro Miſure di ogni ſorta , la loro Cronologia . Io leggo , ed ho
„ letto queſto tomo con tutta la ſoddisfazione , perche nella ſua
„ giuſta brevità iſtruiſce maravaglioſamente il lettore , il quale può

„ ragio-

„ ragionevolmente lusingarsi di avere in questa Opera un'intera Biblioteca, perciocche riguarda le storie dell' uno, e l' altro Testamento. Quando sia finita di stampare, sarebbe bene farne una bella traduzione in Toscano, perche il profitto, che da essa si ricava, fosse più comune, e perche una volta ancora quegli, che non sanno la lingua Latina, si risolvessero a leggere libri d' importanza, e che possono arricchire l' animo di nobili cognizioni, e non si vedessero tanti, e tante gettar via il tempo, e guastarsi la mente colla lettura di inutili, e vani Romanzi, e di storie favolose, e bene spesso oscene, e corruttrici de' buoni costumi. „

NOTÆ.

DUM hæc prælo insudarent, vidimus ejusdem P. Erra Dissertationem Ms. de *Porticu Gallatorum*; in qua tria sibi probanda suscepit. I. Rmum P. Nerinium gratis scripsisse in prælaudato suo Opere de SS. Bonifacio & Alexio pag. 542. *Hanc* (Porticum Gallatorum) *P. Erra eamdem arbitratur ac Porticum Octaviæ, quam postea a Parentibus S. Gallæ Gallatorum denominationem accepisse autumat. Sed an scopum attigerit, aliorum judicium esto*. De Parentibus enim S. Gallæ ne verbum quidem aut vola in sua Historia *dell' Imagine, e Chiesa di S. Maria in Portico di Campitelli &c. in Roma*, 1750. *nella Stamperia del Komarek*; cum hæc dumtaxat ibi legantur pag. 26. *Il Portico de' Gallati, se ben mi appongo, altro non era, che il Portico di Ottavia, e i Gallati coloro si chiamavano, che in quel luogo abitavano, ove S. Galla aveva abitato*. Quæ ne quidem obtorto collo ad Parentes S. Gallæ traherentur. II. Pluribus adductis ex Antiquitatum Romanarum penu patere, sedem Porticus Gallatorum figendam esse ad Theatrum Marcelli, minimè verò ad Clivum Scauri, aut ad alia loca, ubi eam collocat Rmus P. Nerinius. III. Tandem denominationem Porticus Gallatorum ratione nequaquam improbabili deductam fuisse, non ex Parentibus S. Gallæ, quod planè esset ineptire, sed ex Ministris, qui Ecclesiæ S. Mariæ in Porticu, ab ea fundatæ, inserviebant.

ART.

ART. LIX.

De Josepho Maria Priani.

I. Vita. JOsephus Maria Priani, Vir Latinis, Græcis, & Hebraicis Litteris eruditus, Genuæ IV. Id. Octobris 1701. natus, inter nostros Clericos Neapoli receptus est an. 1717. atque sub religiosissimo Patre Nicolao Marsili Pisano Tyrocinium probè exegit, solemnemque Professionem XVI. Kal. Augusti 1719. emisit. Lucæ in Philosophia & sacra Theologia Joannem Dominicum Mansium, & Hieronymum a Porticu audiit. Ibidem, studiis attentè absolutis, Juventutem Lucensem in Rethorica plurimis annis maxima cum laude, eruditionisque fama instruit. Joanni Dominico Mansio in socium datus, operam suam ei egregiè præstitit in editione Latina Operum P. Calmeti, Dictionarii Biblici nempe, Dissertationum, & Commentariorum Litteralium in omnes Libros Veteris, & Novi Testamenti, quorum supra in Jo. Dominico Mansio meminimus. Hinc Mansius insequenti Elogio ejus labores, & merita posteritati commendavit. *Qua in re quantum nobis, atque eruditis omnibus sedulitate, atque eruditione sua contulerit P. Josephus Maria Priani Januensis, sodalis meus, verbis exequi non possum. Huic viro debent Eruditi recensionem totius Operis ad Gallicum exemplar, huic totam quidem, sed maximè in Græco, & Hebræo curatam editionem, huic nitorem Operis, & gloriam. Quare Viro insigniter de nobis, deque literatis omnibus merito hoc statuimus grati animi monumentum, æternum, quamdiu scilicet Opus vixerit, permansurum.* De eodem pariter cum honore loquitur in Præfatione *ad Prolegomena & Dissertationes in omnes & singulos S. Scripturæ libros*. Ubi, *Defæcatior*, ait, *est igitur nostra hæc versio præ illa*, Dictionarii Biblici nempe versione, *quòd commodius temporis spatium nacti, absolutum jam Opus ad Gallicum exemplar ex integro recensuimus. Qua in re operam nobis suam egregiè præstitit P. Josephus Maria Priani &c.* Eruditione doctrinaque clarus Januam se contulit, ibique Lertianam Typographiam promovit, ac nobilissimis editionibus eam illustravit. Juvenes e Senatoria Familia in nostro Collegio Matris Dei bonis studiis ac disciplinis instruit. In arte Oratoria præstans in Arcadum censum adscriptus est. Nonnulla ingenii sui præclarissima monumenta edidit, majora in dies, ut speramus, editurus.

Præfat in Tom. I. Commentar. Litteral.

II. Opera edita. *Orazioni ... recitate in Genova, e dedicate a sua Eccellenza la Signora Marchesa Clelia Durazzo. In Lucca per Salvatore, e Gio. Domenico Marescandoli* 1748. in 4.

Pa-

Panegirico Recitato nell' Ottavario della Canonizazione de' due Novelli Santi Cappuccini Giuseppe da Lionessa, e Fedele da Simaringa nella Chiesa della Concezione in Genova l' Anno MDCCL. A' III. di Luglio. In Genova nella Stamperia Lerziana. In 4. III.

Panegirico di S. Ugone Cavalier Gerosolimitano Recitato nella Chiesa della Commenda di S. Giovanni di Prè dell' Ordine medesimo Il dì secondo di Pentecoste 31. Maggio 1751. In Genova nella Stamperia Lerziana. In 4. IV.

La Villeggiatura di sua Eccellenza il Signor Duca di Richelieu Al Zerbino dopo la Guerra. Egloga di Drusino Cisseo Pastore Arcade. In Genova nella Stamperia Lerziana 1748. in 4. Nomen est arcadicum. V.

Britannico Tragedia del Signor Racine Tradotta in verso Italiano da Drusino Cisseo P. A. In Genova nella Stamperia Lerziana 1749. in 8. VI.

Præterea Editionem Poëmatum *Jacobi Cavalli* Poëtæ, Ligustico sermone exaratorum adornavit, qua egregius vates suo splendori restitutus est. Quid in ea ipse præstiterit, docet Præfatio. *In Genova per Franchelli* 1745. in 8. VII.

Panegirico di Maria Vergine sotto l'invocazione di Nostra Signora della Fortuna in Genova, nella Chiesa Priorale di S. Vittore di Prè l' anno 1749. a' 17. Gennajo, giorno destinato a celebrar la Festa della sacra e miracolosa Immagine, che porta la sopradetta Invocazione. VIII. Opera Mss.

Hanc Orationem prælo dignam habeo penes me Mss. Item habet Mss. sequentes Orationes Italico sermone concinnatas, nempe *di S. Filippo Neri recitata nella Chiesa de' PP. dell' Oratorio di Genova; di S. Pasquale Baylon recitata nella Chiesa del suo Ordine in Genova, di S. Lucia Ver. e Martire recitata nella sua Confraternita di Genova, del Trionfo della Immacolata Concezione di Maria Vergine Recitata nella Chiesa di S. Francesco d'Albaro l' anno 1750. di nostra Signora della Misericordia recitata nella sua Chiesa di Genova*. Demum editurus est sua varii argumenta Poëmata Latina & Etrusca. Tragædiam quoque *Mariamnes* titulo inscriptam, necnon Poëma heroicum ligustico sermone de vindicata Genuæ libertate. IX.

A R T. LX.

De Josepho Francisco Fontana.

I. Vita. JOsephus Franciscus Fontana Mediolanensis XII. Kal. Novembris 1696. natus est. Bonis moribus ac litteris imbutus ad Congregationem nostram advolavit, jactisque in Tyrocinio religiosæ vitæ fundamentis, Prid. Non. Augusti 1720. solemnia vota nuncupavit. Studiorum pensum Lucæ absolvit. Ibidem in nostris Scholis juventuti Lucensi humaniores litteras perdiligenter multis annis tradidit. Deinde Mediolanensi Collegio adscriptus, animarum curam in illa Parœcia exercuit. Studiis semper addictus religiosam vitam eodem in loco traducit, ubi & Consultoris munere functus est.

II. Opera edita. E Gallico in Italicum sermonem vertit Eruditissimum Opus R. P. Helyot, prænotatum: *Storia degli Ordini Monastici Religiosi, e Militari, e delle Congregazioni Secolari*. In Lucca *per Giuseppe Salani, e Vincenzo Giuntini* 1738. *Tom. VIII. in* 4. Huic Operi Auctor noster nonnulla additamenta fecit. Videsis *Tom. IV. cap. XXXVI. pag.* 291. *& sequent.*

III. *Vita di S. Ambrogio Arcivescovo di Milano, Dottore della Chiesa, e Confessore divisa in due Tomi ed in dodici Libri, nove de' quali contengono le azioni di questo Santo, e le principali cose avvenute di quel tempo nella Chiesa, e nell'Imperio; gli ultimi tre rappresentano il di lui spirito, la condotta, e la morale: scritta in Francese dal Signor Goffredo Hermant Dottore della Sorbona, e Canonico di Beauvais; tradotta in Italiano, ed accresciuta di alcune Note dal P. Giuseppe Francesco Fontana Milanese Chierico Regolare della Congregazione della Madre di Dio. In Milano nella Stamperia della Bibliot. Ambrosiana appresso Giuseppe Marelli MDCCL. Tom. II.* in 4.

ART.

A R T. LXI.

De Benedicto Verrini.

I. Vita.

BEnedictus Verrini Lucensis Rethoricæ Artis Professor, atque Concionator haud ignobilis, ortus est, uti constat e nostris tabulariis, Prid. Non. Aprilis 1706. Nostris adscriptus, atque in tyrocinio Neapoli ritè probatus, VII. Id. Januarii 1725. solemniter vota sua professus est. Scholasticis scientiis exornatus, in nostris Collegiis Vastensi primùm, dein Neapolitano S. Mariæ in Porticu Institutiones Rethoricas præclarè docuit; atque in Ecclesia S. Birgittæ S. Scripturæ Libros, Vincentio Mariæ de Nobilibus in socium datus, explicuit doctè, & eleganter. Copia dicendi præditus, Concionibus Quadragesimalibus curam impendit, easque in præcipuis Italiæ Civitatibus, potissimùm verò Panormi in Ecclesia Metropolitana, Romæ, Venetiis, Neapoli, Catanæ, cum plausu, auditorumque frequentia atque profectu habuit: quo in Apostolico munere quotannis se laudabiliter exercet. Missiones etiam in Diœcesi Agrigentina cum fructu peregit. In nostro Collegio Histoniensi Pro-Rectoris munere functus est. Vivit Neapoli in Collegio S. Mariæ in Porticu anno, quo hæc litteris mandamus, 1753. Consultoris officio decoratus.

II. Opera edita.

Orazione del P. Benedetto Verrini della Congregazione della Madre di Dio, Accademico Ozioso, in onore della stessa BB. Vergine Maria sotto il Titolo del Rimedio, detta, e dedicata agl' Illmi Signori Confratelli dell' Oratorio eretto nel Venerabil Chiostro della Santissima Trinità degli Spagnuoli. In Napoli 1738. in 4. Eruditissimi Custodes Censoresque nobilissimæ Academiæ *degli Oziosi* nuncupatæ, qui prænotatam Orationem prælo dignam existimarunt, eidem insequens Elogium præfixerunt: ,, Crediamo di farci merito
,, presso del Pubblico, commettendo alle stampe questa degna Ora-
,, zione del M. R. P. Benedetto Verrini Chierico Regolare della Ma-
,, dre di Dio, Congregazione molto chiara per lettere. E siccome
,, fù ricevuta con plauso straordinario nel recitarsi all' orecchio,
,, giudichiamo, che debba mantenersi tutta la stima sotto l' Esame
,, dell'occhio, per la vastità, ed accortezza de' concetti espressi
,, con una nobile facilità. Essendo poi al più della Gente nascose
,, le belle cagioni, onde da' Fedeli s'è adorata la nostra Donna col
,, Titolo del Rimedio, abbiamo estimata cosa lodevole assai dar
,, fuori questa Panegirica Orazione dell' eruditissimo nostro Acca-
,, demico.,,

III. *Orazione Panegirica in lode di S. Emidio Vescovo, Martire, e Protettore dell' Illma Città di Ascoli del molto R. Padre Benedetto Verrini Lucchese, Chierico Regolare della Madre di Dio, e celebre Predicatore nell' Insigne Catedrale della suddetta Città di Ascoli nella Quaresima del MDCCXLI. dedicata dai divoti di d. Santo all' Illmo, e Rmo Sig. Monsig. D. Paolo Tommaso Marana Vescovo, e Principe di detta Città. In Ascoli per Angiolantonio Valenti* 1741. in 4.

IV. *Orazione Panegirica in onore di S. Rosalia Vergine Palermitana. In Lucca per il Marescandoli 1752. in 4.*

ART.

A R T. LXII.

De Fabio Marchini.

FAbius Marchini Lucensis sacra & prophana Historia, Poësi, & Mathematicis eruditus, mortalem hanc vitam inchoavit VIII. Id. Martias 1705. Optimis disciplinis instructus Congregationi nostræ se totum mancipavit; nuncupatisque VI. Non. Julii 1726. solemnibus votis, scientiarumque orbe Lucæ præclarè emenso, ibidem Rethoricam, & Philosophiam in nostris Scholis cum plausu docuit. Collegio Neapolitano S. Birgittæ postea adjunctus, Academiæ Historiæ Ecclesiasticæ ab Eminentissimo & Reverendissimo Principe S. R. E. Cardinali Spinellio ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ Archiepiscopo vigilantissimo institutæ, post obitum nostri Sebastiani Paulii adscriptus est, ejusque locum jure merito obtinuit. Inter Arcades pariter adnumeratus est. Regulari observantiæ, piisque operibus pro animarum bono jugiter addictus vivit in eodem Collegio, anno quo hæc scriptis consignamus, 1753. ubi Pro-Rectoris munus nunc exactè diligenterque exercet. I. Vita.

Suppresso nomine e Gallico idiomate in Italicum transtulit insequentia duo Opuscula singulari laude digna. II. Opera edita.

Introduzzione alla scienza delle Antichità Romane, estratta in parte da un' Operetta di Cristoforo Cellario, ed in parte dagli ottimi Autori Antichi, e Moderni da Luigi Vaslet. Opera tradotta dal Francese, ed accresciuta di alcune Annotazioni. In Venezia appresso Cristoforo Zane 1732. in 8. Adnotationes huic traductioni adjectæ, sunt nostri Fabii Marchini, uti ex ejus Præfatione liquidò constat.

L'Educazione de' Figliuoli tradotta già dall' Inglese del Signor Locke in Linguaggio Francese, e da questo trasportato nell' Italiano. In Lucca per Salvatore, e Giandomenico Marescandoli 1735. in 12. Opus hoc a Fabio Marchini nonnullis notis illustratum Neapolitanis typis iterum in lucem prodiit an. 1750. in 8. III.

Parere intorno al Taglio della Macchia di Viareggio. In Pisa 1740. in 4. IV.

Suppresso item nomine edidit Lucæ typis Dominici Ciuffetti an. 1735. & 1738. in 4. carmina Dramatica, prænotata *Lucio Giunio Bruto per le Tasche, e M. Genuzio Cippo.* V.

Habet etiam, præter multa carmina sacra, & Moralia, insequentia Opuscula Mss. italicè reddita, videlicet: *La Pluralità de' Mondi di Monsig. Fontenelle; Discorsi de Signori Noodi e Gronovio sull' autorità de' Sovrani, e sulla Legge Regale; Lettere Spirituali ed Istoriche di S. Maria dell' Incarnazione, Fondatrice delle Orsoline.* VI. Opera Mss.

ART.

A R T. LXIII.

De Clemente Nencetti.

I. Vita. Clemens Nencetti Lucæ hujus vitæ primordia iniit x. Kal. Decembris 1709. Exacto Neapoli tyrocinio, ſolemnique emiſſa Profeſſione die viceſima ſeptima Decembris 1727. ibidem Tiberium Lampugnanum Mediolanenſem Philoſophiæ Profeſſorem accuratum audiit. Theologiæ curſum Romæ confecit Laurentio Franzano, & Carolo Antonio Erra, item Mediolanenſibus, ac Præceptoribus excultis atque eruditis. Politioris litteraturæ laude ornatus Mediolani primùm, deinde Neapoli Rethoricam docuit, interque Romanos Arcades locum obtinuit. Concionum Quadrageſimalium Apoſtolicum munus obivit. Vivit Neapoli in Collegio S. Birgittæ anno quo hæc ſcribimus 1753. ubi Conſultoris Officium prudenter exercet.

II. Scripta. Præter varia Carmina etruſca ſparſim edita, Synopſim vitæ noſtri Sebaſtiani Paulii accuratè conſcripſit, quam Eruditi in Tomo Arcadum Illuſtrium jam prælo paratum legent. Concionibus item Quadrageſimalibus ejuſdem Sebaſtiani Paulii Venetiis anno 1752. impreſſis Præfationem affixit.

ART.

A R T. LXIV.

De Curtio Reginaldo Boni.

CUrtius Reginaldus Boni Lucensis Idib. Januarii 1716. natus est. Adolescens in nostris Scholis cum singularis ingenii laude inclaruisset, ardenti studio inter Nostros cooptatus, Neapoli VII. Kal. Aprilis 1731. clericalem vestem induit. Exacto biennalis probationis experimento, ad solemnia vota nuncupanda III. Id. Aprilis 1733. admissus est, atque die XIX. ejusdem Mensis & Anni publicè emisit. Incœpto ibidem Philosophiæ cursu sub Michaëlis Nicolai Lucensis disciplina, Romæ eum absolvit, Laurentium Franzanum optima eruditione præditum Magistrum nactus; a quo simul & a Carolo Antonio Erra, sacram Theologiam probè didicit. Studiis absolutis earumdem Facultatum Magister renuntiatus, eas cum plausu Romæ docuit. Amplissimo Arcadum cœtui associatus in publicis privatisque conventibus ingenii sui specimen dedit, semperque porrectis auribus auscultatur. *Argini Calcodontei* nomen ei datum est. Nostræ Mytirtææ Arcad. Coloniæ Deductor, & post obitum P. Alexandri Pomp. Bertii Vice-Custos. Vivit Romæ in hoc nostro Collegio S. Mariæ in Campitello anno quo hæc exaramus 1753. ubi sacram Theologiam nostros Juvenes docet, eosque in regulari disciplina exactè explenda instruit; necnon Consultoris officio fungitur. I. Vita.

In multis Arcadum Illustrium collectionibus, hujus nostri Auctoris Etrusca Carmina leguntur, potissimùm in ea quæ prodiit Romæ 1744. in obitu Francisci Lorenzini Custodis Generalis Arcadiæ, & in electione Michaelis Josephi Morei in ejus locum suffecti. Item in alia Collectione edita eodem anno ibidem in congratulationem pro valetudine restituta Jo. V. Lusitaniæ Regi; necnon in postrema *an.* 1749. edita pariter Romæ typis Antonii de Rubeis *Tom. XI. pag.* 13. *&* 14. Demum in alia cui titulus: *Adunanza tenuta dagli Arcadi in onore dei Fondatori di Arcadia.* Romæ Ann. 1753. II. Opera edita.

Operam suam cum aliis eruditissimis Viris impendit in reccolligendis Opusculis præstantissimorum Scriptorum, cui collectioni hic titulus est: *Memorie sopra la Fisica, e Storia Naturale di diversi Valentuomini.* Tom. I. exiit Lucæ typis Salani, & Junctini 1743. *in* 8. III.

Me-

IV. *Memorie degli Arcadi Morti della Congregazione della Madre di Dio*. Extant Mss. in pluteis Arcadum. Speramus autem aliquando in lucem edenda esse.

A R T. LXV.

De Dominico Monti.

DOminicus Monti Congregationis nostræ Sacerdos, XVI. Kal. Septembris 1715. Mediolani natus est. Adolescens humaniores Litteras in Braydensi perampla Universitate PP. Societatis Jesu accuratissimè didicit. Nostris associatus an. 1733. XVIII. Kal. Julias sub religiosissimo æque ac prudentissimo Viro Camillo Raffaellio Neapolitano tyrocinium peregit, expletoque probationis biennio, VI. Non. Julii 1735. per vota solemnia fuit omnium suffragiis in nostra Congregatione confirmatus. Philosophiam a Michaele Nicolai, Theologiam verò a Michaele Bombelli percepit. Studiis præclare confectis, Philosophiam ipsam simulque Theologiam in Histoniensi Universitate exteris tradidit. Deinde Neapolim Anno 1741. missus, in utraque prædicta Facultate Nostros quàm attentissimè juxta nostras Constitutiones erudivit, elucubratis ob id tum Philosophicis, tum Theologicis scriptis, licet adversa tunc uteretur valetudine. Romam Anno 1749. vocatus, præter cætera munera ipsi demandata, denuò Theologiæ magisterio fungitur, domesticos optimè instituens. Quamvis autem in his studiis plurimùm sit detentus; non tamen abhorret a politioribus Litteris. Propterea Rhetorices quoque Artem Nostros Neapoli in Collegio S.Mariæ in Porticu Suburbii Plag. docuit, pluribus Litter. Academiis, Auditorum frequentia & plausu habitis. Romæ inter Arcades adnumeratur, *Febisius Epiroticus* appellatus. I.

II. Opera edita & Mss.

Meditazioni per Apparecchio di nove giorni alla Festa di S. Giovanni di Dio ad uso de' Religiosi dell' Ordine della Ospitalità. In Roma per Angelo Rotilj, e Filippo Bacchelli 1752. In 8.

III. *Vita del Ven. Servo di Dio Francesco Camacho dell' Ordine di S. Gio: di Dio*, propediem edenda.

IV. Præterea in quibusdam Collectionibus Carminum tum Etruscorum, tum Latinorum editis Mediolani, Bononiæ, Romæ, & alibi nonnulla leguntur exarata a P. Dominico Monti sub prædicto Arcadico cognomento *Febisii Epirotici*, ut videre est etiam in Collectione hoc anno 1753. edita, cui titulus: *Adunanza tenuta dagli Arcadi in onore de i Fondatori d'Arcadia* &c. *In Roma nella Stamperia di Antonio de' Rossi*. 1753.

V. Idem Auctor plures Eclogas Latinas, Elegos, Epigrammata, aliaque Latina Poemata confecit, quorum nonnulla in Arcadum cœtu dixit. Confecit quoque, præter Conciones Morales, Panegyricas Ora-

 tio-

tiones in honorem plurium Sanctorum, & Novendiales Sermones B. M. V. Romæ Populi concursu, & coram Principibus Viris ac Eminentissimis Cardinalibus a se habitos. Quem Deus Opt. Max. & cæteros nostræ Congregationis adhuc superstites faxit diù ità vivere, ut in vinea Christi Domini ad posterorum incitamentum enixiùs elaborent, majoraque moliantur.

Hæc de ejusdem Congregationis Scriptoribus, qui hucusque nobis obveniunt, collegimus, humilique stylo per subcisivas horas aliis præpediti curis notavimus. Perexigua quidem sunt plurima, quæ de eisdem in lucem proferimus, præsertim si comparentur cum aliarum longè latèque diffusarum Congregationum Scriptoribus, qui nostros numero, dignitate, omnigenaque litteratura, ac eruditione antecellunt. Verùm satius duximus de Nostris, quamvis perpauca, & minima in medium simul congesta adducere, quàm & hæc ipsa aliquando interire, aut neglecta dispergi.

F I N I S.

AP-

APPENDIX.

Quando de Scriptoribus Congregationis nostræ Sæculi I. egimus, fugit nos Paulinus Pissini Lucensis ejusdem Congregationis, qui perutilem reliquit Tractatum in Romano Archivio Convictricium SS. Infantis Jesu adservatum, & inscriptum: *Regole per la Compagnia della Dottrina Cristiana*. Hic Scriptor Rectoris Domus nostræ Lucensis, & Vicarii Generalis officiis cum laude obitis, dum Romæ nostri Collegii Rector erat, religiosis moribus, nostrarumque Legum observantia commendatus ex hac vita migravit VII. Kal. Octobris 1638. ætatis suæ Anno 52. Congregationis 30. I.

Neapoli in Bibliotheca nostræ Domus S. Birgittæ extat Vincentii Dinellii, cujus cap. 2. artic. VII. pag. 166. meminimus, Opus Mss. videlicet: *Compendio delle Vite de' Sommi Pontefici tratto dal Ciaconio e da altri dal P. Vincenzo Dinelli Tom. III.* in 12. II.

Michael Guinisius e nobilissima stirpe Lucæ ortus 27. Februarii Ann. 1657. qui postquam Philosophiæ ac Theologiæ fuerat egregius Lector, & me quoque Logicam docuerat, Neapoli in Collegio S. Mariæ in Porticu III. Non. Novembr. 1735. obdormivit in Domino, Scriptoribus nostræ Congregationis Seculi II. est annumerandus, cum Theologiæ Moralis celeberrimi Doctoris Francisci Svarez Soc. Jesu concinnaverit Compendium, quod in prædicta nostra Bibliotheca Neapoli adservatur. Sebastianus Paulius eumdem Guinisium hoc exornat elogio: *Inter nostræ Congregationis Sacerdotes cooptatus, mira ingenii & memoriæ vi præditus diu vixit, pietatis & observantiæ diutinus custos &c.* III.

Inter Mss. Vincentii Mariæ de Nobilibus, de quo cap. 2. artic. XXXIX. pag. 284. & seqq. diximus, recensendum est Opus prægrande refertum S. Scripturæ eruditione, exemplis, innumeris graphicis descriptionibus, Rhetoricis amplificationibus, similitudinibus, aliisque, quæ juxta multiplicem dicendi rationem, & argumen- IV.

gumentorum varietatem ibidem indicatam, oppidò juvant ſacros Oratores. Recenſendi quoque ſunt (ut alia omittam) Novendiales Sermones, quos ipſe pro Animabus Purgatorii maximo populi conventu ac celebritate Neapoli dixit, ſicuti plurimi ex ejus Auditoribus etiam nunc teſtantur.

V. Prædictis Scriptoribus vita functis adjungendus eſt Hieronymus Ferrari Lucenſis, vitæ innocentia & bonis artibus præclarus. Etruſca Carmina in variis Collectionibus edidit, his pro nomine proprio ſubjectis quatuor litteris I.A.V.I. longè plura editurus, niſi fuiſſet diutino morbo affectus, & morte præreptus Lucæ in Collegio S. Mariæ Curtis Orlandingorum Pridie Non.Junii 1747.ætatis ſuæ 41.

VI. Jure ac merito inter Scriptores noſtros adhuc ſuperſtites Leander Maria Puccinelli Lucenſis natus IX.Kal.Octob. An. 1700. eſt collocandus. Is enim Confeſſarius ac Director Monaſterii ſacrarum Virginum Neapoli in Suburbio Plag. quæ ex Etruriæ urbe Prato illùc delatæ, dicuntur vulgò *le Monache Pratoline*, ipſarum Regulas ac Conſtitutiones antea confuſas, mancas, religioſæque vitæ minus accommodatas digeſſit, in ordinem redegit, numeris omnibus perfecit, atque edidit Neapoli 1743. typis Mutianis, poſtquam examinatæ fuere unanimique aſſenſu approbatæ a nonnullis plurium Ordinum religioſis hominibus,nec non ab Orontio Alfarano Capece Epiſcopo Oropien. & a cl. mem. Rainerio Simonetti tunc Neapoli Apoſtolicæ Sedis Nuncio, deinde S. R. E. Cardinali ampliſſimo, accedentibus omnium earumdem Virginum ſuffragiis. Prædictus Leander Maria Puccinelli olim Rhetoricam Hiſtonii præclarè docuit, ubi & Regimen Noſtrorum geſſit, & ſacris Miſſionibus, aliiſque piis muneribus totus vacavit. Poſtmodùm Congreg. noſtræ Tyronum fuit providus Magiſter Neapoli in Collegio S. Mariæ in Porticu Suburb. Plag. Ibidem Rector anno, quo hæc ſcribimus, 1753. regularis diſciplinæ emolumento, animarumque ſaluti vivit addictiſſimus.

Hæc, quæ nos ſerò accepimus, ne lectorem laterent, hìc addenda cenſuimus.

IN-

INDEX

A

B

Bo-

C

Chri-

D

P. He-

Jo:

Mo-

Q

R

Ron-

S

T

V

Del-

ER-

ERRATA	CORRIGE
Pag. 3. verso . 23. uxemplorum	exemplorum
pag. 4. v. 24. ut Nostri	& Nostri
pag. 6. v. 9. piius	pius
pag. 7. v. 18. pubiica	publica
pag. 8. v. 18. Monasterii	Monasterium
pag. 11. v. 36. Sactitarem	Sanctitatem
pag. 16. v. 15. dicta	dita
pag. 16. v. 19. uumquam	numquam
pag. 19. v. 22. Anno MDCCXXII.	MDCXXII.
pag. 71. v. 16. Eruditoram	Eruditorum
pag. 77. v. 33. *laciando*	*lasciando*
pag. 113. v. 2. die	dies
pag. 130. v. 6. receatioribus	recentioribus
pag. 143. v. 24. *Virgis*	*Virginis*
pag. 143. v. 41. *Fra-*	*Fran-*
pag. 153. v. 8. ab erroribus	erroribus
pag. 155. v. 10. *cregationis*	*gregationis*
pag. 155. v. 11. *gomædio-crisis*	*comædio-crisis*
pag. 160. v. 10. deduci passus	deduci haud passus
pag. 160. v. 6. Congregationis	Congregationi
pag. 180. v. 32. *Historia*	*Historia*
pag. 184. v. 3. iustutuendas	instituendas
pag 185. v. 32. hnnc	hunc
pag. 208. v. 20. Socieiatis	Societatis
pag. 218. v. 1. *costantia*	*constantia*
pag. 237. v. 26. Marchione Arconate	Comite Arconate
pag. 265. v. 32. invidiæ	insidiæ
pag. 268. v. 12. *Presidenti*	*Presidente*
pag. 286. v. 2. mellius	melius
pag. 354. v. 20. *notario*	*notorio*